3 *ponitur neutrum pro subst., omnibus fere locis pluraliter (sing. ubique ipso vocabulo enotatur)*: PLAVT. Capt. 200 indigna -a habenda sunt, erus quae facit. Poen. 1270 (*sim. v. sub p. 1149, 31 sq.*). CORP. I 542 pro hoc utque alieis donis des -a merenti. CATVLL. 66,41 -a ferat (VERG. Aen. 2,144. SIL. 13,606 non -a nec aequa ... passi. STAT. Theb. 2,397). SALL. Iug. 62,8 timere. VERG. Aen. 12,811 -a indigna pati (SERV. *ad l.* id est omnia; et proverbialiter dictum est. *adde* CIRIS 247 SEN. dial. 6,10,6 VAL. FL. 2,117 *cf.* TERT. adv. Marc. 3,10 p. 392,24 AVG. civ. 6,7). ELEG. in Maecen. 1,90 ecquid posset amaturo -a (signa *codd., corr. Heinsius*) referre Iovi. STAT. Theb. 1,73 precor. 11,182 rependam. TAC. dial. 9 -um aliquid elaborare et efficere. TERT. adv. Marc. 1,13 p. 306,26 -orum auctor. 4,35 p. 540,23. PORPH. Hor. epist. 1,18,78 parum -um. ARNOB. nat. 5,41 AVSON. 192,29 PELAGON. praef. p. 29,8. SEDVL. hymn. 1,105 dare -a piis, mala pravis. ALC. AVIT. carm. 5,215.

B ***relative***: *apponitur persona vel res, ad quam dignitas referatur, vel cum qua comparetur ea res vel persona, cuius dignitas commemoratur*: 1 *apponuntur casus*: a *ablativus*: α *locutiones impersonales et neutrales: abl. ubique fere personae est, rei raro atque adeo nullius nisi qualitatem significantis vel alio modo hominem subaudiri sinentis*: -um est: PLAVT. Amph. 185 ut, quid se sit -um, sciat (RHET. Her. 4,51,68 *plural.* CIC. inv. 2,176 quid tempora petant, quid personis -um sit. epist. 4,13,4 Att. 7,15,3

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SALL. Catil. 51, 6 LIV. 45, 42, 10 ENNOD. dict. 18 p. 477, 28). Trin. 830 hoc dis -umst (TER. Phorm. 373. QVINT. inst. 12, 7, 8 *seq. inf.* HIL. myst. p. 16, 5 *seq.* ut). TER. Eun. 748 educta [est] ita u t i teque illaque -umst (CIC. Caecin. 18. leg. 3, 19 imperio. fin. 2, 96 tua . . . voluntate. Ov. trist. 4, 3, 57 proba [*Marc., Guelf.*, -ae *vulg.*]. Pont. 1, 2, 11. LIV. 2, 46, 7 Fabio nomine. 6, 6, 13 MANIL. 2, 485 SEN. suas. 6, 22 VAL. MAX. 8, 2, 3 CVRT. 4, 15, 8 SIL. 17, 330 QVINT. decl. 315 p. 238, 1 natura -um [*i. secundum naturam*]. TAC. ann. 6, 29. PLIN. epist. 2, 11, 19 mandatis partibus. FLOR. epit. 4, 2, 71 IVST. 31, 7, 7 VVLG. Esth. 1, 7). TER. Phorm. 787 minus queo *facere illud* . . . q u a m me -umst (EVGRAPH. *ad l.* quantum. CIC. Pis. 62 inferius . . . quam ut Mediolanensi praecone avo tuo -um esse videatur. Phil. 6, 16 plures quam re publica -um est. epist. 11, 18, 1. LIV. 4, 33, 8 segnius quam. TAC. Agr. 8. PLIN. paneg. 65, 3 quam -um te quamque diversum consuetudini illorum!). TER. Haut. 107 q u o d te - u m s t (RHET. Her. 4, 52, 65. CIC. Verr. 2, 103 ea . . . quae maxime -a sint eo reo cui. 2, 121 *quae non* hac severitate -a sunt. Phil. 7, 14. Tusc. 3, 35 quae essent homine -issima. SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 5, 5 quae -a tua persona sunt. LEPID. Cic. epist. 10, 34ª, 4. HOR. epist. 1, 4, 5 quidquid -um sapiente bonoque [-umque *al.*] est. SEN. clem. 1, 21, 3. ORAT. imp. Hadr. de Matid. [Corp. XIV 3579] ⟨quod⟩ aut laudibus eius -um aut dolori meo sit compar. MIN. FEL. 30, 4 TERT. anim. 16 PANEG. 5 [8], 20, 5 ARNOB. nat. 1, 44 VVLG. Is. 32, 8 AVG. civ. 8, 24). CIC. de orat. 1, 137 id quod est homine ingenuo . . . -um. leg. 3, 1 quid . . . est elegantia tua -ius? SALL. Iug. 21, 4 i t a seque illisque -um esse (Ov. trist. 2, 133. TAC. ann. 12, 12 ita -um maioribus suis ratus. HIL. in Matth. 3, 1 i t a . . . u t). *adde*: CIC. Verr. 3, 86 qui hoc -um populo Romano a r b i t r a r e t u r (LIV. 10, 24, 7 si [si se *ed. vet.*] -um provincia ducerent. 10, 35, 14 FIRM. err. 5). off. 1, 94 id -um viro et decorum videtur. *a c c e d u n t s t r u c t u r a e v e r b a l e s: infinitivus*: PLAVT. Persa 371 neque me -umst (-ust *A*, -usst *P*) dicere. TER. Haut. 108 quod me in te sit facere -um. CIC. Verr. 3, 58 quid minus libero -um quam cogi *eqs.* 4, 10. Tusc. 2, 31 dum tibi turpe nec -um viro videbatur gemere. CIRIS 509 LIV. 37, 53, 28. VITR. 9, 8, 2 -um est studiosis agnoscere. COLVM. 9, 2, 3 SIL. 1, 664. 5, 559 -um sese ratus . . . comminus ire. QVINT. inst. 5 pr. 1 IVV. 16, 22 TAC. hist. 2, 32. ann. 12, 2 (*refertur etiam ad II*). MIN. FEL. 14, 2 TERT. adv. Marc. 1, 11 p. 305, 7 PELAG. in Rom. 1 p. 649ᴬ RVFIN. Adamant. 1, 8 PROSP. carm. de ingrat. 856 COD. Iust. 1, 14, 12, 3. *acc. c. inf.*: CIC. inv. 2, 104 TERT. adv. Marc. 3, 24 p. 420, 5. q u o d: VELL. 2, 87, 2 fuit . . . et fortuna et clementia Caesaris -um, quod nemo *eqs.* *ad usum sub β enotatum haec accedunt*: CIC. Mil. 29 quid quisquam illo -um possit afferre. Tusc. 3, 35 aliquid et magno . . . philosopho -um. off. 1, 88 nihil. 2, 5 quid homini melius, quid homine -ius? epist. 4, 13, 3 Att. 6, 1, 13 SALL. Iug. 110, 8. HOR. sat. 2, 3, 4 aliquid -um promissis (ars 138 QVINT. inst. 1, 5, 6). SEN. Herc. f. 112 Phoen. 333. benef. 1, 8, 1 nihil . . . -um te, quod dare tibi possim, invenio. CVRT. 3, 7, 12 LVCAN. 8, 347 PLIN. nat. 28, 20 MART. 1, 99, 16 PLIN. paneg. 34, 3 TREB. Claud. 12, 5 HIL. c. Const. 2 VVLG. Tob. 12, 2 CLAVD. carm. min. 30, 50.

β rei certae appellativi ope expressae apponitur abl.: p e r s o n a e (res digna est homine): PLAVT. Aul. 43 te -am mala malam aetatem. Poen. 256 diem pulchrum . . . , -um Venere (-i *codd. cf. p. 1147, 62*). 1177 munera . . . -a dea venustissima Venere. Stich. 246. TER. Phorm. 376 te indignas seque -as contumelias (DON. *ad l.* quas ipse debet audire). CIC. p. red. in sen. 8 sententiam . . . se et re publica -am (off. 1, 38 *syn.* regalis. *cf.* PAVL. FEST. p. 287 regale, quod est -um rege). Balb. 6 virtus -a summo imperatore. Sest. 124 munus Scipionis, -um et eo ipso et illo Metello, cui dabatur. Deiot. 34 nihil volgare te -um videri potest. de orat. 2, 252. epist. 2, 12, 3 epistulas te -as. ac. 2, 6 eius tractatio optimo atque amplissimo quoque -issima est. Q. CIC. pet. 42 comitas . . . quae bono ac suavi homine -a est. LVCR. 3, 322 -am dis degere vitam. NEP. praef. 1 VERG. ecl. 4, 3 (= CALP. ecl. 4, 77). HOR. sat. 2, 3, 40 Harpyis gula -a rapacibus (*per ironiam*). ars 191 nisi -us vindice nodus (PORPH. *ad l.* -a res interventu eius). PROP. 4, 7, 83. Ov. epist. 15, 148 et visa es tanto -a rapina viro. ars 3, 117. met. 1, 166 -as Iove concipit iras. NVX 26 ista Clytaemestra -a querela fuit. LIV. 9, 11, 12 vix pueris -as ambages. PAVL. FEST. p. 30 bona . . . quod -a sint bonis (CARM. epigr. 968, 4). SEN. contr. 3 praef. 8 nec patrono nec reo -a est *oratio illa*. contr. exc. 8, 5 -am te domum feci. suas. 2, 16 -um Spartano atramentum (*Bernays*, sacramento *codd.*). VAL. MAX. 9, 2 ext. 1 tormenti genus haud -um passo, auctoribus -issimum. SEN. Ag. 165 thalamos . . . quos ille -os Pelopia fecit domo. Herc. f. 927 preces Iove meque -as. Herc. O. 1482 me -a prorsus *mors* (OCTAVIA 619 FLOR. epit. 3, 20, 13. SVLP. SEV. chron. 1, 51, 2 -um se exitum). Tro. 863 epist. 92, 8. LVCAN. 4, 563 cuius sit dextra cruore -a meo. 9, 263. PLIN. nat. praef. 11 ut, quae tibi dicantur, te (tum *trad.*) -a sint. 24, 159 SIL. 10, 519 hoste me -a . . . corda. 5, 421 tantis . . . umbris . . . -a . . . lamenta. 16, 44 vix uni mens -a viro, novisse minores quam deceat. STAT. silv. 3, 1, 33 QVINT. inst. 11, 1, 40. IVV. 12, 114 tantis -a deis et captatoribus horum *victima*. TAC. ann. 4, 15. PLIN. epist. 2, 11, 1 si quid actum (*ed. Rom.*, acti *codd.*) est in senatu -um ordine illo. paneg. 1, 6 APVL. flor. 18 p. 91 ORAT. imp. Hadr. de Matid. (Corp. XIV 3579). ARNOB. nat. 7, 37 opiniones diis -as et eorum convenientissimas nomini. COD. Iust. 6, 37, 23 pr. multis ratiocinatoribus -ae *computationes*. *al.* *abl. r e i*: PLAVT. Merc. 395 non nostra formam habet -am domo *ancilla*. TER. Andr. 666 tibi di -um factis exitium duint. LVCIL. 1264 principio exitu -us (*cf.* CIC. Verr. 6, 189 SALL. Catil. 55, 6 LIV. 39, 52, 7 VELL. 2, 91, 4 VAL. MAX. 1, 5, 7 STAT. Theb. 8, 379 APVL. met. 4, 12 TREB. Claud. 5, 3 EVTR. 10, 11, 2). RHET. Her. 4, 29, 40 -o moribus tuis . . . nomine. CIC. Verr. 3, 40 supplicium -um libidine eius (AVIEN. Arat. 1184). 4, 65 -am rem esse regno Syriae, -am regio munere, -am Capitolio. Pis. 25 buccae, -ae Capua (*sim. velut* SIL. 1, 332), sed illa vetere. de orat. 1, 5 vix hac aetate -a et hoc usu ⟨sunt⟩. part. 132 eam significationem . . . -am scriptoris prudentia esse. top. 1 *res* his libris . . . -iores. ac. 2, 3 subtilitatem philosophia -issimam iudico. 2, 74 -issimam rebus iis, de quibus loquitur, sonum (FRONTO p. 97, 8 N.). fin. 4, 52 hoc . . . philosophiā nobisque. nat. deor. 1, 94 ista . . . vix -a lucubratione anicularum. Att. 1, 9, 2 -um Academia tibi quod videbitur. *al.* LVCR. 3, 420 -a tuā . . . c a r m i n a vitā (CVLEX 10. SALL. Catil. 54, 4 quod dono -um esset. VERG. ecl. 8, 10 Sophocleo tua carmina -a cothurno. HOR. ars 91 prope socco -is carminibus. Ov. am. 1, 3, 20 causā carmina -a suā. trist. 5, 12, 36 -a sui domini tempore, -a loco. VAL. FL. 2, 242 STAT. silv. 1, 2, 252 ANTH. 431, 2. *cf.* LVCAN. 7, 631 mors nulla querella -a sua est). AETNA 267 haec plantis humus, haec herbis -issima tellus. Ov. am. 1, 8, 26 corpore cultus. epist. 10, 124 officiis -a sepulcra meis. met. 14, 828 pulchra subit facies et pulvinaribus altis -ior. Pont. 2, 2, 92 honoratis laurea -a comis. 3, 4, 64 si vice (duce . . . suo *codd.*) non facta est -a corona sua. *al.* LIV. 3, 69, 3 -am . . . contionem imperio consulari, -am tot consulatibus . . . , -am vita omni (PHAEDR. app. 29, 9). 4, 13, 4 id unum -um tanto apparatu consiliorum et certamini (-e *V*, -um *rell.*) . . . praemium fore (SEN. clem. 11, 1, 1. Med. 363 merces prima -a carinā. CARM. epigr. 1037, 4). 7, 38, 6 -am agro urbem. MANIL. 1, 345 fulmina . . . -a Iove et caelo. SEN. Herc. O. 183 ut -a sonent verbera fatis. Oed. 977 thalamis -a nox . . . meis (*sensu ambiguo*). Thy. 55 -us adventu tuo splendescat ignis. dial. 9, 1, 8 epulas . . . scaenā suā. LVCAN. 5, 653 credit iam -a pericula Caesar fatis esse suis (COMMENT. *ad l.* quod -e periclitentur fata maiora *eqs.*). 9, 565 -as adytis . . . voces (ADNOT. *ad l.* id est sacratas. IVV. 13, 205). PETRON. 14 pannuciam ne centonibus quidem -am. PLIN. nat. 3, 40 *al.* STAT. silv. 3, 1, 106 da templum -asque tuis conatibus aras. 5, 3, 50 -umque nihil mens fulmine tanto repperit. MART. 1, 90, 9 commenta es -um Thebano aenigmate monstrum. QVINT. inst. 12, 11, 22 quae . . . ars -a litteris Platoni defuit. TAC. ann. 15, 20. PLIN. epist. 4, 30, 1 quaestionem altissima ista eruditione -issimam. 10, 37, 3 utilitatem operis . . . saeculo tuo esse -issimam. MIN. FEL. 9, 3. IVST. 1, 10, 13 praeter formam virtutemque hoc imperio -am. CLAVD. 10, 264 qui -ior aula vultus erit.

γ neutr. pro subst. c. abl.: PLAVT. Rud. 640 qui te -a ut eveniant precor. TER. Eun. 864 non te -um . . . f e c i s t i (DON. *ad l.* -um pro -e aut deest facinus. *cf.* CIC. Planc. 35 Att. 11, 21, 3 SEN. dial. 3, 12, 2. APVL. Plat. 2, 23 -a dis gerere [*Vahlen*, discere *codd.*]). RHET. Her. 4, 30, 41 cum te -a d i c e r e m (CIC. off. 1, 144 VERG. ecl. 9, 36. Aen. 6, 662 Phoebo -a locuti [SERV. *ad l.* qualia decebat Apollinem]. HOR. carm. 2, 13, 29 SIL. 6, 470 ARNOB. nat. 1, 31 PELAG. in Rom. 6 p. 674ᴬ). CIC. fin. 2, 76 -a imperio, -a populo Romano. SALL. or. Phil. 20 decernite -a nomine (-i *V*). VERG. Aen. 9, 294 HOR. carm. 4, 11, 29 VELL. 2, 71, 3. SIL. 4, 290 -um mole viri nisus. TAC. ann. 12, 1. TERT. adv. Marc. 1, 11 p. 313, 11 -a . . . deo probabunt deum. VVLG. Luc. 23, 41 -a factis recipimus.

δ p e r s o n a e a p p e l l a t i o n i apponitur abl.: alterius p e r s o n a e (duplex abl. v. ex. gr. infra l. 64; haud raro subauditur nanciscendi sensus: eiusmodi exempla quamquam ad II inclinant, a ceteris separare nolui): PLAVT. Amph. 857 -us domino servus (Ov. met. 1, 231). CIC. Flacc. 101 se . . . -um suis maioribus praestitit (epist. 2, 18, 3). Phil. 14, 26 -us imperator legione Martia, -a legio imperatore (TAC. hist. 2, 89). epist. 13, 34 -um et patre et avo (SALL. Iug. 9, 2 te atque avo. HOR. ars 24 Ov. met. 8, 847 non illo -a parente [SIL. 12, 346]. Pont. 2, 8, 33 EPICED. Drusi 300 LIV. 4, 17, 9. SEN. Ag. 34 me patre. PLIN. paneg. 2, 18, 4 *al.*). MAT. Cic. epist. 11, 28, 6. VERG. Aen. 7, 389 solum te virgine -um (MART. 1, 109, 16). LYDIA 26 tauro Iove -a vel auro (PROP. 1, 13, 29 Ov. epist. 15, 272). 8, 364 te quoque -um finge deo (SERV. auct. *male*: ʻdeoʼ pro immortalitate dictum volunt. *cf.* SEN. epist. 18, 13. 31, 11). PROP. 3, 12, 16 moribus his alia coniuge -us eras (*cf.* Ov. met. 8, 131 te . . . coniuge -a est. trist. 4, 3, 34 EPICED. Drusi 299 LIV. 1, 46, 8 SEN. Herc. f. 413. CORP. X 2054 -a marito). ELEG. in Maecen. 2, 29 iuvenes bis Caesare -i (*patre*). Ov. epist. 9, 22 tener in cunis iam Iove -us eras (SEN. Herc. O. 9). 15, 98 nec Priamost a te (*Heins. ut al.* prae *cf. p. 1152, 24*, ad te *trad.*) -ior ulla nurus. Pont. 4, 13, 30 nato (PLIN. nat. 10, 142 LAMPR. Heliog. 18, 2) -ior anne viro. *al.* SEN. Oed. 739 -a . . . iacto semine proles. dial. 1, 2, 9 par deo -um (*sc. spectatore*). 12, 3, 1 te fratre. CVRT. 8, 8, 19 -issimum te discipulo magistrum. LVCAN. 8, 656 aliquis Magno -us comes. VAL. FL. 7, 282 tu supplice -o -ior es. SIL. 5, 595 -us Carthagine, -us Hasdrubale ad manes ibis. SVET. Nero 23 ut Nerone -us revertar. COMM. apol. 88 quis deo -us (*cf. supra l. 68 et* VVLG. Matth. 10, 37). CLAVD. 20, 137 o -i consule patres! 22, 287. COD. Iust. 1, 5, 21, 3 -os litigatoribus testes. *p r o n o m.*: PS. TER. Andr. alt. exit. 3 -um te atque illa virum. LVCIL. 173. 890. CIC. Sest. 133 homo

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iis -issimus, quibuscum vivit. Att. 16, 5, 2. epist. 12, 28, 1 ne nimis (minus *codd.*) te -us viderer. CASS. Cic. epist. 12, 13, 2 LENT. Cic. epist. 12, 14, 7 OV. met. 9, 478 EPICED. Drusi 343. EPIST. Sapph. 39 quae facie poterit te -a videri. LIV. 10, 13, 13 SEN. epist. 44, 3. SIL. 16, 616 composuit propioribus ausis -um te Fortuna parem. PLIN. epist. 4, 19, 1 APVL. met. 5, 27 VVLG. Tob. 3, 19 HIER. epist. 64, 4, 1 (*cf.* VVLG. Matth. 10, 37). *abl. rei: hic afferuntur nulla exempla nisi quaedam rhetoricae et poeticae dictionis genera, ubi res pro homine ponitur, reliqua omnia usui alteri attribui (v. sub II): qualitas pro homine ablativo indicatur*: CIC. Verr. 5, 37 hominem -issimum tuis moribus (TREB. trig. tyr. 3, 11). Pis. 8 non modo facie, sed etiam oculo tuo. OV. epist. 4, 118 nati -a vigore parens. met. 3, 254 -amque severa virginitate vocant *Dianam*. STAT. silv. 4, 8, 28 maternis Helene iam -a palaestris. IVV. 16, 31 -um barba -umque capillis maiorum. SVET. Nero 22 solos . . . se et studiis suis -os. CIC. Q. Rosc. 17 curia (*cf. p. 1150, 6*). Verr. 4, 183 *scribae* qui -i sunt illo ordine (OV. fast. 4, 669 LIV. 42, 34, 14). Phil. 1, 20 honestis decuriis. LEX Corn. de XX quaest. (Corp. I 202) 1, 34. CIC. Pis. 54 vir tua legatione indignissimus atque eis consiliis (QVINT. decl. 339 p. 339, 7) . . . -ior. Phil. 1, 14 -us illo honore, -us re publica (*cf. infra l. 34*). 13, 28 Antoni senatu. Tusc. 1, 100 o virum Sparta -um (ad Q. fr. 1, 1, 16 vetere Graecia). HOR. epod. 12, 1 mulier nigris -issima barris. carm. 1, 27, 20 -e puer meliore flamma. epist. 1, 9, 4 -um mente domoque . . . Neronis. PROP. 1, 13, 34 non alio limine -us eras. VELL. 2, 120, 5 vetustate familiae suae. SEN. epist. 47, 9 domo sua (*de excluso, ne consuetudine utatur*. PETRON. 23). LVCAN. 9, 1024 castris . . . tuis. SIL. 6, 537 -um te sanguine tanto fingere ne cessa (PRISCIAN. laud. Anast. 289). TAC. Germ. 31 patria ac parentibus. CYPR. GALL. Ios. 87 eximio Moysetis stemmate. SCHOL. Germ. Bas. p. 66, 4 *virgo* -a calesti numero.

b *sequitur genet.* (*de apposito gen. interdum dubitare licet; cf. sub I A 2 p. 1143, 69 sqq.*): [PLAVT. Poen. 256 *v. p. 1145, 51.*] BALB. Cic. Att. 8, 15, 1 curam et cogitationem -issimam tuae virtutis. VITR. 2 pr. 2 formas . . . -as tuae claritatis (-ti *codd.*). CORP. IV 121 Polybium dig(num) rei publ(icae) (*cf. supra l. 20*). *sic passim laudantur candidati in programmatis Pompeianis. plerumque notatum* d. r. p., *genetivus legitur, ubicumque plene scriptum est, cf.* CORP. IV 2 *index p. 757 et 773.* CORP. IV 3736 -os coloniae vir⟨os⟩. TAC. ann. 15, 14 adiecisse deos -um Arsacidarum, simul ut de legionibus Romanis statuerent. MARCIAN. dig. 49, 14, 18, 9 poenam . . . -am suae personae. APVL. met. 4, 12, 13 -o fortunae suae splendore. ITALA sap. 3, 5 (Ps. Cypr. laud. mart. 16) invenit illos -os sui (ἑαυτοῦ, VVLG. se). Hebr. 11, 38 (cod. d Orig. in Matth. 18, 131 Avell. p. 35, 11) quorum (*fidelium*) non erat -us orbis (ὧν, VVLG. quibus). FIRM. err. 6, 6 o -a Romani nominis animadversio! HIL. in Matth. 28, 1 -a aut bonitatis aut malitiae suae sede constituet. LVCIF. reg. apost. 7 p. 51, 24 ut . . . percipias -a factorum tuorum (*item neutr. subst.*: VVLG. sap. 7, 15). PRISCILL. tract. 3, 68 p. 52, 18. 10, 133 p. 57, 25 quae dei substantiae sunt -a. HVG. astr. 2, 5 p. 39, 12 hominem -um huius saeculi. SCHOL. Germ. Bas. p. 63, 21 -a deorum forma. VVLG. Iob 14, 3 -um ducis *est* (*seq. inf.*)? sap. 7, 15 DIDASC. apost. 31, 3. AVG. civ. 8, 19 -a animae illius . . . dona *rependere*. AVELL. p. 592, 14 vestrae -os apostolicae sedis (*viros, al.*). LEO M. epist. 30, 1 -um gloriae vestrae est, ut (31, 1). PRAEDEST. 1, 14 p. 591^{C}. SEDVL. op. pasch. 1, 18. CARM. epigr. 1002, 1 -a tuae monumenta extrema favillae fecimus. VITA Desid. (Script. rer. Merov. III) 4 totius hominem stultitiae -um. *nota structuram variatam*: IVL. VAL. 2, 30 ut te -um erit et maiorum nostrorum (EPIPHAN. Hier. epist. 51, 9, 3 scrupulositati, quae -a [indigna *al.*] est ecclesiae . . . et populis. AVELL. p. 713, 11 vestrae sanctitatis et ministratione pacis et gratiae . . . et unitionis). *neutr. pro subst.*: EPIST. praef. praet. ad procur. (Corp. XIII 3162, 2) pro meritis adfectionis magis -a consecuturus.

c *sequitur dativus* (*de dativi relatione incerta cf. etiam usum absolutum p. 1143, 69 sqq. formas terminationis ambiguae v. sub genet. supra l. 34 al.*): [VITR. 2 pr. 2 *v. supra l. 33.*] PS. QVINT. decl. 10, 9 nihil queritur misera, nisi par orbitati, nisi matri (-e *B*) -um. MAXIMIN. c. Ambr. 75 si non invenerit -um paci *pax. ibid.* sibi -um. VVLG. II Macc. 6, 24 non . . . aetati nostrae (*graece genet.*) -um est . . . fingere. Tob. 3, 19 *Amiat.* mihi forsitan -i non fuerunt (me *cett. codd.*). PS. AVG. quaest. test. I 5, 1 creatori (97, 13). 6, 2 quod expleto operi -um scitur. COMM. apol. 23 Caesari. CASSIAN. inst. 4, 30, 6 -a sibi conversatione atque humilitate. FVLG. RVSP. ad Thras. 2, 13 quae divinae celsitudine (divina celsitudine *al.*) -a sunt. CASSIOD. var. 4, 34. VEN. FORT. vita Hil. 15, 53 sicut illi -um est. carm. 2, 11, 15 filia -a patri. NICET. fid. 2 -am errori suo sententiam. CORP. X 7457 monumentum . . . -um iuventuti meae. INSCR. christ. Rossi II p. 92, 59, 1.

2 *sequuntur praepositiones* (*hic usus propter laxam adiectivi et praepositionis coniunctionem ab absoluto usu [I A] saepe vix separari potest et haud raro praepositio non tam ad adiectivum quam ad locutionem verbalem referenda videtur*): ad: PLAVT. Mil. 968 ad tuam formam illa una -ast (*cf. II B 2 e*). MANIL. 5, 134 dedit et -as ad fulmina vires *Iovi*. SIL. 15, 564. ITALA Rom. 8, 18 (Tert. scorp. 13, *cf.* cod. g) passiones huius temporis non esse -as ad (πρός) gloriam (ITALA [Cypr. testim. 3, 17 *al.*] *et* VVLG. condignas). HERM. Pal. sim. 9, 15, 6 -i ad structuram huius turris *lapides* (εὔχρηστοι . . . τῇ οἰκοδομῇ, *sc. homines*). PAVL. NOL. carm. 10, 144 si quid in actu ingeniove meo sua -um ad munia vidit. AVG. in psalm. 134, 11 arietem -um ad victimam domino tuo *invenire*. PASS. Andr. long. 11. pro (*nota hic imprimis, quae p. 1147, 76 sqq. praemisi; accedit, quod proprio praepositionis significatu haud raro pleonasmus quidam efficitur*): TER. Hec. 209 an quidquam pro istis factis -um te dici potest. CIC. div. in Caec. 42 quidnam pro offensione hominum . . . et expectatione omnium et magnitudine rerum -um eloqui possim. LVCR. 5, 1 quis potis est -um pollenti pectore carmen condere pro rerum maiestate? SALL. Catil. 51, 7 si -a poena pro factis eorum reperitur (SIL. 13, 697). VERG. Aen. 2, 537 tibi pro scelere . . . pro talibus ausis . . . persolvant grates et praemia reddant debita. 9, 250 (LIV. 30, 30, 7. 44, 15, 7 VAL. MAX. 3, 8 ext. 6. 9, 11, 2 SIL. 13, 59 SVET. Claud. 18 PORPH. Hor. carm. 4, 14 init. VVLG. Esth. 16, 23 VEN. FORT. carm. 7, 8, 57). HOR. epist. 1, 7, 24 -um praestabo me etiam pro laude merentis. TERT. adv. Marc. 4, 19 p. 481, 15 si -um sensum pronuntiationi accommodes pro sensu *Christi*. AVG. civ. 5, 18 p. 248, 21 Vind. tamquam *martyres* -um aliquid pro illius patriae (*i. caeli*) participatione fecerint. COD. Iust. 1, 27, 1, 1. in: CIC. Quinct. 94 qui maeror -us inveniri in calamitate tanta potest? (AMBR. Abr. 1, 3, 15 quos -os in numero iudicavit fidelium). OV. fast. 1, 401 dulcia qui -um nemus in convivia nacti *eqs.* (LIV. 36, 17, 15 in haec tanta praemia -os parate animos. HIL. hymn. 1, 34 -us qui genitus est filius in deum. VVLG. Col. 1, 12 qui -os nos fecit in partem sortis [ἱκανώσαντι εἰς]). de: HIL. in Matth. 3, 5 responsio domini -um de superioribus gradum fecit. PETR. CHRYS. serm. 24 p. 269^{A} -am de tua negatione sententiam. contra: VVLG. Sirach 6, 15 non est -a ponderatio (ἀντάλλαγμα . . . σταθμός) auri . . . contra bonitatem fidei *amici*. secundum: FAVST. REI. grat. 1, 1 p. 11 -am secundum tale opus mercedem recepit. ab: CONC. Aurel. a. 541 p. 90, 16 ab heredibus legitimis -um est, ut serventur (*sed melius* ab *ad* serventur *totumque exemplum ad p. 1143, 52 sqq. referendum est*).

II *praevalet sensus* **meriti** *et* **pretii** (*hic illic finis*): A ***absolute*** (*ubique fere sic ut facile subaudiatur, qua re aliquis dignus sit*) *imprimis de homine; de re pauca v. p. 1149, 17, cetera omnia sub I A 2 (p. 1143, 64 sqq.) posui*: -um esse *sim.* (*fere i. q. mereri*), *ubique fere de hominibus, de rebus v. p. 1149, 19: formulae*: PLAVT. Asin. 148 te ego, ut -a es, perdam atque ut de me meres (TER. Ad. 587 TITIN. com. 79 POLLIO Cic. epist. 10, 31, 2 LYGD. 1, 8 VVLG. Iob 33, 27). Men. 516 non tu abis, quo -us es? (TER. Haut. 813). Persa 808 quando -us est (OV. epist. 6, 148 SEN. benef. 4, 36, 1 PLIN. epist. 9, 38, 1). Pseud. 272 si -u's (OV. met. 15, 601. PLIN. epist. 2, 7, 5 -i sint modo. CAPITOL. Aur. 28, 6). Asin. 646 -ust (-um est *codd.*) sane (Cas. 681 -us ⟨es⟩. Mil. 1223 -u's. TER. Andr. 940 [*cf. p. 1151, 18*] Eun. 1088 [*cf.* DON. *ad l.*] CIC. Att. 15, 19, 2 ELEG. in Maecen. 1, 106. CORP IV 222 -i sunt. 232 -issimus est. 234 -us est. *et saepius sic in programmatibus* [*cf. p. 1147, 34*]. QVINT. decl. 283 p. 149, 5 ITALA exod. 4, 10 [Hier. epist. 18^{A}, 15, 9 *ubi versio explicatur*] VVLG. apoc. 16, 6). *item*: PLAVT. Epid. 26 quem dicis -iorem esse hominem (*om. A*) hodie Athenis alterum. Mil. 1043 deus (heus *codd.*) -ior fuit quisquam. Poen. 860 aliquem, -us qui siet. nam nostrorum nemo -ust. CIC. Manil. 52 si uni omnia tribuenda sint, -issimum esse Pompeium. Planc. 10. SEN. dial. 9, 3, 6 quisquis -us fuerit. QVINT. inst. 1, 1, 24 quamquam suus cuique -us est *infans* (*praecedunt* -um tantā curā infantem). SVET. Aug. 54. TERT. nat. 2, 9 quanto -ior Bonā Deā Penelopa. HIER. epist. 60, 10, 4 CORP. VIII 23046. PLAVT. Merc. 172 tandem indignus videor? :: immo -us (OV. met. 14, 13 levare . . . potes . . . videar modo -us amorem [*pars codd. recc.*, -ior esse *H*, amore *al.*]. QVINT. decl. 318 p. 250, 17 qui sibi magis -us videbatur. IVV. 6, 161 LAMPR. Diad. 7, 7). PLAVT. Pseud. 1014 te si arbitrarem -um (*cf.* Aul. 224 Trin. 448 TER. Ad. 919 CIC. Arch. 6 OV. epist. 5, 145 LIV. 33, 27, 6. SEN. benef. 1, 14, 1 numquid enim me -um iudicavit. TAC. hist. 3, 39 VLP. dig. 31, 24 PORPH. Hor. epist. 1, 16, 46. TERT. resurr. 6 p. 33, 25 *deus*, qui illam *materiam* et eligendo -am iudicasset [*qua fingeretur homo*] et tractando fecisset). CVRT. 10, 8, 20 si quis se -iorem profiteretur. STAT. Theb. 1, 87 -a . . . mea pignora nosces. CASSIAN. conl. 14, 19 qui -um se euangelicae praedicationi . . . non praebuit. VEN. FORT. carm. 10, 19, 4 -us habebaris haec duo -a regens (*nota participium*). *usus liberior* (*attributive et praedicative*): CIC. Phil. 11, 25 hominem -um mittent. num P. Servilio -iorem? Att. 6, 3, 1 quaestorem nemo -um putat *eum*. 15, 2, 3. Q. CIC. pet. 2 non potest qui -us habetur patronus (*cf. p. 1149, 14*) consularium, indignus consulatu putari. VERG. ecl. 8, 32 o -o coniuncta viro (*per ironiam. cf.* OV. met. 10, 356). HOR. carm. 2, 14, 25 heres . . . -ior (LIV. 40, 15, 2). PROP. 3, 22, 40 pro -a gente petendus honos. OV. epist. 5, 155 -ae miserere puellae. 14, 124 quaeque tibi tribui munera, -us habes (*i.* ἄξιος ὤν, *sim. alibi velut*: met. 14, 810 Pont. 1, 9, 37 fast. 4, 91 STAT. Theb. 2, 303. TERT. pudic. 5 inter duos apices facinorum . . . -a consedit *moechia*. PELAGON. praef. tu -us [-o *coni. Ihm*] sermone prosequere. ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 15, 15. CORP. VIII 9080 tibi -o dulcissima mater. *cf.* CARM. epigr. 647, 4. 1563, 5 CORP. X 7006). LIV. 4, 56, 3 turbam indignorum candidatorum intermiscendo -is (PLIN. epist. 3, 20, 6. *cf.* OCTAVIA 679 dedit . . . fasces -is civibus olim [CORP. IV 2971]. *cf. p. 1149, 10 sqq.*). SEN. Herc. O. 1216 quis -us necis Herculeae superest auctor (LVCAN. 9, 129 -oque perit auctore ruinae [COMMENT. *ad l.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

non -o]). PLIN. nat. 10, 48 ut plane -ae aliti tantum honoris perhibeat. SIL. 11, 293 proles -a deum (STAT. Theb. 5, 278 Ach. 2, 86). TAC. ann. 3, 34 neque Caecinam -um tantae rei censorem. CAPITOL. Opil. 6, 4 cum exercitus ultorem caedis Bassiani neminem -iorem praefecto eius putavit. VOPISC. Prob. 11, 6 olim -us et fortis et iustus. IVST. 6, 2, 3 tanto exercitui ... deerat -us imperator. AVSON. 192, 3 PS. AMBR. laps. virg. 6, 24 matronae ... sanctiores et -iores te. HIER. epist. 64, 21, 2 nisi tam decoro currui -us quaeratur auriga. COD. Theod. 1, 16, 3 (*a. 319*) *iudex* (*opp.* neglegens). VEN. FORT. vita Albin. 5, 11 -i germinis -issima proles. CORP. IV 309 Holconium Priscum ... -issim⟨um⟩ (*post* d. r. p. [*v. p. 1147, 35*]. 749 iuvenem dig⟨n⟩issimu(m). *sim. saepe in programmatibus. cf. p. 1148, 45*). III 12402 parentibus -issimis. VI 13109 homini -issimo. 32950 coniugi suo -issimo. *sim. al.* VIII 22673 -issimo principali innocentissimo puero. XI 6362 patrono -issimo. *al.* XIII 10012, 24 te dum (*sc. teneam*), o -a. INSCR. Revue archéol. VIII (1906) p. 207 pio optimo sanctissimo -issimo filio. *nota*: CORP. III 1498 coniugis ... erga se -issimae. *perraro de re*: PLAVT. Bacch. 41 miserius nil est quam mulier. :: quid esse dices (-is *codd.*) -ius? CIC. Mil. 19 si res, si vir, si tempus ullum -um fuit. VAL. MAX. 2, 7, 5 non -a exempla (*fort. deest 'quae'*) tam breviter ... referrentur. VAL. FL. 1, 6 si laurea -ā fronte viret. 4, 588 certe ⟨haec⟩ -a manus. HIL. myst. p. 7, 2 constitutionem eius (*dei*) in ea adire, quae -a sunt. AVG. civ. 14, 25 p. 53, 6 Vind. beata vita non amatur, ut -a est (*cf. p. 1148, 37*). VICT. VIT. 1, 27 membra -i corporis. CORP. XII 631 -is ... cineribus. *masc. et fem. pro subst.*: PLAVT. Asin. 247 -os indignos (*sc. aditu*) adire atque experiri (LIV. 24, 16, 9 PAVL. FEST. p. 249 TERT. patient. 2 p. 2, 22 PS. RVFIN. in psalm. 16, 2). Curc. 514 indignis si male dicitur ... verum si -is indicitur (PACVV. trag. 371 quia -um atque indignum nequeat internoscere *Fortuna*. SALL. Catil. 51, 27 ab -is et idoneis ad indignos et non idoneos. TERT. adv. Marc. 2, 13 p. 352, 17 AVSON. 269, 4 AVG. civ. 22, 30). PLAVT. Poen. 1270 eveniunt -a (*cf. p. 1144, 64*) -is (CARM. schol. Iuv. 5, 3). CIC. Catil. 3, 26 minus -i (LIV. 3, 35, 2 haud satis. AVR. VICT. Caes. 40, 20 parum). Planc. 8 -os praeterire. (AMM. 25, 3, 20). Lael. 78 non -os (HOR. epist. 1, 18, 78 *singular.*). off. 1, 92 quam plurimis, modo -is, se utilem praebeat. PVBLIL. B 12 qui -o dedit *beneficium* (*cf.* SEN. dial. 7, 20, 4 benef. 1, 10, 5). N 6 ubi -i (iusti *O*) imperant. HOR. sat. 1, 6, 51. TIB. 3, 13, 10 cum -o -a fuisse ferar (MAXIMIN. c. Ambr. 62 ut ... a -is -us -e ... honoraretur. OV. fast. 5, 31. trist. 5, 8, 9 exigit a -is ... poenas (*Guelf.*, exiget at -as ... poenas *vulg.*). LIV. 34, 49, 11. PAVL. FEST. p. 33 bonis et -is. VELL. 2, 126, 4 *opp.* malos. *al.* COD. Theod. 12, 1, 140 (*a. 395*) -issimi et meritis et facultatibus. APRING. in apoc. 21, 16 -issimorum corpus (*syn.* sanctorum). CORP. VI 36076 ob meritis eius -um prosequor.

B *relative*: 1 *sequuntur casus*: **a** *sequitur ablativus rei; distinxi inter bona et mala, quamvis saepe eodem loco utrumque ponatur, velut*: CIC. inv. 2, 113 ut ... supplicio -us esset, non ... praemio (SEN. contr. 9, 4 [27], 9). Sull. 88 nihil ... odio -um, misericordia -a multa. SEN. epist. 66, 32 gaudio ... metu. QVINT. inst. 2, 4, 38 poena vel praemio. decl. 299 p. 180, 26 venia ... an damnatione (AVG. civ. 20, 26). SVET. Nero 19 reprehensione ... laude. APVL. met. 4, 21 immortalitate ... ⟨humana⟩ patientia. MIN. FEL. 39, 7. CIC. Planc. 58 oratio, -a equitis Romani vel studio vel pudore. AVSON. 257, 9 nec regno -us nec morte. AMM. 17, 12, 17 miseratione -os ... potius quam simultate. VVLG. eccles. 9, 1 amore an odio. *malo*: PLAVT. Bacch. 621 omnibus probris, quae improbis viris -a sunt, -ior nullus est homo. 1056 me esse ... cruciatu malo -um (VAL. MAX. 2, 7, 9 cruce -issimis fugitivis). Merc. 978 quibus est dictis -us. TER. Eun. 865 si ego -a hac contumelia sum maxime. Hec. 275 -ae ut videamur malo (PHAEDR. 3 prol. 43 VAL. FL. 2, 471). 782 quod sit discidio -um (*cf.* LIV. 40, 13, 4. 42, 42, 9). LVCIL. 150 *gladiator* vita illa -us locoque. 1128 carcer, vix carcere -us. RHET. Her. 4, 30, 41 ignominiā (QVINT. decl. 263 p. 76, 5 quam -us ista sis ignominia). CIC. Verr. 5, 73 eo maiore odio -am audaciam. Marcell. 31 exilio (PETRON. 81 [exitio *ed. Pith.*]. HIL. op. hist. frg. 1, 6) aut morte (PS. QVINT. decl. 3, 15 SVET. Cal. 56). de orat. 2, 205 ne aut ... irrisione ... -i putemur (ARNOB. nat. 2, 51). Att. 3, 10, 3 castigatione aut obiurgatione (SEN. contr. 9, 6 [29], 13 *de re.* PAVL. FEST. p. 121). off. 2, 62 calamitate. TIRO Gell. 6, 3, 35 poenā esse -os (paene sed ignosci *codd.* NEP. Arist. 1, 3. SEN. contr. exc. 4, 8 aeque. LVCAN. 9, 508 quanto poena tu -ior ista es. FRONTIN. aq. 130 PAPIN. dig. 48, 12 [11], 12 PS. APVL. Ascl. 29). VERG. Aen. 10, 667 tanton me crimine -um duxisti? HOR. epist. 1, 6, 63 Caerite cera -i. OV. epist. 6, 146 perfidiae pretio qua nece -us erat? 20, 206 nostrā iustius irā (STAT. Theb. 8, 122). trist. 5, 5, 64 quae nullo -a dolore dolet. LIV. 39, 28, 14 tantā iniuriā. CIRIS 419 supplicio (*v. supra l. 46*). SEN. dial. 2, 10, 4 risu (CVRT. 8, 8, 14 GELL. 12, 12, 1 HIER. epist. 52, 5, 7). epist. 92, 31 tenebris *metallum*. 95, 41 censoriā notā. OCTAVIA 335 hac sum ... -a carina (*cf. p. 1146, 28 et 1150, 50*). PLIN. nat. 28, 5 morbo. QVINT. inst. 12, 1, 15 *et saepe al.* *bono vel re quae suo loco boni vice habetur (imprimis de honoribus praemiis muneribus homini reique attributis; usus latissime patet et ab oratoribus poetisque audacissime admittitur)*: PLAVT. Trin. 506 quom affinitate vostra me arbitramini -um. TER. Haut. 687 honore (SISENNA hist. 113 Q. CIC. pet. 13 CARM. epigr. (Corp. IV 6626 honore bono. EPIST. imp. Sev. et Carac. ad Tyr. [Corp. III 781 add. p. 1009] 31 honore cives fieri). CIC. inv. 1, 24 imitatione. 2, 4 qui nomine et memoria (CAES. Gall. 7, 25, 1 NEP. Chabr. 1, 1 CELS. 1 pr. p. 2, 15. PHAEDR. 4, 21, 3 [memoriae *PR, sed cf.* 4 prol. 19]. MELA 1, 38 EVTR. 9, 16 *cf. etiam infra l. 82 sq.*) -i sunt *auctores*. S. Rosc. 101 o gravitatem -am expectatione. Q. Rosc. 17 qui ita -issimus est scaena (de orat. 1, 167 foro. QVINT. inst. 1, 2, 10 maiore ... theatro) propter artificium, ut -issimus sit curia (*cf. p. 1147, 16*) propter abstinentiam. Verr. 1, 35 illud mihi nequaquam -um industria conatuque meo videbatur *seq. acc. c. inf.* (epist. 2, 11, 1 -um viribus nostris). 6, 83 si civis Romanus -us isto negotio nemo fuit (LAVD. [Turiae] Corp. VI 1527, 1, 45 COD. Theod. 3, 17, 3 pr. [*a. 389*]). Vatin. 2 quem nemo congressu, ... aditu, ... suffragio, ... civitate (*cf.* EPIST. imp. Sev. et Carac. ad Tyr. [Corp. III 781, add. p. 1009] 27 iure civitatis), ... luce (SEN. epist. 77, 17) -um putet. de orat. 1, 120 nihil ... -um re (*ad I*), -um nomine (*hoc quoque cf. c. eis quae sub I posui.* SIL. 16, 88 MART. 3, 34, 1) oratoris, -um hominum auribus (*i. quod audiatur, sed* Brut. 223 *syn.* aptus. CAECIN. Cic. epist. 6, 7, 3 CATVLL. 56, 2. PLIN. epist. 4, 16, 3 auribus ... chartis). 3, 1 illud immortalitate -um ingenium (CARM. epigr. Corp. IV 6635 aevo -um opus est). Brut. 65 quae notatione (orat. 70 cognitione. FRONTIN. aq. 106) et laude (PLANC. Cic. epist. 10, 11, 1 OPTAT. 1, 5 p. 8 MAR. MERC. Nest. serm. 4, 1) -a sint. 312 nostro patrocinio *causa* (DECRET. decur. Tergest. [Corp. V 532] 1, 24 tali decore talique praesidio). Att. 1, 13, 2 res -ae litteris nostris. 14, 12, 1 omni regno, sed non per Fulviam (VOPISC. Car. 11, 1 imperio). epist. 3, 10, 7 eis studiis eaque doctrina (SEN. contr. 10, 5, 8 SCRIB. LARG. praef. p. 4 professione medicinae. QVINT. inst. 12, 11, 4 VIRG. gramm. epit. 2 p. 7). Tusc. 5, 34 gloria (PLIN. nat. 34, 67 *de homine.* PANEG. 3 [11], 19, 6) huius sententiae quis est illo viro -ior? fin. 3, 20 ut selectione -um propterea sit, quod aliquod pondus habeat -um aestimatione, quam illi ἀξίαν vocant. nat. deor. 1, 21 cultu aut religione (CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 80). Cato 2 munere (TERT. pudic. 6 do[mi]no salutis). 5 opinione vestra nostroque cognomine *sapientia mea*. Q. CIC. pet. 4 loco illo (FRONTO p. 88, 24 N. *cf.* LVCIL. *p. 1149, 60*). LVCR. 3, 13 dicta ... perpetuā semper -issima vitā (VERG. Aen. 9, 210 tua vitā -ior aetas. LAVS Pis. 211 SIL. 10, 65. *cf.* LVCIL. *p. 1149, 60*). CVLEX 294 -us amor venia. HOR. sat. 2, 3, 4 nil -um sermone. *al.* PROP. 4, 6, 12 Calliope, -a favore tuo. OV. epist. 17, 168 magis caelo (*cf. p. 1147, 29 et infra l. 79.* PLIN. paneg. 35, 4 NEMES. ecl. 1, 50) -a puella. -a ... caelo es, sed adhuc tellure morare. 20, 29 quo, peream, si -us eras (*sc. labore meo. syn.* mereris. VAL. FL. 8, 430 sq. QVINT. inst. 2, 16, 16 PLIN. epist. 6, 18, 3). fast. 4, 129 formosa Venus formoso tempore -a est. trist. 3, 7, 39 magnis *opibus*. LIV. 41, 24, 19 rem ne legatione quidem -am *iudicare*. VAL. MAX. 4, 7, 7 *al.* SEN. Tro. 1006 his -a sacris aequora (LVCAN. 8, 841 PETRON. 135). epist. 67, 3 nihil ... voto (LVCAN. 7, 657 credere votis caelicolas [COMMENT. *ad l.* apud quos vota fierent]). *al.* PETRON. 131 -us amore locus. *al.* PLIN. nat. praef. 17 curā. 12, 9 *arbor* tam -a miraculo (PS. APVL. Ascl. 23 HIL. in Matth. 21, 10 miraculis. SVLP. SEV. Mart. 22, 6. *nota*: PLIN. nat. 12, 23 fructus ... -us miraculo arboris). 28, 112 peculiari volumine. *al.* VAL. FL. 1, 167 neque ... Tyndareus ... puer mihi vellere -ior Helles (*sc. te*). 5, 472 quem ... prima -um statuere carina *dei* (*cf. p. 1146, 28 et 1149, 77*). STAT. Theb. 2, 495 tantis -us qui crederis armis (SCHOL. *ad l.* cuius virtus non unius insidiantis dextram poscit). 10, 23 -a secundis pectora ferte deis (QVINT. decl. 254 p. 42, 16 animum ... emendatione fortunae. TAC. hist. 1, 15). MART. 2, 66, 8 speculo ... imago. 9, 71, 10 astris (*syn.* mereri). *al.* IVV. 5, 115 flavi -us ferro Meleagri ... aper. *al.* FLOR. epit. 4, 6, 7 Cilix -us victoria Pompei visus est. SVET. Galba 18 id ... augustiore loco. AFRIC. dig. 40, 4, 20 libertate (*al.* DIG.). TERT. anim. 24 quasi et hoc fide -um, ut (RVFIN. Adamant. 2, 14 magis). PORPH. Hor. epist. 2, 1, 214 poetas ... -os bibliotheca (*cf. p. 1151, 15*). CAPITOL. Gord. 34, 6 scientiā. AVR. VICT. Caes. 33, 25 in caelestium numerum referuntur *homines* aegre exsequiis -i. AVIEN. orb. terr. 804 insulae ... tibi ... carmine. *al.* *adde notabilia quaedam: abl. rem exigendam significat*: CIC. Pis. 14 hic te ille homo -issimus tuis laudibus collaudavit. VERG. Aen. 10, 667 tanton me crimine -um duxisti. SEN. contr. 9, 4 (27), 13 patri -us parricidio visus est. SEN. Phaedr. 684 -us en stupris ego. dial. 6, 13, 2 (QVINT. inst. 9, 3, 68 supplicatione). MART. 8, 28, 10 nec Miletos erat vellere -a tuo (*sc. tinguendo*). SIL. 4, 710 parat ... Saturnia ... -um virum veniente ruina. AVSON. 129, 7 -a est sanguine mater natorum, tua non dextera (*cf.* ANTH. Pal. 16, 136 αἷμα δὲ τέκνων ἔπρεπε Μηδείῃ, κοὐ χερὶ Τιμομάχου). HIER. epist. 18A, 11, 2 praedicatione. *imprimis addito gerundivo*: LVCAN. 4, 347 -um donanda (*sc. mihi*) ... te credere vita (COMMENT. *ad l.* -um te esse, qui praestes). TAC. ann. 13, 14 -am ... stirpem suscipiendo patris imperio. *nota gerundium sensu passivo*: CARM. epigr. 650, 2 (*a. 360*) culpand⟨o⟩ nihilum -us, sed -us amari. *haud raro deposito sensu meriti adiectivum compositum circumscribere videtur*: OV. epist. 14, 32 strataque corporibus funere -a (*i. funesta*) premunt. LIV. 21, 37, 5 humano cultu -iora loca (*i. magis culta*). PAVL. FEST. p. 44 caelibem dictum existimant, quod -am caelo (*cf. supra l. 36*) vitam agat. PLIN. nat. 12, 9 *al. v. supra l. 46.* GELL. 4, 5, 7 rerum memoria -arum (*cf. supra l. 1 et p. 1151, 16*). 4, 16, 7 libros ... -os memoria dereliquit (πλεῖστα ... ἐν συγγράμμασιν ... καταλιπὼν μνημεῖα). RVFIN. hist. 4, 14, 5 fide -ior (ἀξιοπιστότερος. *cf. p. 1151, 48*). *sic imprimis sequentibus structuris*: LIV. 30, 28, 1

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

utrum gaudio -um esset (*seq. acc. c. inf.*) . . . an magis metuendum (PLIN. nat. 30, 149 QVINT. inst. 4, 2, 34 [HIER. epist. 49, 14, 9] PLIN. epist. 1, 17, 2). PLIN. epist. 7, 15, 2 disceptare inter amicos laude -issimum est (7, 31, 4). 10, 39, 2 -um est certe deliberatione sitne faciendum an *eqs.* *dicitur de pretii aestimatione (cf. infra l. 37)*: SEN. epist. 89, 14 aestimans, quanto quidque -um sit (*translate*). CVRT. 8, 12, 17 quod saltem in India repperisset hominem -um talentis mille. POMPON. dig. 24, 1, 31, 3 mancipia . . . singula quinis -a. AFRIC. dig. 21, 2, 47 *et* DIG. *saepius*. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 80 caput . . . ex auro compositum multis pecuniis -um. *pro substantivo: masc.*: CIC. inv. 1, 103 in miseros et misericordia -os. rep. 3, 7 epist. 12, 30, 7 HOR. sat. 1, 3, 119 MART. 12, 62, 3. *neutr.*: OV. met. 13, 307 -a pudore obicit (HIER. epist. 64, 21, 3). HOR. sat. 2, 1, 85 si quis opprobriis -um latraverit (laceraverit ς). PERS. 1, 42 cedro (SCHOL. *ad l.* bibliotheca *cf. p. 1150, 59*) -a locutus. PLIN. nat. 27, 143 memoriā -a. CVRT. 4, 4, 11 spectaculo. CAPITOL. Opil. 1, 2 AMM. 16, 7, 15 VVLG. II Macc. 7, 18 admiratione. *cf. etiam p. 1152, 71 sqq.*

b *sequitur accusativus: de* TER. Andr. 940 (-us es, cum tua religione, odium . . .) *ad absolutum usum (p. 1148, 43) pertinente docent* GRAMM. *haec*: DON. Ter. Andr. 940 aut -us odio aut accusativus pro ablativo est positus, pro odio, aut separatim odium legendum, ut sit -us, qui male habearis. POMP. gramm. V 173, 11. 188, 11 *et* CLEDON. gramm. V 45, 28 *agnoscunt* -us *accusativo iunctum.* [*de* LVCIF. non conv. 2 -os anathema *cf. vol. II p. 20, 36.*] *accus. neutr. intellege, ubicumque locus non exscribitur*: PLAVT. Capt. 969 quid -us siem (AMBROSIAST. in Rom. 5, 14). Pseud. 937 quantum -u's. TER. Phorm. 519 quod es -us (IREN. 5, 36, 2 LVCIF. moriend. 5 p. 294, 24 AVG. civ. 21, 18). ITALA Luc. 10, 7 (codd. d e l *cf.* VVLG. I Tim. 5, 18 *Amiat. Fuld.*) -us est . . . operarius mercedem suam (μισθοῦ, VVLG. mercede sua). SCHOL. Hor. Vind. ars 138 membrum nihil -um. AVG. civ. 21, 18 ENNOD. epist. 8, 29 p. 219, 5. THEOD. MOPS. in Eph. 3, 6 quorum participationem . . . gentes -ae habitae sunt. in II Thess. 3, 2. GREG. M. epist. 9, 43 si quid super quattuordecim solidos . . . -us est (*i. meritus est*).

c *sequitur genetivus*: [PLAVT. Trin. 1153 non ego sum salute -us (NON. p. 498 genetivus positus pro ablativo . . . -us salutis). LIV. 36, 17, 5 vilissima genera hominum et servituti nata (servitutis -a *M*).] GAIVS dig. 15, 3, 12 quanti -us sit (*de pretio, cf. supra l. 5 sqq.*). ITALA Luc. 20, 35 (Ps. CYPR. singul. cler. 40) qui -i habentur saeculi illius et resurrectionis (VVLG. *abl.*). 23, 15 (cod. d) nihil -um mortis (θανάτου, VVLG. morte). CLEM. ad Cor. 1 -um amoris nomen vestrum (ἀξιαγάπητον. AVELL. p. 640, 11). Ps. CYPR. laud. mart. 21. COMM. apol. 671 qui sunt dei -i caelorum. HIL. in Matth. 4, 26. PRISCILL. tract. 1, 15 p. 14, 19 idola . . . gehennae -a. Ps. DAMAS. epigr. 107, 3 longinquae . . . vitae. AVIEN. Arat. 283. DICT. 4, 15 doloris. SCHOL. Germ. Bas. p. 61, 7 memoriae (RVFIN. hist. 6, 44, 1 MIRAC. Theclae 1 p. 169, 18). AMBR. Abr. 1, 3, 17 (*al.*). AMBROSIAST. in Rom. 11, 22 in II Cor. 4, 2 VVLG. sap. 9, 12. Hebr. 3, 3 amplioris . . . gloriae iste prae (παρά) Moyse. RVFIN. Adamant. 2, 12 fidei (ἀξιόπιστος *cf. p. 1150, 83*. AVELL. p. 640, 14). Ps. AVG. quaest. test. I 91, 4 SVLP. SEV. Mart. pr. 9, 3 AVELL. p. 592, 14 *al.* IORD. Rom. 388 -am . . . rem publicam tragoediae. GREG. TVR. glor. conf. 24 ut nihil -um leti aegrotus ultra perferret (*cf.* PASS. Quirin. 5). THEOD. MOPS. in Phil. 4, 3. PALLAD. hist. mon. II 1 p. 345[C] scripturae -am (γραφῆς ἄξιον) . . . causam. 2 p. 346[A]. PASS. Iren. Sirm. 1 nominis sui.

d *sequitur dat.*: VOPISC. Prob. 24, 6 quae -a memoratui aestimavimus. THEOD. MOPS. in Eph. 1, 3 demirationi . . . -os (in Col. 2, 10). *cf. p. 1142, 79.*

2 *sequuntur structurae*: **a** *enuntiatum relativum (modo coniunctivo). prout res se habet, de qua agitur, significatus ad I (i. 'idoneus') pertinere videtur. dicitur et de hominibus et de rebus: nota hanc structuram coniunctam cum pendente ablativo*: CIC. Balb. 51 cum ceteris praemiis -i sunt . . . tum certe -issimi sunt qui . . . donentur. OV. epist. 3, 73 -a nurus socero, Iovis Aeginaeque nepote cuique senex Nereus prosocer esse velit. VAL. FL. 5, 458 -us avo (*ad I*) quemque *eqs.* IVV 13, 62 *fides* Tuscis -a libellis quaeque . . . lustrari debeat. PLAVT. Amph. 80 me -um, quoi concrederet, habuit. Asin. 149 ut ne id quidem, me -um esse existumat, quem adeat. Rud. 406 neque -iorem censeo vidisse anum me quemquam, cui *eqs.* 522 tu -us, qui sies *miser*. TER. Andr. 230 nec satis -a, cui committas . . . mulierem. Eun. 1052 nihil est Thaide hac . . . -ius, quod ametur (EVGRAPH. *ad l.* melius). *al.* PACVV. trag. 25 te esse -um, quicum. EPIST. praet. ad Tiburt. (Corp. XIV 3584) 7. GRACCH. or. frg. Fest. p. 150. CALV. or. frg. Quint. inst. 9, 2, 25 dic te -iorem, qui praetor fieres quam Catonem. CIC. inv. 1, 4 et multitudinis et suo iudicio -us, qui . . . gereret, videretur. Verr. 1, 35 onus . . . -um, in quo. 2, 112 quid est -ius, in quo. Brut. 71 top. 73 Att. 1, 18, 5. epist. 16, 16, 2 eo mihi . . . -ior visus est quem. leg. 3, 5 videtur, qui aliquando imperet, -us esse (*nota collocationem verborum*) off. 2, 83. 3, 77 -um esse dicunt *rustici*, quicum in tenebris mices. *al.* CAEL. Cic. epist. 8, 12, 2 illum ne cui satis faceret quidem me -um habere. BRVT. et CASS. Cic. epist. 11, 3, 1 litteras . . . minime -as, quae a te nobis mitterentur. *al.* TREBON. Cic. epist. 12, 16, 3 VERG. Aen. 7, 653 TIB. 3, 8, 15 PROP. 4, 3, 21 (*c. abl. compar.*). 4, 11, 101 sim -a merendo, cuius *eqs. al.* OV. am. 2, 13, 22 Ib. 119 LIV. 1, 17, 10. 7, 3, 8 res, propter quam. 7, 35, 4 SEN. contr. 1, 1, 13 VELL. 2, 24, 5 VAL. MAX. 1, 1, 6 SEN. Thy. 870 dial. 4, 23, 3. 4, 33, 6. nat. 6, 3, 4 neque . . . illo quicquam inveniri -ius potest, cui. *al.* CVRT. 3, 12, 24. mereris, ut . . . et ut video -us es, qui (nec invidia -us es *Vogel, al.*). 10, 5, 17. LVCAN. 6, 602 -um (⟨est⟩ *V*) quod quaerere cures vel tibi, quo *eqs.* (ADNOT. *ad l.* id est merito solliciti sumus). PETRON. 20 PLIN. nat. 14, 52 VAL. FL. 5, 657 QVINT. inst. 6, 2, 3. 10, 1, 131 decl. 247 p. 13, 1 IVV. 4, 117. TAC. hist. 1, 16 (*hoc uno loco*). PLIN. epist. 4, 11, 4 FRONTO p. 48 N. APVL. met. 9, 21 SEPT. SER. carm. frg. 3 TERT. resurr. 14 p. 42, 25 PORPH. Hor. carm. 1, 12, 34—35 NEMES. ecl. 1, 24 SOL. 1, 115. SPART. Hel. 7, 3 cum . . . nihil -um in moribus haberet, quod. ARNOB. nat. 1, 30 IVST. 8, 2, 1 ITIN. [Silv.] 14, 2 HIL. in Matth. 16, 7 GAVDENT. serm. 19 p. 985[A] PRISCILL. tract. 1, 7 p. 8, 12 AVSON. 170, 15 DICT. 4, 15 HIER. epist. 18[B], 4 (21), 4 VVLG. sap. 1, 16. RVFIN. hist. 3, 9, 3 -us, cui prae ceteris omnibus deberet credi. CLAVD. 10, 307 AVG. civ. 2, 13. 9, 23 SVLP. SEV. dial. 2, 28, 1 LEO M. epist. 26, 8 p. 779 PROSP. in psalm. 143, 4 SIDON. epist. 1, 11, 3 FAVST. REI. epist. 1 p. 163, 18 ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 15, 14 DRAC. Romul. 5, 54 APRING. in apoc. 5, 2 VEN. FORT. vita Marcell. 4, 15 ACT. Archel. 59 (50). *adde*: PLAVT. Asin. 314 ut . . . dicamur . . . -issimi esse, quo cruciatus confluant (OV. fast. 4, 270). TER. Eun. 312 ubi. CIC. inv. 2, 175 quare. Verr. 2, 63 quam ob rem. 3, 117 cur (LIV. 35, 12, 8). *nota indicativum*: VEN. FORT. carm. 6, 1, 112 -a fuit species, potuit quae flectere regem.

b *sequitur* ut: PLAVT. Mil. 1140 non sum -us prae te, ut figam palum in parietem. OV. rem. 275 [met. 10, 681 -ane, cui (*N ex corr. edd. vett.*, -a nec, ut *M, plerique codd.*) grates ageret, cui turis honorem ferret . . . fui?]. LIV. 7, 35, 4 -i estis ⟨ut⟩ qui . . . tuleritis . . . egueritis. 23, 42, 13 quos, ut socios haberes, -os duxisti. 24, 16, 18. VAL. MAX. 7, 6, 4 MART. 10, 34, 5 QVINT. inst. 8, 5, 12. 12, 11, 24 decl. 263 p. 76, 26 HERM. Pal. sim. 9, 28, 5 (ἵνα) TREB. Gall. 21, 2 VVLG. Matth. 8, 8 (ἵνα) *al.* SIDON. epist. 2, 4, 3 VEN. FORT. vita Marcell. 7, 26 GREG. M. moral. 2, 38.

c *sequitur infinitivus (tam activi quam passivi)*: CATVLL. 68, 131 aut nihil aut paulo cui tum concedere -a lux mea (*imitatur* CIRIS 104). VERG. ecl. 5, 54 puer ipse fuit cantari -us. 5, 89 amari (*cf. p. 1150, 75*). catal. 9 (11), 8 sanctos -us inire choros. 9 (11), 16. HOR. sat. 1, 4, 25. 1, 10, 73 quae -a legi sint (MART. 1, 114, 4 QVINT. inst. 10, 1, 96 PORPH. Hor. sat. 1, 10, 63—64). carm. 3, 21, 6 epist. 1, 10, 48 *al.* TIB. 2, 6, 43. 3, 12, 10 ELEG. in Maecen. 1, 4 OV. am. 2, 8, 2. epist. 5, 85 -aque sum et cupio fieri matrona potentis. 6, 42 fax . . . sub arsuros -ior ire rogos. 15, 132 quidquid Lacedaemone tota ostendi -um . . . fuit. met. 4, 320 puer o -issime credi esse deus. 14, 833 -issima tanti ante fuisse viri. Pont. 2, 6, 30 *et* 31 (*syn.* mereris) *al. saepe.* EPIST. Sapph. 218 cur ego -a fugi (*cod. Guelf. unus*, fuga *vulgo*). EPICED. Drusi 127 *sq.* VITR. 6 praef. 6. 9 praef. 1 id . . . magis erat institui -um (GELL. 15, 3, 8 AMM. 17, 11, 5 LEO M. epist. 23, 2 p. 733[B]). SEN. contr. 9, 1, 6 VAL. MAX. 2, 9, 1 PHAEDR. app. 18, 4 SEN. Phaedr. 442 benef. 1, 1, 9. nat. 6, 4, 1 haec ex quibus causis accidant, -a res excuti. 6, 30, 5 adnotari *seq. acc. c. inf.* MELA 1, 1 PLIN. nat. 22, 59 VAL. FL. 2, 421 SIL. 11, 304. 15, 33 STAT. Theb. 1, 276. 10, 650 (*cf.* SCHOL. *ad l.*). 10, 903 silv. 1, 3, 49 MART. 1, 101, 8 IVV. 6, 50 PLIN. paneg. 7, 4 AVR. Fronto p. 55, 14 N. PAVL. dig. 33, 9, 5, 15 MARCIAN. dig. 49, 14, 22, 2. GELL. 15, 18, 1 res . . . memorari -a. APVL. met. 1, 8 TERT. nat. 2, 13 adv. Val. 6 p. 183, 9 apol. 18 Ps. TERT. haer. 1 p. 213, 11. ITALA Ioh. 1, 27 (Cypr. testim. 2, 19) cuius non sum -us corrigiam . . . solvere (ἵνα, VVLG. ut, *sed* Marc. 1, 7 *infin. cum graeco*). HERM. Pal. sim. 8, 6, 1 (*graece genet.*). CYPR. epist. 21, 1 *act. et pass.* ANTH. 463, 14. ARNOB. nat. 1, 38 -us a nobis est . . . deus dici. 5, 42 LACT. inst. 6, 13, 1 DON. Ter. Eun. 865, 2 ITIN. [Silv.] 3, 4. HIL. in Matth. 25, 1 deo fieri -us habitaculum. myst. p. 21, 6 OPTAT. 1, 21 p. 24, 19 LVCIF. non parc. 6 p. 221, 6 Athan. 2, 15 p. 175, 21 ATHAN. Lucif. epist. 6 p. 324, 19 SYMM. epist. 4, 38 ANON. Vales. 9, 39 HYG. astr. 1 praef. p. 22, 5 AMBR. Abr. 1, 9, 92 AMBROSIAST. in Rom. 1, 13. 4, 23 VVLG. sap. 16, 9 Marc. 1, 7 *v. l. 55* Luc. 15, 21 RVFIN. Adamant. 1, 8 hist. mon. 19 p. 441[B] CLAVD. rapt. Pros. 3, 283 carm. min. 22, 21 AVG. civ. 1, 9. 14, 25 Ps. AVG. quaest. test. I 117, 1 BARNAB. 14, 1 MAR. MERC. Cyr. incarn. 26 LEO M. serm. 17, 3 epist. 156, 1 p. 1129[A] PROSP. resp. ad Gen. 8 p. 197[C] carm. de ingrat. 791. epigr. 54, 2 hoc sursum -um est ire, quod (*cf. p. 1143, 31 sqq.*). SIDON. epist. 1, 2, 1 *et saepe recentiores.* *nota neutr. pro subst.*: HOR. ars 183 -a geri. STAT. Theb. 713 nec -a negari.

d *sequitur supinum*: VERG. Aen. 9, 592 -a atque indigna relatu vociferans (*item neutr. pro subst.* OV. met. 4, 793. TAC. Agr. 1 agere -a memoratu). OV. fast. 3, 541 visa est mihi -a relatu (VEN. FORT. vita Albin. 2, 3). LIV. 4, 43, 1 nihil -um memoratu actum (25, 1, 5 VAL. MAX. 1 praef. 8, 11 pr. PLIN. nat. 2, 247. 31, 6 *al.* TAC. hist. 2, 24 GELL. 4, 18 tit. APVL. mund. 5 SOL. praef. 4 *al.* TREB. trig. tyr. 2, 4 CAPITOL. Gord. 21, 3 [-tus *Peter cum P*[1]] Ps. AVR. VICT. epit. 20, 6 AVSON. 420 AMM. 22, 8, 25 SVLP. SEV. chron. 2, 47, 1 EVSTATH. Bas. hex. 5, 6 p. 915[C]). LIV. 4, 30, 4 nihil -um dictu actum (27, 41, 5 PLIN. nat. 11, 270 SOL. 1, 53). VAL. MAX. 1, 5, 9 adnotatu (9, 12 ext. 1). SEN. benef. 4, 23, 2. epist. 90, 30 inventu . . ., perpetuo usu. 94, 56 miratu (PLIN. nat. 10, 81). LVCAN. 10, 182 quis -ior umquam hoc fuit auditu (*active, passive*: PORPH. Hor. ars 319—320 ITIN. Alex. 14). PLIN. nat. 3, 139 effatu (SOL. 3, 4 fatu). 8, 142 cognitu (TAC. ann. 6, 7 SVET.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aug. 43 TREB. Valer. 5, 1 SIDON. epist. 4, 9, 1). TAC. dial. 16 tractatu (MACR. sat. 7, 13, 2). AMM. 27, 2, 11 narratu. MACR. sat. 1, 15, 4 quaesitu. 7, 16, 2 inquisitu et scitu (*al.*).

1 *proprie*: **a** *i. q. crescentia*: VITR. 9, 7, 1 dierum brevitates itemque -es (*Marini*; brevitates idemque depalationes [*vel* depalatationes] *codd.*, brevitatis ... -is *Rose*). **b** *i. q. latitudo*: ITALA psalm. 118, 45 (Hil. in psalm. 118 vau 9) ingrediebar in -e (ἐν πλατυσμῷ, VVLG. in latitudine). **c** *i. q. diffusio, extensio, propagatio*: TERT. anim. 37 in laminam massa laxatur, maior efficitur initio suo per -em ponderis certi, non per adiectionem, dum extenditur. PS. TERT. haer. 2 p. 216 occlusisse superiora -e (*praecedit* se extendit). HIL. syn. 45 deum usque ad sanctam virginem substantiae -e protendere. trin. 3, 17 filium non de portione aut -e aut emissione, sed ex eo natum. CHIRON 68 platocoriasis, id est -o (dilatio *cod.*) pupillae (CASS. FEL. 29). 99 venae. AMBR. epist. 38, 10 *Nephtalim* abundantia ... Latina interpretatione vel -o (RVFIN. Orig. in Ios. 3, 4 *Iaphet* -o interpretatur). VVLG. Ezech. 31, 7 *cedrus* pulcherrimus ... in -e arbustorum suorum. PHILAGR. med. 3 p. 92 umores sine aliqua -e ... purgandi. *ibid.* haec (*i. ventris solutio nimia al.*) ... -em in hac causa faciunt sola. *al.* OROS. hist. 6, 14, 4 hanc nunc amplissimam -em (*i. propagationem terminorum imperii Romani*) vastissima ruina consequitur. VICT. VIT. 2, 21 *arbor* -e sua omnem paene Africam opacabat.

2 *translate vel in imagine*: **a** *apud* ECCL. *de extensione cordis, inde fere i. q. exultatio.* AVG. loc. hept. 5, 29 p. 603, 28 'dilatetur cor tuum ...': notandum etiam in malo dici posse -em cordis; exultatio quippe in -e intellegitur, cui contrariae sunt angustiae, id est tristitia. utrumque autem potest et in bono et in malo accipi. VVLG. prov. 21, 4 exaltatio oculorum est -o cordis (PROSP. in psalm. 118, 32 'cum dilatasti cor meum': cordis -o veritatis est dilectio. ORIG. in I reg. 10 ut a -e oris etiam ad cordis -em veniamus [*syn.* latitudo]. *al.*). PS. RVFIN. in Ioel 2, 1/2 p. 1042[B] ut -em (*i. insolentiam*) eius et acerbitatem ... exprimeret. in psalm. 4, 2 mentis. AVG. quaest. hept. 2, 107 p. 163. in psalm. 118 serm. 11, 1 illa -o caritatem significat. **b** *i. q. propagatio, extensio*: AVG. epist. 140, 67 hac ecclesiae -e superbi. ENNOD. opusc. 3, 192 p. 380, 23 nulla protensione libelli, nullis -bus promulgatae laudis transitus ipsius poterit occultari. CASSIOD. var. 7, 46, 1 *ne* -em (*sc. gentis*) providam in genus extraneum non haberent. in psalm. 118, 64 fidei Christianae.

dīlātātor, -ōris *m. a* dilatare. *i. q. propagator*: CASSIOD. inst. div. 21 Hieronymus Latinae linguae -r eximius.

[**dīlātē**] *v. p. 1166, 9.*

***dīlātio,** -ōnis *f. a* differre. *pluralis*: CAEL. Cic. epist. 8, 4, 2 LIV. 5, 5, 1. 31, 48, 10 VELL. 2, 79, 1 SEN. clem. 2, 2, 3 PLIN. nat. 19, 189 QVINT. decl. 319 p. 253, 11 PS. QVINT. decl. 5, 18 AVR. Fronto p. 15, 7 N. DIG. 2, 12 (*in titulo libri*) VLP. dig. 4, 6, 26, 4 IVST. 8, 3, 9 DON. Ter. Hec. 112 AMM. 22, 8, 49. 30, 4, 18 AVG. epist. 93, 18 LEO M. epist. 14, 6. 71 serm. 69, 2 EPIST. pontif. Migne 20, 757[A] CAEL. AVR. acut. 3, 11, 106 *al.* DON. Ter. Eun. 1020 in longam -em, unde -o est dicta diei prolatio. AVG. quaest. hept. 4, 49 exii in -em tuam, ubi Graecus habet διαβολήν. GLOSS. ὑπέρθεσις. παρολκή. recrastinatio. aelding (*anglosax.*). sine -e ἄνευ ἀναβολῆς. ἄνευ ὑπερθέσεως. ἄνευ παρολκῆς. ἀνυπερθέτως. *cf.* V 450, 38 dilatatio statum seu statim (*sc. intellegitur* sine -e *cf. l. 29*). *legitur inde a* CIC., *frequentant* LIV. SEN. ICTI AVG., *deest poetis praeter* PHAEDR. 3 epil. 12.

1 *generatim i. q. extensio, prolatio, procrastinatio, necnon cunctatio, mora (notione subinde ad 2 declinante)*: CIC. Phil. 3, 2 minimi -o temporis (ZACCH. 1, 21 *al.*). LIV. 5, 5, 1 per -es bellum *gerere.* 9, 27, 6 belli (23, 39, 4. 31, 6, 6). 40, 57, 2. 44, 25, 8 sine -e (VELL. 2, 50, 1 CORP. IV 1180 SEN. dial. 5, 18, 4. 6, 10, 4 epist. 46, 1. 83, 20 CVRT. 6, 7, 18 PAVL. dig. 24, 1, 57. HERMOG. dig. 37, 14, 21, 1 sine condicione et -e [*haec* ICTORUM *ad 2 potius referenda, ubi cf. p. 1163, 20*]. PANEG. 5 [8], 5, 4 SPART. Hadr. 7, 9. SERV. Aen. 9, 253 actutum, confestim, sine -e. AMBR. hex. 5, 5, 12 sine ... mora et -e. VVLG. II reg. 17, 16 absque -e. act. 25, 17 [ἀναβολὴν μηδεμίαν ποιησάμενος] RVFIN. hist. mon. 7 p. 414[C] *al. praecipue apud medicos et in legg. Burg. Visigoth.*). VELL. 2, 79, 1 extra -es. SEN. clem. 2, 2, 3 cum magna cunctatione, cum multis -bus. benef. 1, 1, 7. QVINT. decl. 319 p. 254, 5 naturalis improbis hominibus -is est cupiditas. PS. QVINT. decl. 4, 5. SVET. Nero 15 in solacium -is ac morae. APVL. met. 10, 4 promissionis. *ibid.* impatiens vel exiguae -is (SYMM. epist. 1, 6, 1). TERT. adv. Marc. 1, 22 p. 320 -e remedii. FIRM. err. 7, 1 moras -is ferre. IVST. 8, 3, 9. 17, 2, 4 cui nulla -is ... venia esset. DON. Ter. Ad. 430 cum -e (*i. pausa*) et vultuose dicendum 'sentio'. Hec. 112 his -bus etiam spectatorem suspendi. PS. AVR. VICT. epit. 48, 3 modica -e emolliebantur aliquando severa praecepta. HIL. trin. 3, 14 -is diversitate. in psalm. 1, 3 non eget -e temporis (*cf. p. 1163, 25*). SYMM. epist. 1, 7, 2. AMM. 22, 8, 49 -um ambage. SERV. Aen. 9, 141 mortis. AVG. civ. 15, 19. 20, 19 in psalm. 144, 11 MAR. MERC. Cyr. epist. syn. 3, 3. LEO M. epist. 14, 6 nullis -bus ... fatigari. serm. 69, 2 -um ... ratio *al.* CAEL. AVR. chron. 1, 1, 15. 5, 11, 135 acut. 3, 11, 106 EVGRAPH. Ter. Andr. 306. 398 -is persuasio. CASSIOD. in psalm. 12, 5 -e diutina. *al.* PALLAD. hist. mon. I 7 p. 277[d]. *nota i. q. intervallum locale*: APVL. met. 11, 11 ex alia vero parte *urnulae* multum recedens spatiosa -e adhaerebat ansa. *iuncturae verbales*: LIV. 1, 14, 6 -em pati (21, 52, 2. 35, 25, 11 PLIN. nat. 18, 91. RVFIN. hist. 2, 10, 1 -em non patitur ultionis [ἀναβολῆς]. MVTIAN. Chrysost. hom. 21, 2. *cf. p. 1163, 26*). LIV. 7, 14, 5 nec recipiente iam -em re (SEN. dial. 5, 1, 3 affectus -em recipiunt. PS. AVG. quaest. test. II nov. 36 p. 471 Vind. accipiunt. *cf. p. 1163, 21. 30*). LIV. 23, 14, 8 -em mali inveniunt. 31, 48, 10 non expectare belli tempora moras et -es imperatorum. 32, 36, 6 moram et -em ... quaeri (TAC. ann. 6, 4 Trioni -o exitii quaesita. AVG. in psalm. 102, 16). LIV. 37, 7, 5 -em nihil ad praesentia mala, quippe quae ultima essent, ... adiecturam. PHAEDR. 3 epil. 12 quo plus consumet temporis -o. PLIN. nat. 19, 189 longis utriusque *operis* -bus futuris. SEN. dial. 5, 12, 4 maximum remedium irae -o est. 10, 9, 1 maxima ... vitae iactura -o est: illa primum quemque extrahit diem, illa eripit praesentia, dum ulteriora promittit. 10, 16, 4 omnis ... speratae rei longa -o est. nat. 2, 48, 1 impetretur -o (APVL. flor. 19 p. 96 brevem ... -em. *cf. etiam sub 2*). epist. 72, 2 -em damus (VEN. FORT. vita Radeg. 28, 66. AMM. 31, 6, 2 bidui -em tribui sibi. *cf. p. 1163, 11sqq.*). QVINT. decl. 319 p. 253, 11 si omnes moras odi, omnes -es. PS. QVINT. decl. 5, 18 qui -es, qui moras ferre non poterat. TERT. bapt. 18 magis timebunt consecutionem quam -em. adv. Marc. 2, 25 p. 371 temporalem et ad praesens -em vitae *aeternae* fecisse *deum.* (HERM. vulg. *et.* Pal. sim. 9, 5 quaedam -o facta est [ἀνοχή]). adv. Marc. 5, 21 p. 650 suspectam habeas -em. PORPH. Hor. epist. 1, 19, 47 intermissionem ludorum vel -em *posco* (AMBR. Tob. 7, 25 poscit -em *debitor.* EVGRAPH. Ter. Phorm. 485 postulavit). PS. CENS. frg. 3, 9 biformia *signa* geminatione rerum omnium repetitionem significant et interim -em. PANEG. 12 (2), 38, 5 quae poterat ulterior esse -o? DON. Ter. Ad. 225 ut dilationem res habere non possit. PS. AVR. VICT. orig. 16, 3 petita -e (AVG. c. Fel. 1, 19. 20 EVGRAPH. Ter. Phorm. 832. *cf. p. 1163, 18*). AMM. 28, 1, 53 -e ... inventa. PS. ASCON. Verr. p. 230, 31 St. interposita (VVLG. gen. 43, 10 si non intercessisset -o. PS. RVFIN. in Am. 3, 3/8 interveniens -o). HIER. epist. 28, 1 sortis ... -o (dilatatio *al.*) usuram parturit. 60, 9, 2 mihi non placent -es istae imperfectae servitutis dei (*opp.* Cornelium ... statim audio baptizatum). AVG. serm. ed. Mai 126, 9 ut praeparandi ad *Christi* visionem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

medicinalem perferant -em. epist. 93, 18 -um morulās amputavit. *al.* SIDON. epist. 5, 20, 3 ad ignaviam respicit secunda -o. OP. imperf. in Matth. 19 p. 743. CASSIOD. in psalm. 12, 1 desideranti ... molesta -o est. var. 11, 33 cruciabili -e. GREG. M. moral. 16, 33 amanti *Iesum* adhuc -o imponitur (*i. quatenus cum Iesu abire nondum licet*). *al.*

2 *speciatim et technice in publica vel iuridica re, i. q. prorogatio, comperendinatus*: CIC. Manil. 2 propter -em comitiorum (Att. 2, 15, 2 CAEL. Cic. epist. 8, 4, 2). LIV. 2, 63, 2 non ultra ... latura plebes -em agrariae legis. 9, 5, 5 foederis. SEN. contr. exc. 5, 4 poenae meae (CALP. decl. 13 longa poenarum -e. AVG. serm. ed. Mai 90, 3). SENT. procos. Sard. (Corp. X 7852) 16 -em probationi dari (Ps. QVINT. decl. 3, 19 PLIN. epist. 10, 81, 5 SCAEV. dig. 49, 1, 28, 1 PAPIN. dig. 5, 1, 45 pr. 22, 1, 3 pr. VLP. dig. 2, 12, 7 *al.* PAVL. dig. 2, 12, 10 *al. cf.* PLIN. epist. 6, 31, 9 indulserat ... petentibus -nem. PAVL. dig. 2, 12, 10 tribui). QVINT. decl. 313 p. 231, 7 nulla -o est. 319 p. 253, 1 sceleris ...-em impetrari (*praecedit* praeferri *alterius sceleris* iudicium. AVR. Fronto p. 15, 19 N. PAPIN. dig. 48, 5 (12), 11, 9). PLIN. epist. 1, 18, 1 ut -em petam (6, 31, 9. 10, 81, 4 SVET. rhet. 22 AVR. Fronto p. 15, 7. 19. 20 N. VLP. dig. 50, 16, 99, 3). PLIN. epist. 2, 11, 10. 5, 9, 3. POMPON. dig. 28, 5, 23, 4 qui sine -e peregre essent vel aegritudine ... impedirentur. CALL. dig. 5, 1, 36 pr. -em accipere (VLP. dig. 2, 12, 7). VLP. dig. 2, 12, 1, 2 si -o (del- *F*) actionem peremptura est. *ibid.* oratio *divi Marci* -em concessit. 2, 12, 7 -o impertiri solet (PAVL. sent. 1, 12, 9. 2, 26, 17). VLP. dig. 2, 14, 7, 5 tempore statuto -is (17, 1, 43 cum -one temporis (*cf. p. 1162, 42*). 4, 6, 26, 4 per -es *actionem eximere*. 24, 3, 24, 2 -em pati. 26, 7, 7, 1 -em nec modicam expectare. 28, 5, 3, 4 aperturae tabularum -o necessarii heredis ius non mutat. 39, 1, 5, 12 -o periculum allatura est (42, 4, 7, 11). 39, 2, 1 periculosa -o praetori videtur. frg. Vat. 119 -i moratoriae locus est. PAVL. dig. 45, 1, 73 pr. stipulatio ... -em capit. 49, 5, 7 pr. si res -em non recipiat. 49, 14, 45, 10 -em negari. DIG. 2, 12 rubr. de feriis et -bus. AMM. 30, 4, 18 *advocati* -um examina longissima contexentes. RVFIN. Clement. 1, 22 -o Simonis contulit, ut. AVG. serm. ed. Mai 5, 1 -o *iudicii* exclusa est. COD. Iust. 3, 28, 36, 1^c omnem -em, omnem moram ... abstrahendam. *al.* *in re tributaria*: AMM. 22, 6, 1 per -em *debita tributa* inferre. CASSIOD. var. 12, 2, 5 -o ... tributi maioris fit causa dispendii (11, 7, 3. 12, 10, 2). *cf. debiti -o p. 1162, 73. 82.*

iuxta posita: mora, cunctatio.

1. *dīlāto, -āvī, -ātum, -āre [*a* dis- *et* lātus. *Th.*]. *cf.* delato *p. 416, 66.* GLOSS. πλατύνω. -are amplificare. -vit ἐμήκυνεν. V 649, 16 undulatum -atum purum (-atum *om.* NON. p. 189). *legitur inde a* VARRONE *et* CIC., *frequentant prae ceteris* CIC. (*21^ies*) *et* ECCL., *praecipue* VVLG.; *deest poetis praeter* LABER. MORET. OV. *singulos locos.*

I *proprie et in imagine*: *i. q. latiorem reddere, extendere, distendere, producere, porrigere sim. tam de loco quam de magnitudine (de tempore v. p. 1164, 18), opp.* contrahere, coangustare, coartare: **A** *aliquid*: VARRO ling. 5, 107 a globo farinae -ato. CIC. orat. 113 *digitos* diduxerat et manum -verat (FAVST. REI. grat. 1, 11 p. 37 [*in imag.*] manum spei fidelibus aperuit ac -vit). nat. deor. 2, 135 *stomachi* partes ... -antur. 2, 136 *pulmones* tum se contrahunt ... tum ... -ant. SALL. hist. frg. 2, 99 castra (LIV. 27, 46, 2). 3, 62 (Serv. Aen. 2, 312) *freta* 'lata' ... quia se angustiae Pontici oris illic -ant (*cf. l. 64. p. 1164, 8*). MORET. 47 subactum levat opus palmisque suum -at in orbem. OV. met. 6, 378 rictus. LIV. 31, 21, 12 aciem (AMM. 27, 2, 5). VITR. 2, 1, 5 spatia *tumulorum* (PAVL. NOL. epist. 32, 12). VITR. 9 praef. 18 quibus ... rationibus *umbrae gnomonis* -entur aut contrahantur. SEN. suas. 2, 17 profundum. CELS. 6, 4 ea *area*, quae ἀλωπεκία nominatur, sub qualibet figura -atur. 6, 6, 37 pupilla funditur et -atur (PLIN. nat. 25, 144). CELS. 6, 8, 2 nares. SEN. nat. 5, 4, 3. 6, 32, 9. epist. 15, 2 cervicem (SORAN. p. 8, 9). 90, 39 in provinciarum spatium rura -et (ZENO 1, 9, 2 -ant horrea, terras angustant). COLVM. 12, 15, 5 *ficum*. SCRIB. LARG. 59. 205 *emplastrum* -atum magis manibus in magnitudinem vulneris. 210. 212. PLIN. nat. 2, 233 plumbum ... -atum fluitare. 5, 141 ubi se -at mare (*i. diffunditur, cf. supra l. 52*). 10, 63 sensim -ante se cuneo porrigitur agmen *anserum*. 10, 140. 11, 81 maculas ... ex angusto -ans *aranea*. 17, 201. 251 cicatrices. 19, 109. 33, 61 *nullum metallum* laxius -atur *auro*. 33, 102 platyophthalmon ... appellavere, quoniam ... -et oculos. 33, 128 *speculis convexis* -atur in immensum magnitudo imaginum. 35, 3 non placent iam abaci nec spatia montes in cubiculo -antia. VLP. dig. 43, 12, 1, 15 si -etur *aqua* aut (sic -etur ut *dett. fort. recte*) diffusa brevem aquam faciat (*opp.* coangustetur). 43, 19, 3, 15 ne quis -et aut producat aut deprimat aut exaggeret *iter*. 43, 21, 1, 11 si ... rivum ... -et vel extendat. ITALA Ezech. 41, 7 (Wirz.) *aedes* ut -etur (διαπλατύνηται, VVLG. latius erat templum). SOL. 19, 8 quorum aures in effusam magnitudinem -entur. VIB. SEQ. geogr. p. 146 fontem. VOPISC. Aurelian. 21, 9 muros (PAVL. NOL. carm. 14, 84 moenia). ARNOB. nat. 2, 59 quid ... nives in plumas et foliola -arit. HIL. syn. 38 substantiam dei -ari et contrahi (43. 44). 44 contrahi et -ari corporalis est passio. AMM. 29, 5, 42 -ato vulneris hiatu decessit (PETR. CHRYS. serm. 112 p. 510^A vulnus). HIER. in Ezech. 12, 40 p. 477 fenestras. in Eph. 4, 16 umeri *parvuli crescentis* -antur (RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 42). in Is. 35, 1, 2 *rosae* foliis *nondum* -atis (VVLG. num. 17, 8). VVLG. Is. 30, 33 *Topheth* -ata. 54, 2 -a locum tentorii. 57, 8 cubile tuum. Mich. 1, 16 -a calvitium tuum sicut aquila. Matth. 23, 5 -ant phylacteria sua et magnificant fimbrias (πλατύνουσιν). RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 3, 2 quo *arcu* -ato atque distento. Ps. RVFIN. in Ioel 3, 17/18. PAVL. NOL. epist. 29, 13 tugurium ... longius tenditur, quasi -atum. PHILAGR. med. 1 p. 74 *splen* et increscit ... et extenuatur et -atur in aliquas partes. VINDIC. med. 24 viae *corporis* -atae (*opp.* conciderint). OROS. hist. 1, 2, 48 *mare Caspium* per longas angustias tenditur, donec per magna spatia -atum ... terminetur. 1, 10, 15 -atis utrimque marginibus rigentium undarum. CASS. FEL. 23 tumor. *al.* PETR. CHRYS. serm. 160 p. 622^B panes quinque ... ad quinque milia hominum tetendit et -vit saginam. SALV. eccl. 1, 46 ulcus ... -atur. SIDON. epist. 1, 2, 2 labra ... -atis oris angulis ampliata. 2, 2, 5 frigidaria -atur. BOETH. arithm. 2, 6 anguli. IORD. Get. 5, 30 stagnus. *nota*: CASSIOD. in psalm. 150, 3 *tuba* ... terribili personatione -atur. *in imagine*: GREG. M. moral. 14, 79 ramos pravae loquacitatis in accusatione -ent. PETR. CHRYS. serm. 108 p. 499^C *deus* (*manus ad populum expandens*) distendit membra, -at viscera. CAES. AREL. testam. 10 misericordiae ... viscera -are. *de temporis spatio*: VITR. 9, 8, 10 *sol* -at contrahitque dies et horas. 9, 8, 13 (*de horologio anaphorico*) horarum spatia (*item* 14, *opp.* corripere). SEN. dial. 10, 6, 4 spatium *vitae*, quamvis natura currit, ... ratio -at. COD. Theod. 2, 4, 4 (*a. 385*) tempora. MART. CAP. 8, 875 noctibus -atis (dilateratis *β*, lateratis *B*^1, lateritis *R*^1).

B *de animantibus*: ITALA deut. 32, 15 (Tert. ieiun. 6) pinguefactus et -atus est (ἐπλατύνθη, Lugd. incrassavit, -atus est; Monac. incrassatus et -atus. VVLG. impinguatus, -atus). AMM. 24, 1, 3 laxatis cuneis iumenta -vit (*i. diduxit*) et homines (*cf. p. 1163, 54* aciem). 31, 2, 16 quas *gentes* -ari ad usque Gangen accepi. CHIRON 118 cum procubuit *iumentum*, -atur (ἀναπεσὼν πλατύνεται). 372 cum procubuerit, extendere se non potest nec -are. 400 tenditur et -atur.

II *translate et in imagine i. q. amplificare, extendere, propagare, augere, necnon efferre, exaltare*: **A** *generatim*: **1** *rem fere ubique incorpoream, hic illic vi propria sublatente*: CIC. rep. 6, 22 cernis profecto, quantis in angustiis vestra se gloria -ari velit (VVLG. I Macc. 3, 3 Ps. PRIMAS. in Rom. p. 431^B). leg. 3, 32 lex -ata in ordinem cunctum coangustari etiam potest. fin. 3, 48 utrumque eorum (*sc. virtutum et vitiorum*) fundi quodammodo et quasi -ari putant. phil. frg. V 87 nomen (Ps. RVFIN. in psalm. 43, 24). LABER. mim. 44 -atum est dominium togatae gentis. VAL. MAX. 3, 4, 2 -vit enim fines, cultum deorum ... auxit, numerum senatus amplificavit, equestrem ordinem uberiorem reliquit (VVLG. I Macc. 14, 6. CASSIOD. in psalm. praef. 3 p. 15^A *syn.* protendere). VAL. MAX. 5, 6 ext. 4 -ato Punico imperio (VVLG. I par. 18, 3 AVG. civ. 3, 15. 4, 8. 26. 18, 22 OROS. hist. 3, 12, 8). VAL. MAX. 7, 2, 6 in -ando regno (AMM. 23, 6, 7 AVG. civ. 4, 14. 28. 16, 3. 17, 2. quaest. hept. 6, 21 *syn.* porrigere). VAL. MAX. 8, 7 ext. 3 tanta copia litterarum undique colligenda erat, ut invicem per totum terrarum orbem dispergi et -ari posset. SEN. benef. 2, 15, 2 nec exiguum -bo. 3, 7, 4 minima. epist. 81, 23 iniurias *ingratus* -at atque auget (*opp.* extenuat). 87, 32 bona ... extollunt quidem *animos* et -ant, sed sine tumore (SIGIST. epist.). Ps. QVINT. decl. 9, 10 -ata hac impotentiae nostrae opinione. ITALA deut. 11, 16 (Aug. loc. hept. 5, 33 p. 606, 10) ne -etur (Lugd. ne -et se) cor tuum (μὴ πλατυνθῇ, VVLG. ne ... decipiatur cor vestrum. *sed cf.* VVLG. psalm. 118, 32 Is. 60, 5 II Cor. 6, 11 *et* ECCL. *saepe.* [*definitur ex. gr.*: PELAG. II Cor. 6 p. 788^B cor -at atque amplificat, id est facit sensibus abundare. AVG. in psalm. 4, 2 id est iam cordi habere infusum deum. loc. hept. 5, 33 p. 606, 13.] PSALT. Rom. 24, 17 tribulationes cordis mei -atae sunt [VVLG. multiplicatae]). ITALA psalm. 47, 3 (Aug. civ. 11, 1 Psalt. Rom. 47, 3) -ans exultationes (εὐρίζων ἀγαλλιάματι, VVLG. fundatur exultatione). Is. 5, 14 (Tert. adv. Marc. 4, 15 p. 466) -vit orcus animam suam (ἐπλάτυνεν ... τὴν ψυχήν, VVLG. -vit infernus animam). *al.* IREN. 2, 13, 2 haec sensatio in multum -ata. *ibid.* motus in multum -atus consilii. VOPISC. Prob. 21, 2 solum patrium effecundari cuperet ⟨et⟩ -ari. LACT. inst. 3, 30, 6 Empedocles -et animi sui semitas. Ps. HIL. dedic. eccl. p. 882^A ecclesia in tribulatione -atur (AVG. civ. 18, 46. 20, 8 praeter Iudaeam ... in nationes alias. in psalm. 95, 12 cum -retur et aedificaretur toto orbe terrarum. SACR. Leon. p. 423 *ecclesiam* crescere -arique). HIL. op. hist. frg. 2, 7 doctrinam -are ac disseminare. OPTAT. 7, 3 p. 172, 17 genus peccati. AVSON. 419, 36 angustas opes, *sed* libris et litteris -atas. HEGES. 3, 6, 5 Iudaea a monte Libano usque ad ... lacum -atur (HIER in Am. prol. quae vastitas usque ad ... Indorum terminos -atur). AMM. 14, 9, 8 quaestione per multiplices -ata fortunas. 29, 2, 21 haec per intestinas -antur (*i. expanduntur*) aerumnas. HIER. epist. 26, 2 in universas gentes euangelii -atus est sermo (PELAG. in Rom. praef. p. 645^A *epistulae Pauli* prolatae atque -atae sunt. VEREC. in cant. 6, 12. SALON. in prov. p. 972^D in multitudine(m) auditorum verba scientiae *praedicando* -amus [= GREG. M. in Ezech. 1, 12, 12]). HIER. in Hab. 1, 2 p. 616 possessionum terminos (VVLG. exod. 34, 24 deut. 12, 20. 19, 8 I par. 4, 10 Am. 1, 13 Ps. RVFIN. in Os. 13, 14/15 PAVL. NOL. epist. 24, 17). VVLG. gen. 32, 12 semen meum sicut harenam. I reg. 2, 1 -atum est os meum super inimicos meos (psalm. 34, 21. 80, 11 Is. 57, 4 *persaepe apud* ECCL.). II reg. 22, 37 gressus meos subtus me. psalm. 17, 37 *saepe.* prov. 18, 16 donum hominis -at viam eius (RVFIN. Orig.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in psalm. 36 hom. 5, 7 quae *via* divitiis -atur et luxuria dissolvitur). 20, 19 ambulat fraudulenter et -at labia sua. Is. 33, 23 signum. RVFIN. hist. 6, 11, 5 carceris ... -vit angustias. PAVL. NOL. carm. 24, 843 -ato pectore. AVG. civ. 5, 24 dei cultum. bon. viduit. 17, 21 voluntas ipsa ... -atur, ut capiat. PAVL. MED. bened. 10, 2 nominis sui -vit cognitionem. LEO M. epist. 156, 1 -are magis quam sopire certamina. PETR. CHRYS. serm. 9 p. 213A suam laudem -at pauperis ex dolore. 47 p. 332A. VEREC. in cant. 6, 13 alio ... sensu haec intellegentia -atur. IORD. Get. 58, 299 progeniem. INST. Iust. 3, 9, 2 ius. GREG. M. in Ezech. 1, 6, 19 per amorem mores. 1, 8, 26 dona. 2, 1, 7 m e n t e m (2, 2, 12 mens se angustat, ut -etur. moral. 23, 40). moral. 2, 3 angelorum scientiae longe super nos incomparabiliter -antur. 7, 7 Iudaea *quasi bos* mugitus -at, quia stans ante praesepe ... ieiunat. *al. nota*: 7, 11 *Iudaea* per sanctos apostolos ad collectionem se gentium -at. VEN. FORT. vita Pat. 7, 23 inter ieiunia intulit xenia copiosa et multiplicavit cibaria refectione -ata (*alii* dilata). *intr. i. q. se extendere* (*cf. 2*): CHIRON 587 usque quo causa canceris -verit.

2 *reflexive vel passive i. q. se extendere, exaltare, attolli, iactare, inflare, plerumque in malam partem*: SEN. epist. 20, 3 quidam se domi contrahunt, -ant foris et extendunt. 120, 21 modo -at se usque ad invidiam (*opp.* subsidit et contrahitur). QVINT. inst. 2, 3, 8 quo quis ingenio minus valet, hoc se magis attollere et -are conatur. AMBR. Isaac 6, 51 (*Iesus ad animam*:) aperi ipsam te mihi, noli coartari, sed -are. HIER. tract. in psalm. 149 p. 312, 23 nos peccata non contrahant, sed iustitia -et. VVLG. prov. 28, 25 qui se iactat et -at, iurgia concitat. II Cor. 6, 13 -amini et vos (πλατύνθητε. *praecedit* 6, 11 cor nostrum -atum est). MAX. TAVR. hom. 85 p. 417B honoribus inflatus ... et auri thesauris -atus. PS. AVG. serm. 188 p. 873B (= MAX. TAVR. serm. app. 15) *martyr* quantum ... extrinsecus multiplici poenarum genere contritus artabatur, tantum intrinsecus interiori exultante homine -batur. MVTIAN. Chrysost. hom. 33, 4 semet ipsum (*praecedit* semet ipsum contribulat). GREG. M. moral. 5, 6 ad *pia* desideria (*quae deus explere distulit*) laxato mentis sinu -entur *pii*. 5, 17. 6, 26 in magna se exultatione -ant impii. 6, 53 *et saepius*. *nota* -ari labiis *i. q. decipere, ludificare* (*cf. supra l. 2*): ITALA prov. 24, 28 (Ps. Aug. spec. 42 p. 479) noli esse testis mendax ... neque -eris labiis tuis (πλατύνου τοῖς χείλεσι, VVLG. nec lactes quemquam labiis tuis, *cf.* prov. 20, 19).

3 *aliquem i. q. extendere, amplificare sim.*: VVLG. gen. 9, 27 -et deus Iapheth (*nisi forte* Iaphet *pro dat. accipiendum et subintellegendum* 'terminos', *v. hebr. et graeca; sed cf.* AVG. c. Faust. 12, 24 -atur Iaphet *et infra l. 49*). VVLG. gen. 26, 22 -vit nos dominus et fecit crescere. 28, 14 -beris ad occidentem *eqs.* PSALT. Rom. 4, 2 in tribulatione -asti me (VVLG. mihi). AVG. serm. 23, 7 non te angustat ... imo ... -bit te *deus*. PETR. CHRYS. serm. 108 p. 500A (*inter artificiose opposita*:) extensio corporis mei (*Christi in cruce pendentis*) vos -at in gremium *dei*. CASSIOD. in psalm. 98, 7 nominatim percurrere non poterat, quos multitudo infinita -bat. GREG. TVR. Iul. 1 Isaac benedicitur, Iacob -atur (*cf. supra l. 42*), Ioseph custoditur.

B *speciatim*: 1 *de oratione, argumento amplificando, uberius tractando* (*saepe absolute ponitur*). GLOSS. V 661, 46 -at orationem suam (*quo pertinere videntur* 661, 20 coloravit rem *et* 663, 58 perplexe loquitur). CIC. Flacc. 12 non -bo orationem meam. de orat. 1, 163 quae coartavit et peranguste refersit in oratione sua, -et nobis atque explicet. 2, 109 omni copia dicendi -vit, quid esset maiestatem minuere. Brut. 309 eloquentiam, quam dialecticam esse -atam putant (*opp.* dialectica ... quasi contracta et adstricta eloquentia). 322 qui -are posset atque a propria ac definita disputatione ... ⟨ad⟩ communem quaestionem universi generis orationem traducere. orat. 40 verbis. part. 23 ut aut ex verbo -etur aut in verbum contrahatur oratio. ac. 2, 42 proposita ... ita -ant, ut. parad. 2 argumentum. nat. deor. 2, 20 quae -antur a nobis, Zeno sic premebat. 3, 22 locum totum illa vetus Zenonis brevis ... conclusio -vit (*i. effecit, ut -ari posset*). QVINT. inst. 8, 4, 14. ARNOB. nat. 1, 56 conscriptores nostri ... angustas res satis ambitioso -vere praeconio. LACT. inst. 1, 1, 20 *volumina* -are atque exequi plenissime. AQVILA rhet. pr. 12 p. 22 *figurandis sententiis et elocutionibus orator* et parva extollit et angusta -at. IVL. VICT. rhet. 6, 2 p. 398 illa prior *ratio definitionis* subtilius ... coartatur, at vero haec oratoriis actionibus -atur. SERV. georg. praef. p. 128, 12 coartando lata et angustiora -ando. SCHOL. Cic. Bob. p. 110, 34 St. sententiam (PS. RVFIN. in Am. 9, 1). RVFIN. Adamant. 2, 15 sermonem nimium -are (apol. adv. Hier. 2, 27 MVTIAN. Chrysost. hom. 21, 1). AVG. serm. ed. Mai 51, 2 quam interrogationem trina propositione -vit. OP. imperf. in Matth. 28 p. 776 ad quascumque ... personas ... -are tractatum. CASSIOD. in psalm. 71, 15 brevitatem illam ... eloquentiae decore -vit. MVTIAN. Chrysost. hom. 27, 2 non iam -at historiarum commemorationem, ne videatur sermonem suum protelare. *passive de ipso dicente*: RVFIN. symb. 34 *Daniel* satis amplis narrationibus -atur (*i. fuse disputat*). 2 -are litteras *i. q. pingue loqui*: CIC. Brut. 259 *Cotta* se valde -andis litteris a similitudine Graecae locutionis abstraxerat (*cf.* de orat. 3, 46). *sim.*: SCAVR. app. gramm. VII 35, 1 est enim genus -andi verba quae 'io' finiuntur (*sc.* veniebam, venibam).

part. perf. pass. pro adi. **dīlātātus,** -a, -um. 1 *proprie: i. q. in latitudinem extensus*: PLIN. nat. 36, 150 *aëtites lapis Cyprius* amplior ... atque -us. ceteris enim globosa facies. 2 *translate: i. q. uber, profluens, de oratione*: CIC. orat. 187 angusta quaedam atque concisa et alia -a (*A*, conlatata, collata *al.*) et fusa (diffusa *L*) oratio. ORIG. in I reg. 1, 10 non angustis assertionibus, sed -is et affluentibus confutare possim omnem scientiam. *late patens, spatiosus*: HIER. epist. 55, 1 brevis epistula ... non valet ... in artum multa concludens stringere verbis, quod sensibus -um est. *inde adv.* **dīlātātē**: GLOSS. II 273, 31 διὰ πλατέων (dilate *trad., corr. Götz*). *derivata*: dilatatio, dilatator.

2. dīlāto, -āvi, -ātum, -āre [*a* dilatus, differre. *Th.*]. *i. q. differre*: GLOSS. -at differ[e]t. FIRM. err. 28, 12 adhuc indignationem suam ... deus -at, severitate⟨m⟩ suspendit (*sic edd. ante Zieglerum, qui* dilata severitate *coniecit*). LEX Visig. 2, 3, 5 si ... susceptum negotium ultra decem dies ... -verit. *sim.* GREG. TVR. Franc. 8, 43 episcopus autem ad urbem redire iubetur et usque ad synodum futurum -atur (*sc. iudicium de eo*). *i. q. segregare*: PS. FVLG. serm. dub. 70 p. 942B Perpetua ... tenebris angustata, a lumine -ata.

dīlātor, -ōris *m. a* differre. *is qui in longum tempus differt, procrastinat*: AGROEC. gramm. VII 115, 10 delator qui defert ad accusandum, -r qui differt ad proferendum (= ISID. diff. 1, 164. *cf.* orig. 10, 77). SCHOL. Hor. gloss. b -r procrastinator. HOR. ars 172 -r spe longus (SCHOL. quia ... semper senes differunt, quae facienda sunt). AVG. serm. 40, 5 o male -r, o crastini male appetitor.

dīlātōrius, -a, -um [*a* differre, dilatus; *cf.* dilator. *Th.*]. *t. t.* ICTorum *i. q. ad procrastinationem pertinens, nonnisi de exceptione usurpatur*: GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357A διλατορίας· ὑπερθετικαί. GAIVS inst. 4, 120 dicuntur autem exceptiones aut peremptoriae aut -ae (dig. 44, 1, 3 VLP. dig. 14, 1, 2, 4). inst. 4, 122 -ae sunt exceptiones, quae ad tempus valent (INST. Iust. 4, 13, 10 temporales atque -ae sunt, quae ad tempus nocent et temporis dilationem tribuunt [*opp.* perpetuae et peremptoriae exceptiones]). 4, 123. 124 non solum ... ex tempore, sed etiam ex persona exceptiones intelleguntur. 4, 125. dig. 44, 1, 3 temporales atque -ae sunt, quae non semper locum habent, sed evitari possunt *eqs.* VLP. dig. 44, 1, 2, 4 -a est exceptio, quae differt actionem, veluti procuratoria exceptio -a est.

dīlātūra, -ae *f. a* differre. *id quod pro mora datur*: LEX Sal. 2, 1 add. 1 *tot* denarios ... culpabilis iudicetur excepto capitale et delatura. *sim. saepe* (*plerumque* dil-. *cf. index s. v.* *v. etiam* delatura *p. 417, 40*).

dīlaudo, -āvī, -ātum, -āre *a* dis- *et* laudare. *i. q. valde laudare*: CIC. Att. 4, 17, 5 libros, quos tu -as (quo studio laudas *trad.*). 6, 2, 9 (quo studi laudas *M*[1]). 6, 3, 3 (quos dii laudas *M*[1]).

dīlaxat NOT. Tir. 71, 55. *a* dis- *et* laxare. *Gudeman.*

dīlēcta, -ae *f. v.* dilectus *sub* 2. diligo.

dīlēctātor, -ōris *m. a* 2. dilectus. *qui dilectus habendi officio fungitur. cf. Liebenam, PW. V 618, 55.* PS. FRONTIN. strat. 4, 1, 3 Pyrrhus -i (*CGH*, delectatori *h*, delectori *P*) suo fertur dixisse: tu grandes elige. CORP. II 1970 (*Malacae, periit*) delectator⟨i⟩ Aug(usti) *eqs.* XI 7554 (*Fori Clodi*) dilictat(ori) ⟨tir⟩o(num) ex Numidia lecto⟨r(um)⟩ leg(ionis) Aug(ustae) in Africa. XIII 1808 (*Luguduni*) -i per Aquitanica⟨e⟩ XI populos. XIV 3602 (*Tibure, periit*) dilect(atoris). *Bögel.*

***dīlēctio,** -ōnis *f. a* 2. diligere. *de scriptura*: GRAMM. suppl. 299, 22 (301, 13, *v. p. 1176, 36*). *pluralis*: AVG. fid. et op. 25, 46 SACR. Leon. p. 382. *de significatu*: PS. HIL. libell. 22 est ... -o vinculum animorum, casta et sincera et sine aemulatione, caritas est consummatio omnium mandatorum. AVG. civ. 14, 7 p. 14 D. amorem et -em indifferenter et in bono et in malo apud sacras litteras inveniri. *ibid.* nonnulli arbitrantur aliud esse -em sive caritatem, aliud amorem. *eqs.* divers. quaest. 36, 1. ISID. orig. 8, 2, 6 caritas graece, latine -o interpretatur, quod duos in se illiget. nam -o a duobus incipit. 8, 2, 7 -is autem nomen tantum in melioribus rebus accipi solet. diff. 2, 142 amor et -o media sunt ... modo in bonum, modo in malum vertuntur, caritas autem nonnisi in bonum *eqs.* GLOSS. ἀγάπη. στοργή. caritas. *vox imprimis ecclesiastica legitur inde a* TERT.

1 *speciatim*: **a** *de amore Christiano, caritas,* ἀγάπη. *ex ingenti exemplorum copia admodum pauca attuli*: TERT. apol. 39 -is operatio. bapt. 9 o p e r a -is (adv. Marc. 4, 15 p. 465 *et saepe*). adv. Marc. 1, 23 p. 322 nomine elemosynae et -is. 4, 27 p. 513 -o *dei* (*iunctura longe frequentissima*). p. 514 ut Christus tam ... immotam, acerbam adhuc -em expostularet. patient. 15 p. 22 -em adiuvat *patientia*. resurr. 9 p. 38 *Christus* -em mandans post suam in proximum. scorp. 6 -o operit multitudinem peccatorum. 12 quem (*timorem*) -o foras abicit. adv. Val. 9 sub praetexto -is in patrem. ITALAE *loci* (*praecipue apud* TERT. CYPR. AVG.) *fere ubique* -o *exhibent pro* VVLG. caritas *vel formis verbi* 'diligendi': I reg. 18, 3 (Legion.) in -e illius (ἐν τῷ ἀγαπᾶν, VVLG. diligebat eum). Hab. 3, 4 (Firm. err. 21, 4 Cypr. testim. 2, 21) constituit -em suam (ἀγάπησιν, VVLG. *aliter*). Phil. 4, 9 (Ps. Cypr. singul. cler. 46) deus pacis et -is (et -is *om. graec. et* VVLG.). I Ioh. 4, 8 (Ps. Hil. libell. 22) deus -o est (ἀγάπη, VVLG. caritas). HIL. in Matth. 10, 24 qui domesticas nominum (*i. patris, matris, coniugis*) cari-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tates -i eius (*spiritus dei*) praetulerint. in psalm. 118 ain 15. PACIAN. epist. 1, 5 Ephesios desertae -is accusat. FILASTR. 155, 9 -o Christi exuberans. 156, 9. PS. AMBR. laps. virg. 7, 28 -o spiritalis (PASS. Mar. Iac. 3 p. 49, 8). VVLG. sap. 6, 19 cura ... disciplinae -o est ... -o custodia legum illius est. Sirach 24, 24 *sapientia* mater pulchrae -is et timoris. Rom. 13, 10 plenitudo ... legis est -o (ἀγάπη, *item* Eph. 5, 2 ambulate in -e. Col. 1, 8 manifestavit nobis -em. II Tim. 3, 10 assecutus es ... -em). PAVL. NOL. epist. 11, 5 ut ad nostram inter nos -em nulla adici posset affectio nisi caritas Christi. AVG. civ. 5, 16 quanta -o debeatur supernae patriae (5, 18). *persaepe*. serm. ed. Mai 6, 2. 31, 2 adversis probatur amor, affectio pensatur periculis, poenis examinatur -o, morte perfecta caritas munitur. fid. et symb. 9, 20 istam communionem, quam sive deitatem sive -em caritatemve appellamus. mor. eccl. 1, 14, 24. cui (*deo*) haerere certe non valemus, nisi -e, amore, caritate. lib. arb. 3, 21, 60 *ad* exhortandam -em. *ibid.* sincerissimam -em dei et proximi. in psalm. 118 serm. 8, 3 ipsius -is -em se velle habere. epist. 130, 13 omnes ... quibus amor et -e debetur, amplectitur amicitia. PROSP. resp. ad Gall. 2, 7 fidem, spem et -em dedit. SEDVL. epist. 1 p. 6 gratiā purae -is (*metonymice pro deo ipso*). GREG. M. in Ezech. 1, 6, 19 lata ... est caritas, quia et inimicorum -em capit. moral. 2, 29 ut -em (*fere i. q. legem -is*) proximi exsolveret *Iob*. NICET. spir. 22 pacem et -em sectantes. **b** *in allocutione* (*additur* tua *vel* vestra) *ex. gr.*: PS. ORIG. tract. 1 p. 2, 22 admonenda fuit -o vestra (*i. Christiani*. EPIST. pontif. 216 [*a. 355*] Lucif. epist. 2 p. 320 *bis*. SIRIC. epist. 6, 1137^A. *persaepe*). HIER. epist. 5, 1 tuae -is scripta. DAMAS. Hier. epist. 19 PAVL. NOL. epist. 2, 1 accepimus litteras -is vestrae. *al.* AVG. serm. ed. Mai 36, 1. 135, 1. 136, 2 adult. coniug. 1, 1 *al.* epist. 47, 1 164, 1 non fraudabo -em tuam. 180, 1 *al.* MAR. MERC. Nest. serm. 4, 6 AVELL. p. 107, 7. 119, 7. 526, 7 *al.* SACR. Leon. p. 416 EPIST. pontif. 556 Thiel Hil. 9, 1 *al.* LEO M. serm. 32, 4 p. 240 *persaepe* PETR. CHRYS. serm. 119 VAL. CEM. epist. p. 755^D GREG. M. in Ezech. 1 praef. *saepe* EVGIPP. Sev. 21, 1 CAES. AREL. testam. 98 FACVND. defens. 2, 6 p. 580^C *al.* BEDA gramm. VII 260, 9 VIRG. gramm. epit. 13 p. 82, 25.

2 *generatim*: **a** *de amore coniugali et consanguineo necnon amicorum*: ARNOB. nat. 5, 13 infamis et flagitiosa -o (*non alibi in malam partem*). CLAVD. DON. Aen. 5, 572 propter sui amoris meritum constituendum et diuturnam puri pectoris -em. HEGES. 1, 29, 9 paternae immemorem -is (φιλία). 1, 39 mutuae -is affectum. 1, 41, 10. 5, 53, 1 l. 171 supremum coniugalis munus -is. VVLG. Tob. 8, 9 accipio sororem ... coniugem, sed sola posteritatis -e. AVG. civ. 1, 24 *Regulus* servavit ... in Romanorum -e constantiam. 7, 25 in cuius (*Attidis*) -is memoriam. 15, 16. 22 huius igitur caritatis, hoc est -is et amoris. *al.* SIDON. epist. 3, 3, 1 -o tui. ALC. AVIT. epist. 52 p. 81, 5 communi ... sermone vulgatum est, quod sese mutuae -is intuitu concordantium cernant motus animorum. 90 p. 98, 27 -is fraternae (SCHOL. Germ. Sang. p. 127, 22). CASSIOD. var. 2, 16, 2 nostra ... -e dignissimus. IORD. Get. 158. ENNOD. epist. 2, 15, 1 p. 56, 6 post -is ... obitum (*syn.* affectus, amor). GREG. TVR. Mart. 2, 43 de uxoria -e. *al.* HIST. Apoll. rec. A 23 ingens amor fit inter coniuges, mirus affectus, incomparabilis -o, inaudita laetitia, quae perpetua caritate complectitur. VEN. FORT. carm. 1, 1, 17 bonitas, -o plebis te dedit esse patrem. CORIPP. Iust. 1, 178 patris. *nota*: GREG. M. moral. 9, 53 fraus per privatam -em nascitur (*seq.* amor proprius, semet ipsum diligens). **b** *seq. genet. obi. rei* (*plerumque incorporeae*): VVLG. Sirach 40, 20 -o sapientiae (ἀγάπησις σοφίας). AVG. civ. 5, 14 iustitiae (epist. 125, 1. PS. PRIMAS. in Phil. p. 635^A non -e et delectatione iustitiae [*in lusu verborum*]). epist. 93, 6 non odio nocendi, sed -e sanandi (93, 50 non -e corrigendi, sed inimicandi odio). fid. et op. 8, 12 mundi. MART. CAP. 9, 891 una (*sc. Astronomia*) vero, quae potissima caeli siderumque -o est (*i. q. deliciae?*). ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 25 virtutis. *al.*
syn.: affectus, amor, caritas.

1. dilecto *v.* delecto.

2. *dilecto, -āre: VEN. FORT. carm. app. 5, 7 dulcia -ans (*Mommsen*, delectans *trad.*) dulcis dilecta potestas. *a* 2. diligere, 1. dilectus.

***dīlēctor**, -ōris *m. a* 2. diligere. *legitur inde ab* APVL., *praeter hunc apud* ECCL.; *non habet* VVLG., *saepe* AVG.

1 *i. q. amator, fautor sim.*: **a** *generatim*: APVL. flor. 9 p. 38 me -em tuum profiteor. TERT. adv. Marc. 4, 23 p. 497 parvulorum (*de Christo*). AVG. civ. 5, 16 mundi (in psalm. 76, 7 rectores eos mundi dixit, quia ipsi reges -es mundi. 141, 15 -s mundi, peccatores. FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 20 *saepe*). c. Faust. 19, 24 gentis tenebrarum. c. Secundin. 17 rei bonae -r inordinatus in culpa sit. serm. 255, 4 sacculi (c. Iul. op. imperf. 4, 22 PS. LEO M. humil. 4 GREG. M. moral. 19, 49 *al.*). doctr. christ. 2, 28, 43 calumniantibus Platonis lectoribus et -bus (*sim. lusus verborum* c. Iul. op. imperf. 5, 15 spec. 6 p. 49). in psalm. 10, 9 iniquitatis. lib. arb. 1, 13, 28 bonae voluntatis. epist. 177, 15 auditores et in perversum -es *Pelagii*. *saepe*. GREG. TVR. Franc. 4, 31 pauperum. FACVND. defens. 4, 4 p. 626^B sui potius honoris quam veritatis -r. 5, 3 p. 644^B castitatis approbator atque -r. ISID. orig. 12, 1, 59 columbarum. **b** *speciatim sensu Christiano, i. q. cultor, amator*: TERT. adv. Marc. 4, 25 p. 508 creatoris. PS. AMBR. serm. 30, 6 ipse -i suo ... polli-cetur. AVG. civ. 1, 20. 2, 20 cultores et -es deorum. in psalm. 6, 5 fruendum te praebentem -bus tuis (= PS. RVFIN. in psalm. 6, 5). in psalm. 141, 11 (*opp.* persecutoribus). c. Adim. 4, 20 plenum dat -bus suis, ut ergo ipse diligatur. c. Faust. 15, 4. grat. 18, 38 legis. epist. 127, 2 *persaepe*. VEREC. in cant. 9, 56 domini -es. FVLG. RVSP. ad Monim. 2, 6 *saepe*. MVTIAN. Chrysost. hom. 34, 2 FERRAND. epist. 5, 7 *passim*. *f.* **dīlēctrīx**, -īcis: PASS. Paul. 14 habuit obviam ... Plautillam, apostolorum ferventissimam -em et religionis divinae cultricem. *Gudeman.*

1. dīlēctus, -a, -um *v. sub* 2. diligo.

***2. dīlēctus**, -ūs *m. a* 1. diligere (*i.* deligere. *cf.* delectus *p. 429, 75 sqq.*). *recedunt hic illic codd.* (*vel codicum pars*) *a forma incipiente ab* di-, *dominante imprimis sub I. in titulis raro legitur*: CORP. III 6067 dilec⟨tum⟩ *incerti significatus est.* XIV 3602 *v. p. 1166, 54.* VIII 7036, 5 (*aet. Hadriani*) dilec⟨tu⟩m (*ad I*). V 7989 di- (*ad I, v. p. 1169, 16*). *codices ipsa antiquitate scripti* (*s. IV—VI/VII*) *ubique fere* di- *exhibent* (*significatu I et II*): PLAVTI *A* Pseud. 391 de-*vel* di- (*II A*). CIC. rep. 1, 53 di- (*II B*). VERG. georg. 3, 72 *M P R* di- (*II B*). LIV. (*ubique I*) *Veron. semper* di- (*Mommsen, Abhdl. d. Berl. Akad. 1868 phil.-hist. Kl. p. 172*; *cf. ibid. eiusdem iudicium de scripturae per* di- *causa et necessitate*), *item Put.* (*30^ies*); *Vindob.* 19^ies di-, *semel* (41, 21, 5) de-. FRONTO *ubique* di- (p. 143, 7 *II B*, 199, 5 *II C*, 206, 1 *I*). DIG. *F* 5^ies di- (*ter I*; 23, 2, 43, 1 *et* 40, 7, 36 *II C*), *semel* de- (3, 1, 1 pr. *II C*). LACT. *Bonon. ubique* di-, *ter* inst. (*II C*), *semel* ira 13, 8 (*sub* delectus *p. 430, 21*). SYMM. or. 3, 8 di- (*I*). SVLP. SEV. epist. 3, 3 *V* di- (*II B*) COD. Theod. *R* 7, 13, 10 de- (*I*), *P(?) M* 2, 10, 5 di- (*II C*). OROS. hist. *L ubique* di- (*I*). *de codicum recentiorum in hac re fide, quae nulla est, cf. ex. gr.* VARRO ling. 5, 87 de-, 6, 66 di- (*utroque loco I*). CAES. Gall. *α* di-, *β* de- (*ubique I*). *illud praeterea monendum videtur locis p. 429 sqq. sub* delectus *enotatis* (*ubi p. 430, 10 corrigendum* SEN. epist. 70, 24 *pro* 7, 24) *praeter* CIC. fin. 1, 33. 3, 12 (*de quibus cf. C. F. W. Müller ad Cic. vol. IV 1 p. XV 105, 13*) [CARM. adv. Marc. 5, 68] *codicibus ubique exhiberi* di- (BOETH. herm. sec. 3, 9 de- *pars codd. saec. XI*). di- (*sub I*) *in usu fuisse docet* PAVL. FEST. *l. 60.* *e flagitatur*: GRAMM. suppl. 182, 11 hinc (*a* lego delego [*cf.* 181, 35]) est etiam 'delectus' nomen quartae declinationis ut '-us militum', id est delectio, qua scilicet ad militiae deleguntur servitium. *derivatur*: *v. infra l. 54.* *cf.* CIC. leg. 1, 19 ut illi (*Graeci*) aequitatis, sic nos -us (*ad p. 1170, 83*) vim in lege ponimus (*quae a legendo dicta est*). AGROEC. gramm. VII 124, 10 'delictum' peccatum ... ⟨'dilectum' carum⟩, delectum (dilect-, delict- *codd.*) militiae aut alicuius examinis electionem appellabimus. nam diligi affectionis est, deligi iudicii. *cf.* ALBIN. gramm. VII 300, 12 *et fort.* GRAMM. suppl. 299, 22 -us diligendus *eqs.* (*sim.* 301, 13). *declinatio*: *dat.* -ui; -u: LIV. 22, 2, 1. *genet. plur. nullum extat exemplum.* *perraro usurpatur a poetis*: VERG. georg. 3, 72 (*a quo pendet* CLAVD. carm. min. 30, 190) OV. Pont. 3, 6, 32 (*ad II*); LVCAN. 3, 181 SIL. 7, 43 CLAVD. 26, 463 (*ad I*). *adde* CARM. adv. Marc. 5, 68 *p. 430, 14.* *perperam traditur*: OV. met. 10, 324 *in parte codd. pro* delicto. PETRON. 44.

I ***t. t. rei militaris***: GLOSS. στρατολογία, δοκιμασία. V 596, 64 -us (detectus *trad.*) agitur modo, id est probatio fit tironum. *cf. Liebenam, PW. V 591.* *inde a* PLAVTO (*? v. infra l. 62*) VARRONE CIC. VARRO ling. 5, 87 legio, quod leguntur milites in -u (de- *trad.*). 6, 66 ab legendo legio et diligens et -us (*cf.* frg. Non. p. 57 GRAMM. suppl. 288, 1). *cf.* LIV. 26, 50, 14 -u clientium habito (*ad p. 1170, 44*) cum delectis (di- *P*) mille ... revertit. 32, 9, 1 ita habito -u, ut eos fere legeret. ADNOT. Lucan. 3, 181 (*cf.* COMM. Bern. *ad l.*) quamvis -us sit, ut milites eligantur, omnes tamen venerunt .... cum -us est, plurimi relinquuntur, quod modo mirum est, in -u habito neminem remansisse. *distinguitur*: PAVL. FEST. p. 73 -us militum et is qui significatur amatus. AGROEC. *v. supra l. 40 sqq.*

A ***loci notabiles***: *de -u Romano*: PLAVT. Rud. 1279 perii, -um dimisit: nunc non censet, quom volo (*cf. p. 1170, 73*). VARRO frg. Macr. sat. 1, 16, 18 -um rei militaris causa habere (TAC. ann. 14, 18 -umque militarem pretio et ambitione corruptum). LIV. 6, 12, 4 sicut nunc in -bus fit Romanis. 43, 14, 6 *ter*. CIC. Sulla 33 sine tumultu, sine -u, sine armis, sine exercitu (VELL. 2, 130, 2 sine trepidatione -us. PS. QVINT. decl. 12, 21 *cf. p. 1169, 18*). prov. 5 exercitus ... superbissimo -u et durissima conquisitione collectus (LIV. 5, 11, 5 gravis [TAC. hist. 4, 14 natura gravem onerabant ... avaritia et luxu]. 7, 3, 9 acerbo iuventutem agitavit [7, 4, 2 acerbitas in -u. 21, 11, 13 -us acerbitate. *ad p. 1169, 54 sq.*]. 41, 21, 5 consulibus eo difficilior. VAL. MAX. 2, 3, 1 fastidiosum -us genus in exercitibus Romanis *tollendum*. PANEG. 12 [2], 14, 3 infami. *cf. adverbia locutionibus adiuncta p. 1169, 55 sqq. et 1169, 72 et 1169, 79*). Mil. 68 si ... Italia a -u ... numquam esset conquietura (LIV. 26, 26, 10 exhaustam -bus Italiam. 29, 15, 3 continuis omnium annorum. LVCAN. 3, 181 exhausit totas quamvis -us Athenas [*cf. p. 1169, 18*]. SVET. Iul. 79, 3). CIC. Phil. 5, 31 quod potest studium esse -us? (LIV. 6, 27, 10 cura [43, 14, 2 -us habendi. TAC. hist. 3, 58]. *cf.* CIC. Att. 7, 11, 5 ἐπίσκοπον, ad quem -us ... referatur. 7, 17, 4 me ... neque -um ullum neque negotium suscepisse. Phil. 11, 24 non -ūs necessitate, sed voluntariis studiis). epist. 11, 8, 2 Romae -us habetur totaque Italia, si hic -us appellandus est, cum ultro se offerunt omnes (LIV. 5, 16, 5 non iusto -u [*opp.* voluntariorum ... manu]. *cf.* 32, 26, 12

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tumultuario. *cf. infra l. 27.* TAC. hist. 4,19 subito). parad. 46 omnia venalia, -um decretum (*cf. Plasberg ad l.*). Att. 7, 23, 3 tota Capua et omnis hic -us iacet. POLLIO Cic. epist. 10, 33, 5 in -u non multum spei puto esse (*cf.* CIC. epist. 15,1,5 *infra l. 36*). CAES. civ. 3,102, 3 an novis -bus, si nemo premeret, Macedoniam tenere conaretur (NEP. *infra l. 20* LIV. 21, 26, 2 *al. cf.* TAC. hist. 4, 70 recenti *et infra l. 44*). BELL. Alex. 50, 3 augetur odium et ipso -u (LIV. 3, 30, 3 nova de -u contentio orta. PS. QVINT. decl. 3, 5 quanta -ui tuo fit invidia). LIV. 3, 20, 8 nihil -u opus est. 4, 53, 7 -us causa (*cf. infra l. 53*). 5, 10, 3 simul -u simul tributo conferendo laboratum est (7, 27, 4 quia tributo ac -u supersessum. TAC. Agr. 13 *al.* AMM. 17, 13, 3). LIV. 22, 57, 11 formam novi -us (*cf.* 10, 38, 3 nova lege *habere*). 39, 29, 10 retenti . . . -bus *consules* (*sim.* 40, 37, 8). SEN. dial. 5, 2, 4 non expectatis -bus. TAC. hist. 4, 14 instare -um, quo liberi a parentibus . . . dividantur. VEG. mil. 1, 7 in prima -us examinatione. 2 praef. libellum de -u atque exercitatione. 2, 18 si exercitati . . . viri -ui praeponantur (*cf. infra l. 46*). CORP. V 7989 (*aet. imp. Maximini*) per tirones iuventut(is) novae Italicae suae -us posterior(is). *de -u exterarum gentium*: CAES. Gall. 7, 4, 3 *Vercingetorix* in agris habet -um egentium ac perditorum. NEP. Hann. 6, 4 novis -bus . . . multos contraxit *Hannibal*. LIV. 9, 42, 9 -u an voluntarii pro Samnitibus adversus Romanos bellassent. *de Carthaginiensium* -u *velut* 21, 11, 13 (28, 12, 13. 29, 34, 1). 29, 5, 7. 33, 3, 2. CVRT. 10, 3, 10 *de Alexandro* (PANEG. 9 [12], 5, 1 praeter Macedones cunctae Graeciae . . . innumerabilem -um . . . indicere). PLIN. nat. 33, 137 *de Persis*. PANEG. 5 (8), 12, 1 contractis ad -um mercatoribus Gallicanis. OROS. hist. 3, 1, 19 Lacedaemonii . . . habito inexercitati militis qualicumque -u. *metonymice i. q. copiae delectae*: GLOSS. V 408, 33 -um meniu (*anglosax.; i. multitudo*), exercitum. PLAVT. Rud. 1279 -um dimisit (*iocose*). CIC. Catil. 2, 5 illum exercitum prae Gallicanis legionibus et hoc -u, quem in agro Piceno . . . Metellus habuit, et his copiis . . . contemno. Mil. 67 si Italiae (*cf. sim. p. 1170, 48 et 56*) -us . . . , si delecta iuventus . . . contra Milonis impetum armata est. Phil. 11, 34 ad has copias accedent alii reges, etiam -us accedent (LIV. 4, 17, 10 ad -um a consulibus habitum . . . adiecti). *cf.* ad Brut. 2, 6, 1 de exercitu suo aut -u tibi aliquid tribuat (*cf. p. 1170, 26 et 1170, 36*). epist. 15, 1, 5 quamobrem in hoc provinciali -u spem habeatis aliquam, causa nulla est: neque multi sunt (16, 12, 4 -us magnos habebamus) et diffugiunt (*cf. supra l. 3*). 16, 12, 3 -us, qui sunt habiti, et praesidia nostra dimittantur (BELL. Afr. 36, 1 -us cotidie libertinorum . . . habere atque . . . submittere. LIV. 40, 28, 9 sociis atque nomini Latino remittere. TAC. hist. 4, 71). PS. QVINT. decl. 3, 5 hostibus prope humanas vires excedentibus opponere parem -um. TAC. hist. 3, 50 sex milia Delmatarum, recens -us (*cf. supra l. 4*), comitabantur. CLAVD. 26, 463 non iam -us miseri (*opp.* vera iuventus).

B ***locutiones:*** 1 *verbales*: -um (-us) habere: PLAVT. Poen. 838 (*? v. p. 1170, 63*). VARRO Men. 195 consul ⟨in⟩ Capitolio cum -um haberet (CIC. Catil. 2, 5 in agro Piceno. epist. 11, 8, 2 CAES. Gall. 7, 1, 1 totā provinciā. 7, 4, 3 in agris. civ. 1, 6, 3 *al.* LIV. 10, 38, 3 per omne Samnium [ASCON. Mil. p. 44, 1 St. TAC. ann. 13, 35 *cf.* CORP. X 3856 *al.*]. LIV. 35, 23, 9 ex Sicilia . . . ex insulis). CIC. Phil. 6, 4 ne -us habeat (Att. 1, 19, 2 BRVT. et CASS. Cic. epist. 11, 3, 2. BELL. Alex. 2, 1 -us habendi causa [*cf. supra l. 9*]. LIV. 22, 2, 1 habendoque [trahendoque *P*] -u dat operam. 29, 5, 7. 39, 20, 4 VELL. 2, 111, 1). Att. 7, 18, 2 acerrime (LIV. 2, 28, 5 quam acerrimum). 8, 11ᵇ, 2 diligentissime. *al.* (LIV. 5, 37, 3 accuratiorem. 8, 38, 1 intentiore [8, 17, 7 intentius. 42, 32, 5 intentiore cura]. 33, 19, 4 raptim. *al. cf. p. 1168, 68*). LENT. Cic. epist. 12, 14, 6 pro salute omnium contra coniurationem (SALL. or. Phil. 17 adversum vos). CAES. Gall. 6, 1, 1 per . . . legatos (LIV. 5, 48, 5 per se). LIV. 2, 27, 10 ex senatus consulto (MARCIAN. dig. 48, 4, 3 iniussu principis). 7, 28, 3 sine vacationibus (*cf.* CIC. Phil. 5, 31 sublatis vacationibus). 29, 13, 8 ad novas scribendas legiones et in . . . exercituum supplementum. *c. genet.*: PLAVT. *et* CIC. *v. p. 1170, 63. 65.* CIC. epist. 12, 13, 3 remigum . . . celeriter. Att. 5, 18, 2 civium Romanorum (CAES. civ. 1, 30, 4). CAES. civ. 1, 14, 4 colonorum. BELL. Afr. 36, 1 cotidie libertinorum, Afrorum, servorum denique et cuiusque modi generis hominum . . . habere atque sub manum Scipioni in castra submittere (*cf. supra l. 27*). LIV. 6, 2, 6 iuniorum. 26, 50, 14 *al. eodem sensu* ex: LIV. 4, 46, 1 ex toto passim populo. 22, 59, 12 ex omni aetate et fortuna. CVRT. 10, 3, 10 e vobis iuniorum. facere: CINC. frg. Gell. 16, 4, 2 fieret (est: CIC. Att. 7, 13ᵃ, 2 *al.* LIV. 9, 10, 6 *c. genet.* 43, 14, 6 COMMENT. Lucan. 3, 181). conficere: CAES. Gall. 6, 1, 4 per suos. LIV. 25, 5, 5. 27, 39, 3 raptim. *al.* (LIV. 22, 38, 1 perficio. *al.* 39, 32, 1 perago). intermittere: CAES. civ. 1, 10, 4 (1, 14, 4 -us circa urbem intermittuntur). LIV. 41, 5, 11 omissus est. instituo: CAES. civ. 1, 16, 1 BELL. Alex. 56, 4 (*c. genet.*). agere (*cf. etiam IIB 1* QVINT. decl.): LIV. 2, 48, 1 neque bella neque -us neque ullam aliam priorem curam agere, quam ut *eqs.* (QVINT. inst. 12, 3, 5 TAC. Agr. 7 hist. 2, 16. 2, 82 ann. 1, 31 in urbe [SVET. Vit. 15, 1]). SVET. Cal. 43 ubique acerbissime (LIV. perioch. 7). FLOR. epit. 3, 10, 22 VEG. mil. 1, 6. CORP. III 6067 non agunt dilec⟨. . .⟩. agitare: COD. Theod. 7, 13, 10 (*a. 381*). TAC. hist. 2, 57 festinatis per Gallias -bus. dare: CIC. Mil. 70. decernere: CIC. Phil. 8, 6. *adde vol. V p. 147, 67* (*ubi* 3, 65, 6 *corrig. pro* 3, 5, 6). *149, 64. 150, 56.* edicere: LIV. 3, 41, 7 (3, 57, 9 ad ea bella. VAL. MAX. 6, 3, 4). LIV. 3, 66, 3 -um indictum haberi (41, 5, 4 extra ordinem non in urbe tantum, sed tota Italia indicti. MEN. dig. 49, 16, 4, 12 per bellum. PANEG. 9 [12], 5, 1). AQVILA rhet. 26 p. 30 iuventuti denuntiatur. mandare: LIV. 25, 22, 4 (*Cornelio*). iniungere (*populo*): TAC. Agr. 15. imperare: PANEG. 12 (2), 32, 3 (*opp.* remittere). SYMM. epist. 6, 58, 2 *c. genet.* impedire: LIV. 2, 44, 1 *al.* (3, 11, 3 *prohibere*. 3, 38, 3 impedimentum -ui fore *discordiam*. 4, 53, 6 se moram -ui non facere. SIL. 7, 43 -us vetiti *sunt*). abnuere: LIV. 3, 38, 10 (TAC. hist. 4, 14). deprecāri: LIV. 29, 15, 14. obire: TAC. Agr. 13. pati: TAC. ann. 4, 46. SYMM. or. 3, 8 quando . . . -ui nomen obtulerit *i. ad -um responderit, cf. infra l. 16. 23* (*syn.* census).

D *sequitur acc. c. inf.*: PS. ORIG. tract. 14 p. 155, 15 in saeculo iam eum (*sc. dominum*) venisse -erat *Ioannes*. MAR. VICTORIN. verb. script. 3 AMM. 26, 1, 7. MACR. sat. 1, 23, 12 hunc ... eundem Iovem solemque esse cum ex ipso sacrorum ritu tum ex habitu -itur. COD. Theod. 14, 4, 1 (*a. 334*). SIDON. epist. (carm. 14) 1.

III *vi et praepositionis* dis- *et verbi* noscendi *magis magisque evanescente verbum passive personaliter usurpatur: sequitur nom. c. inf.: hic illic supplendum est* esse (*syn.* probari *l. 55. 77*; apparet *l. 62*; manifestari FILASTR. 87, 3; cognosci FILASTR. 137, 3): MOD. dig. 2, 4, 25 si inopiā -itur laborare. PROB. inst. gramm. IV 54, 36 'fau' ... corruptum invenitur, 'ni' vero coniunctio esse probatur, 'us' autem corruptum esse -itur. PS. APVL. Ascl. 1 alterum ... alterius consentaneum esse -itur: omnia unius esse aut unum esse omnia. TERT. anim. 17 p. 325, 21 per hos sensus solus omnium homo animal rationale -itur. FRG. Mur. 57 una ... per omnem orbem terrae ecclesia deffusa esse denoscitur (*sed cf. Lietzm.*). MAR. VICTORIN. verb. script. 2 quando temperantur invicem, sibi necessaria esse -untur (*sc. lux et tenebrae*). *ibid. iterum* (*syn.* apparet). TRACT. c. Arrian. p. 14, 31 deus, si pluraliter loquitur, consortem naturae suae habere -itur. LVCIF. Athan. 2, 21 p. 187, 13 esse intellegeris unus ex illis, qui -antur audire: vae vobis *eqs.* moriend. 12 p. 309, 9 hi sunt spiritus, quibus tu .. sacrificare -eris. SERM. Arrian. frg. I 1 p. 598[B] pater in sua non nata substantia incomparabilis -itur (*sc. esse*). FILASTR. 49, 4. 87, 3 ut consortes Iudaeorum criminis et sceleris (*sc. esse*) manifestantur atque ab omnibus -untur. 118, 4 non ... Moses in illa hora -itur circumcisus (*sc. esse*). 137, 3 *al.* FVLG. myth. 1 praef. p. 3, 14 quia et mihi nuper imperasse -eris, ut *eqs.* GENNAD. dogm. 72 qui usuras accepisse convincitur aut in scaena lusisse -itur. RVFIN. hist. 4, 16, 6 ex quibus apertissime -itur ... ignorare (φανερὸν ὑμῖν ἐστιν ὅτι ... οὐδὲν ἐπίσταται). 5, 17, 3 *al.* EPIST. pontif. 285 Migne 20, 465[A] *illorum* in locum successisse -or. AVELL. p. 636, 7 quanto flagramus studio ... iamdudum planum fecisse -imur. p. 701, 5. 712, 3 *al.* BREV. fid. adv. Arrian. p. 661[D] nulli subditus esse probatur, sed suae potestatis esse -itur. *al.* COMPVT. cod. Col. prol. 9 p. 233 *al.* PS. ARNOB. confl. 2, 5 p. 277[A] quomodo *anima* non corporea esse -itur. CLAVD. MAM. anim. p. 53, 4 FAVST. REI. spir. 1, 6 p. 109, 6 *al.* CONC. Arv. a. 535 p. 68, 17 quod quisque fecisse dignuscetur (*C*, cogn- *rell. cf. p. 1219, 26 sq.*). CASSIOD. in psalm. 86, 1 *templum* a Salomone fabricatum esse -itur. 87, 16. 113, 16 *al.* COD. Iust. 1, 3, 48, 5. 5, 3, 19, 1 NOVELL. Iust. 9, 1. 37, 1 METROL. p. 138, 7 LEX Visig. *passim.*

syn.: *ad I*: secernere (SEN. clem. 1, 3, 1 PS. QVINT. decl. 8, 12), discernere (SEN. epist. 124, 5 CHAR. gramm. I 48, 5 LACT. inst. 3, 10, 2 AVG. gen. ad litt. 1, 10 p. 16, 13. 12, 1 p. 380, 18), separare (PS. QVINT. decl. 8, 12 VLP. dig. 50, 16, 99, 2), distinguere (HIL. in Matth. 22, 3). *ad II*: animadvertere (FRONTO p. 95, 25 N.), pervidere (PS. APVL. Ascl. 32), intellegere (PS. APVL. Ascl. 32), agnoscere (LAMPR. Alex. 27, 1 ACT. Archel. 20, 2 p. 31, 16), probare (AVG. serm. ed. Mai 55, 1). *ad III cf. p. 1221, 52 sq.*

deriv.: dinoscentia, (in)dinoscibilis. *Graeber.*

dīnōsis *v.* deinosis.

dīnoto, -ātus, -āre *a* dis- *et* notare. *i. q. discernere, dinoscere*: CIC. ac. 2, 57 cum ei (*sapienti*) res similes occurrunt, quas non habeat -atas.

dīnumerābilis, -e *a* dinumerare. *i. qui dinumerari potest*: PS. RVFIN. in psalm. 21, 17 p. 723[A] *ossa* -ia. CASSIOD. in psalm. 150 concl. qui arenam maris, pluviarum guttas ... -i quantitate complectitur.

dīnumerātio, -ōnis *f. a* dinumerare. *in codd. saepius scribitur* den- (*etiam* GLOSS.). *plur. v. l. 21.* *i. q. computatio*, GLOSS. ἐξαρίθμησις: RHET. Her. 4, 20, 27 hoc non -e (den- *trad.*) nostra (*sc. syllabarum*) fiet. CIC. rep. 3, 3 -bus noctium ac die⟨rum⟩ (ARNOB. nat. 3, 29). FRONTIN. strat. 2, 10, 1 victos se esse secundum eam -em. SVET. vita Ter. 3 ⟨in⟩ -e (de- *A*) omnium *fabularum*. DON. gramm. IV 369, 17 pes est syllabarum et temporum certa -o (*cf.* CLEDON. gramm. V 30, 9 MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 15). GAIVS dig. 2, 11, 1 itineris. VLP. dig. 4, 6, 38, 1 habita -e temporis. 50, 16, 3 pr. frg. Vat. 162. 163 PAVL. dig. 38, 10, 10, 16. 17 (de- *trad.*). sent. 5, 33, 1. APVL. met. 10, 14 -em adhibebant partium. PS. CENS. frg. 2, 6 CHALC. transl. p. 47[A] comm. 65. 75. DON. Ter. Hec. 531 mensium. Ad. praef. 3, 7 paginarum. LIB. gener. chron. I p. 89, 1 temporum et annorum (AVG. civ. 15, 13. 21. 16, 14 LEO M. serm. 27, 5). FAV. EVL. p. 9, 27. AMBR. fug. saec. 2, 5 cur -o (den- *codd. pars*) et definitio temporis comprehensa. VVLG. II par. 2, 17 post -em *populi*, quam dinumeravit David (SALV. gub. 7, 81). RVFIN. Orig. in num. 21, 1 PS. RVFIN. in Os. 7, 13 p. 1000[A]. *t. t. rhet.*, ἀπαρίθμησις: CIC. de orat. 3, 207 *inter figuras orationis, sed* QVINT. inst. 9, 3, 91 quaedam omnino non sunt figurae sicut ordo, -o *eqs.*

dīnumerātor, -ōris *m. a* dinumerare. *i. q. computator*: AVG. in psalm. 55, 10 aucupes verborum, -es paene syllabarum.

ˣ**dīnumero,** -āvī, -ātum, -āre [*a* dis- *et* numerus, *cf.* numerare. *Th.*]. *in codd. (cf. sub 2 a et supra l. 19) et* GLOSS. *scribitur etiam* den-. GLOSS. ἀπαριθμῶ (den- *cod.*). ἐξαριθμῶ (den- *cod.*; *sed cf. infra l. 67*). καταριθμῶ (den- *cod.*). -at diligenter numerat. -are diribere. -ans conputans. V 661, 27 -atis diebus *sine interpr.* *legitur inde a* PLAVTO *et* TER. [*dub.*: APVL. Socr. 23 p. 175.]

i. q. enumerare, recensere, computare: **1** *generatim*: CIC. rep. 2, 29 regiis annis -atis (SEN. epist. 26, 7. GELL. 15, 28, 3 a Q. Caepione et Q. Serrano ... ad *illos coss.* LIB. gener. chron. I p. 90, 22). nat. deor. 1, 2 eorum sententias (QVINT. decl. 263 p. 77, 18. AMM. 20, 11, 30 *opiniones*). off. 1, 154 -are se stellas aut metiri mundi magnitudinem posse. orat. 147 de syllabis propemodum -andis et dimetiendis loquemur. VERG. Aen. 6, 691 tempora (MANIL. 1, 513 saecula. PS. QVINT. decl. 12, 18. CLAVD. 24, 3 tempora ... longae viae. AVG. civ. 18, 12 ab exitu ... usque ad obitum). OV. epist. 14, 80 Danaus generos ex caede iacentes -at. met. 11, 574 noctes. fast. 2, 622 generis ... gradus. SEN. epist. 51, 12. PLIN. nat. 2, 185 nec horas -ari ibi. 4, 43 ita Xerxes ibi -vit exercitum. 7, 131. STAT. silv. 4, 1, 29 -a fastos. QVINT. inst. 6, 1, 3. GAIVS dig. 2, 11, 1 vicena milia passuum in singulos dies. PAPIN. dig. 44, 3, 10, 1 quadriennii tempus. PAVL. dig. 38, 10, 10, 17 personas totidem. EXPLAN. in Don. gramm. IV 533, 8 temporum intervalla (CENS. 21, 5). APVL. Plat. 2, 14 Plato tres amores hoc genere -at, quod sit unus divinus *eqs.* MIN. FEL. 21, 1 TERT. spect. 29. nat. 1, 7 loca (= apol. 8). apol. 1 -ant *malefici* in semet ipsos mentis malae impetus. ITALA gen. 15, 5 (Rufin. Orig. in lev. 5, 2) vide stellas, si -ari possunt a multitudine (ἀρίθμησον, VVLG. numera). *sim.* gen. 16, 10 (Lugd.). 32, 12 (Aug. quaest. hept. 1, 102) arenam maris quae non -bitur prae multitudine (ἀριθμηθήσεται, Lugd. *et* VVLG. numerari). deut. 16, 9 (Aug. quaest. hept. 5, 25) septem septimanas integras -bis tibi ipsi (ἐξαριθμήσεις, Lugd. *et* VVLG. numerabis). Iob 14, 5 (Aug. in Iob p. 840, 17) -ati enim sunt menses eius apud te (ἀριθμητοί, VVLG. numerus mensium eius apud te est). 16, 23 anni enim -ati venerunt mihi (ἀριθμητά, VVLG. breves anni transeunt). Matth. 10, 30 (cod. g[1]. VVLG. num-). CAPITOL. Gord. 25, 2. LIB. gener. chron. I p. 90, 22 parentum -atam generationem. p. 121, 269 hic -vit populum *eqs.* HIL. in Matth. 15, 10 in tot partium milia plebs -ata. *al.* AMM. 22, 14, 2 probra civitatis infesta mente -ans (inn- *V*). VVLG. num. 23, 10 pulverem Iacob. I par. 9, 1 universus ergo Israel -atus est. II par. 2, 17 *v. supra l. 33.* Iudith 2, 7 *al.* PS. RVFIN. in psalm. 43, 4 in catalogo ... -antur septem nationes. PRVD. ham. 36 unus ... princeps numeri est nec -ari tantum unus potis est (*sc. nisi sequuntur duo, tres etc.*). AVG. civ. 11, 7 *al.* MACR. sat. 3, 20, 1 sic Cloatius diversas ficos ... -at (*ibid.* enumerare). SVLP. SEV. chron. 1, 38, 6 *tot* civium milia -ata *sunt.* MART. CAP. 6, 632 universa provincia ... civitates *tot* tota complexione -at. PAVL. PETRIC. visit. nepot. 61 quo *numero dierum* saepe ignaros spes -ata fefellit. NOVELL. Iust. 38 praef. 1 (den- *trad.*). FACVND. defens. 4, 2 p. 611[B] Diodorus vero non -atur, vel, [*L.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

si et ipse subintellegitur, abdicandus. INSCR. christ. Rossi II p. 53, 2 quis vero -et morum documenta tuorum. *absolute*: CIC. Att. 16, 9 centuriat Capuae, -at (*in dilectu copias; alii referunt ad 2 a*). *sq. interrog. indir.*: PACIAN. epist. 1, 1 quanti haeretici emerserint, -are perlongum est. *c. praep.* cum, inter, in *i. q. adnumerare*: ITALA act. 1, 26 (codd. d δ) -atus est cum apostolis (συγκατεψηφίσθη, VVLG. annumeratus est cum). PRVD. perist. 11, 234 *diem* annua festa inter -are (ISID. orig. 3, 70, 36 Centaurus Chiron ... inter astra -atus est). PLIN. VAL. 1, 37 in dentium dolore, qui ipse quoque in maximis tormentis -ari potest.

2 *speciatim*: a *de pecunia i. q. solvere*: PLAVT. (*A* den- *vel* din- Epid. 468, den- Most. 921; *ceteris locis non extat*; den- *ubique Leo*) Asin. 453 verum istuc argentum tamen mihi si vis -are (den- *codd., item* Epid. 367 meis manibus -vi. din-: Epid. 71. 353 ego resolvi, manibus his -vi *argentum*). Epid. 468 si sexaginta mihi -antur minae (*de A. cf. l. 12*, den- *rell.; item* den-: Most. 921. din-: TER. Ad. 915 [*A non extat*; DON. *ad l.* -et dixit quasi multum numeret]). Mil. 74 ut *latronibus* -em stipendium (den- B^1CD, din- B^2 *Gloss. Plac.*). Rud. 1406 mille nummum (den- *codd.*). APVL. met. 2, 13 -atis centum denarium. *cf. etiam l. 3.* b *in sententia roganda senatores*: PLIN. paneg. 76, 2 consulti omnes atque etiam -ati sumus. c *t. t. mus.*: AVG. mus. 1, 9, 16 appellemus ergo istos *motus inaequales rationales* connumeratos, illos autem -atos.

deriv.: dinumeratio, dinumerator.

dinummius, -a, -um [*a* di- *et* nummus. *Th.*]. *vectigal, quod duobus nummis solvitur* (*pro mercibus advectis*): COD. Theod. 14, 27, 2 (*a. 436*; = COD. Iust. 11, 29, 1) CCCC solidos ex -o vectigali memoratae civitatis (*Alexandrinae*) praecommodari decernimus.

dinūndino *v.* den-.

[**dinupula**]. *nomen herbae bryoniae*: PS. APVL. herb. 66 Bessi -a dicunt (DIOSC. 4, 182 W. Δάκοι κινούβοιλα). *cf.* GLOSS. bryonia -a. discopela.

dīnus *v.* divinus.

diōbolāris, -e [*a* διώβολον *derivatum. Th.*]. VARRO ling. 7, 64 -es a binis obolis. PAVL. FEST. p. 74 -es meretrices dicuntur, quae duobus obolis ducuntur. FVLG. serm. ant. 32 -es (diovoleres, diovolares, diovalares *trad.*) dicuntur vilissimae meretrices, quae sub parvo stipendio prostant, sicut Pammacius ait: -e prostibolum *eqs. l. 43.* GLOSS. II 53, 14 -es δυο βουλου (διόβολοι, διωβολιαῖοι *h*, διωβόλου *Bücheler*). V 496, 68 -es vilissimae meretrices. PLAVT. Cist. 407 miserae am⟨ic⟩ae, osseae, -es. Poen. 270 servolorum sordidulorum scorta -ia (duob- *codd.*).

diōbolus, -a, -um *cf.* diobolaris. FVLG. serm. ant. 32 (*v. supra l. 38*) nam et Pacuvius similiter ait: non ego ita fui, ut nunc sunt meretrices -ae *eqs.* (*exemplum fictum*).

diocēsis *v.* dioecesis.

[**diocidio**] dispositio vel subligentia GLOSS. IV 229, 33 (diocitio *et* subiacentia *a*). descriptio *et* sub licentia *coni. Warren, sed cf.* dioecesis.

diōctēs operis inpulsor GLOSS. διώκτης. *comp.*: ergodioctes.

dioctō δι' ὀκτώ. CASSIOD. art. 5 p. 1210^{A} diapason symphonia est quae etiam -o dicitur ... fit autem per sonitus octo, unde et nomen accepit.

diodela, -ae *f.* *nomen herbae millefolii*: PS. APVL. herb. 88 Daci *appellant* -am (diodetam *al.*). *cf.* GLOSS. III 559, 54 diodila i. millefolium.

diodeta, diodila *v.* diodela.

dioecēsānus, -a, -um [*a* dioecesis. *Th.*]. *quod ad dioecesin pertinet*: COD. Theod. 16, 2, 23 interpr. (*a. 376*) convocatis ab episcopo -is presbyteris. ISID. epist. 1, 11 -is basilicis.

*__dioecēsis__, -eōs *f.*, διοίκησις (*cf. l. 76*). *apud recentiores scribitur* dioc-. diocis-: CONC. Aurel. a. 538 p. 78, 15 GREG. TVR. GLOSS. diocens- (*cf. p. 1224, 1*): PROVINC laterc. Veron. *sing. genet.* -eos, *sed* -is: CORP. II 1262 INSCR. Revue archéol. 4 sér. XII 1908 p. 444 EVGIPP. Sev. 25, 2 GREG. M. epist. 9, 45. 13, 4. *accus.* -im *et* -in, *sed* -em: GREG. M. epist. 13, 39. *ablat.* -i. *plur. nom. acc.* -es, *sed* -is: CONC. Aurel. a. 538 p. 78, 15. *genet.* -ium: CIC. *dat. abl.* -ibus. GLOSS. -is parrochiis id est adiacens domus vel gubernationibus. diocisa gubernatio (EVCHER. instr. 2 p. 160, 2). diocisus graece, latine terminus vel locus subiectus. in -i parrochia. *cf. etiam l. 48.*

i. q. regio, territorium, pars provinciae: *in iure publico* (*cf. Kornemann, PW. V 716 sqq.*): CIC. Att. 5, 15, 3 per magistros scripturae et portus nostrarum -ium. 5, 21, 7 mirifica expectatio Asiae nostrarum -ium. 6, 2, 4. epist. 3, 8, 4 omnium illarum -ium, quae cis Taurum sunt, ... magistratus. 13, 67, 1 ex provincia mea Ciliciensi, cui scis τρεῖς -εις Asiaticas attributas fuisse. CORP. III 431 proc(urator) ⟨imp.⟩ Caesaris Tra(ia)ni Hadriani ⟨Au⟩g. ad -in Alexandr(iae). XIV 3599 (*cf.* 3600) legato prov. Afric(ae) -eos Carthaginien(sis). *al.* VLP. frg. Vat. 205 si quis ad urbicam -im pertinens testamento tutor detur. *post Diocletianum pars imperii, complures provincias complectens*: PROVINC. laterc. Veron. 1, 2 -is Orientis habet provincias numero XVIII. 2, 1 -is Pontica *etc.* NOT. dign. or. 2, 1 sub dispositione viri illustris praefecti pr. per Orientem sunt -es infra scriptae. *et passim.* RVF. FEST. 8 in -i Macedonica provinciae sunt septem. AMM. 17, 7, 6 affectatam recens -ensin curans vicaria potestate. FILASTR. 121, 3 Cham (*dat.*) ... omnes Syrias et -in Aegypti Africae Aethiopiae ... distribuit. COD. Theod. 2, 26, 1 (*a. 330*) comitem -eos Asianae. *et saepe.* COD. Iust. 1, 3, 54, 11 antistites sive Africanae -eos ... sive aliarum provinciarum. 1, 52, 1 *al. huc pertinere videtur*: TAB. Peut. 5, 1 (*in Africa*) Presidi diocece. *de episcoporum provincia saepe apud* ECCL., *ex. gr.*: AVG. epist. 133, 3 ecclesia ad Hipponensium Regiorum -im pertinenti. c. Petil. 2, 1, 2 *al.* SVLP. SEV. epist. 1, 10 *al.* LEO M. epist. 157, 2 episcoporum, qui Aegyptiacis -bus praesunt. SIDON. epist. 7, 6, 8 -bus parochiisque. 9, 16, 2 peragratis ... -bus. EVGIPP. Sev. 25, 2 universa -is suae castella.

deriv.: dioecesanus.

dioecētēs, *plur.* -ae *m.*, διοικητής. *i. q. procurator*: CIC. Rab. Post. 22 -es fuit regius (*sc. Alexandriae*). 28 id autem (*sc. pecuniam servare*) facere non poterat, nisi -es — hoc enim nomine utitur qui ea *regit — esset constitutus (*cf. Brandis, PW. V 790*). COD. Theod. 14, 27, 1 (*a. 396*; = COD. Iust. 1, 4, 5) archigerontes et -ae ergasiotanorum *Alexandriae*.

diōgmītae, -ārum *m.*, διωγμῖται. *i. q. vigiles, custodes* (*cf. Fiebiger, PW. V 784*): CAPITOL. Aur. 21, 7 armavit et -as (*propter penuriam militum*). AMM. 27, 9, 6 adhibitis semiermibus paucis, quos -as appellant, unum grassatorum cuneum ... adoriri conatus *eqs.*

dioncōsis, *acc.* -in *f.*, διόγκωσις. CAEL. AVR. acut. exc. 12 p. 706 unum genus *synanches* cum extumentia, aliud sine tumentia: neque enim aliter -in possumus dicere.

diōnymos, -on, διώνυμος. GLOSS. -us qui duo nomina habet. DIOM. gramm. I 322, 1 quaedam *nomina* enim inveniuntur ... -a, ut Palaemon Melicertes ..., Numa Pompilius *etc. cf.* PRISC. gramm. II 61, 1. EXPLAN. in Don. gramm. IV 540, 3 -on.

diopetēs [διοπετής. *Th.*]. *genus ranae*: PLIN. nat. 32, 70 ranae, quas -as ... vocant. 32, 139 iecur ranae -is (dioph- *nonnulli codd.*). [*nomen herbae* DIOSC. 4, 88 (*cf. Archiv 10, 36*) *est* δίγιτους.]

? **di⟨opop⟩obalsamātu⟨m⟩** *collyrium* INSCR. ocul. Corp. XIII 10021, 70 (*sed dubia suppletio*).

diopthalmus, διόφθαλμος. *qui duos oculos habet*: OROS. hist. 16, 5 noster hic (*Iesus*) mutilus, lēvis in fronte (*i. non cornutus*), -os (dyoptalmus, dyobt-, diobt- *trad.*).

dioptra, -ae *f.* [διόπτρα. *Th.*]. *acc.* -an *l. 43.* *instrumentum opticum* (*cf. Hultsch, PW. V 1074*): VITR. 8, 5, 1 libratur autem -is aut libris aquariis aut chorobate, sed diligentius efficitur per chorobaten, quod -ae libraeque fallunt. PLIN. nat. 2, 176. SORAN. p. 117, 18 scio me retro ad inspiciendam altitudinem mulieris frequentius organi mentionem fecisse, quod Graecitas -an vocat.

diorismos *m.*, διορισμός. *t. t. rhet.*: IVL. RVF. rhet. 14 p. 42, 27 aphorismos vel -os descriptio rerum per reprehensionem.

diorthōsis *f.*, διόρθωσις. *t. t. rhet.*: SCHEM. dian. 2 p. 71, 8 -is quae latine correctio nominatur.

diōryx, -gis *m.* [διῶρυξ. *Th.*]. *i. q. canalis*: MELA 3, 80 manu factus amnis ... ex Nili alveo -e adductus. VVLG. Sirach 24, 41 ego quasi fluvii -x (διῶρυξ; fluvius dorix *cod. A*) et quasi aquaeductus exivi de paradiso. *cf.* PAVL. NOL. epist. 11, 8 gratia ... quasi rivus a fontibus Israel vel διῶρυξ, ut scriptum est, a paradiso abundans fluit.

diosatis *v.* dios elacate.

diosbalanos (PLIN. nat. 15, 93 *cf.* CLOAT. frg. Macr. sat. 3, 18, 4), **diosēlacatē** (DIOSC. 4, 60 W. PS. APVL. herb. 4 diosatis. *cf.* GLOSS. III 559, 71), **diospneuma** (PS. APVL. herb. 79), **diospyron** (PLIN. nat. 1, 27, 74 DIOSC. 3, 153 *cf.* 3, 141 W.) *pertinent ad nom. propr.* Zeus.

dioscyamos (PS. APVL. herb. 5) *v.* hyoscyamus.

dios(s)o, dios(s)um *v.* deorsum.

diōta, -ae *f.* [*a gr.* δίωτος *tractum. Th.*]. *dolium*: HOR. carm. 1, 9, 5 deprome quadrimum Sabina ... merum -a. PORPH. *ad l.* -am amphoram dicit quod ansae eius velut aures sint. *cf.* SCHOL. *ad l.* GLOSS. ἀμφόριον, οἰνοφόριον. ISID. orig. 16, 26, 13 amphora vocata quod hinc et inde levetur. haec graece a figura sui -a (dicta *codd. et vulg.*) dicitur, quod eius ansae geminatae videantur aures imitari.

diōvolāris *v.* diob-.

dioxūs, δι' ὄξους. *nomen collyrii*: MARCELL. med. 8, 204. INSCR. ocul. Corp. XIII 10021 p. 605 (*scribitur etiam* dioxsus. *nota* 10021, 186 dioxum).

(**dipampinum**) NOT. Tir. 105, 51^{a} (*antecedit* pampinum).

dipenthēmimericus, -a, -um, *διπενθημιμερικός. *t. t. metricorum*: SACERD. gramm. VI 502, 9 dactylicum metrum ... dividitur in species XVII ... pentametras IV: ... -am Archilochiam dactylicam. 512, 10 de metro -o Archilochio pentametro *eqs.* 517, 19.

[**dipheciaca**]. VITR. 1, 2, 4 in ... navibus interscalmio, quae -a (διάπηγμα *Rose*, *διπηχυαία *C. F. W. Schmidt*, *cf. Krohn ed. praef. p. IX*) dicitur, ... invenitur symmetriarum ratiocinatio.

diphrum tribunal eburneum, in quo consules sedent GLOSS. *i. q.* δίφρος.

diphrygēs *adi. et subst.* [διφρυγής. *Th.*] *acc.* -a *p. 1225, 2.* *nomen metalli, residuum aeris cocti*: CELS. 5, 7 p. 163 exedunt corpus ... hypocistis, -es, sal *eqs.* 5, 8 p. 163. 5, 22, 2. SCRIB. LARG. 227 -is p. (denar.) II. 247. PLIN. nat. 1, 34, 37 de -e. 34, 135 ab ea (*sc. smegmate*) discernitur quam in isdem officinis (*sc. aerariis*) -em vocant Graeci ab eo

[L.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quod bis torreatur; cuius origo triplex *eqs.* 34, 136 id quod ex cocto *lapide* supersit, -a vocari. MARCELL. med. 7, 18. 31, 6. DIOSC. 5, 95 difrigus. 5, 128 de difrigus. friguus (*sic*) habet tres species *eqs.* 5, 150 lapis ipse *pyrites* conbustus a multis difriges appellatur. THEOD. PRISC. eup. faen. 69 -em lapidem tundes. log. 23.

diphth- *v.* dipth-.

diphyēs, -es, διφυής. *adi. i. q. ex duabus partibus compositus:* DIOM. gramm. I 481, 23 -es *pes* ex duabus brevibus et tribus longis, temporum octo. HIER. chron. a. Abr. 880 a Cecrope -e (*cf.* CHRON. Alex. chron. I p. 117, 238 Cecrops qui dipsyis vocabatur ... quia statura procerus erat). *subst. f. nomen gemmae:* PLIN. nat. 1, 37, 57 -es. 37, 157 -es duplex, candida ac nigra, mas ac femina, genitale utriusque sexus distinguente linea. *nomen herbae callitrichi:* PS. APVL. herb. 48.

diplancistrōdēs, *διπλαγκιστροειδής. *instrumentum quoddam medici:* CHIRON 100 venam -e (diplant- *cod.*) inter nervos nimia subtilitate relevabis.

diplangium *v.* diplus.

diplasius, -a, -um, διπλάσιος. *i. q. duplex (in mathem. et musica):* VITR. 3, 1, 7 ex duobus numeris simplicibus est effectus -ον. CENS. 10, 9 cum chorda duplo maiore pondere tenderetur et esset -on logus (-on locus *codd.*, διπλασίων λόγος *Jahn*). FAV. EVL. p. 16, 15. 16. 17, 24 FVLG. myth. 3, 9 p. 75, 8. MART. CAP. 9, 934 tertia διὰ πασῶν ... constat ex ratione -a, hoc est dupli. 9, 951. 952. 977. 980 CASSIOD. art. 5 p. 1210^A.

diplē *f.*, διπλῆ. *graece:* CIC. Att. 8, 2, 4 in quibus (*litteris Pompei*) animadvertito illum locum, ubi erit διπλῆ. NOT. Suet. gramm. VII 533, 4 notae XXI quae versibus apponi consuerunt: ... > -e >̇ -e periestigmene ... >— -e obelismene. *de usu v.* 535, 3 *sqq.* 536, 4. 6. MAR. VICTORIN. gramm. VI 23, 3 inter duas litteras -en aversam, id est sicilicum, ponite. ISID. orig. 1, 21, 13 *sqq.*

dipleuros, δίπλευρος. *graece:* DON. Ter. Ad. 341 complexio est -os oratoria, in qua utrum concesseris, contrarium tollis *eqs.*

diplinthius, -a, -um [*cf. gr.* δίπλινθος. *Th.*]. *duorum laterum crassitudinem habens:* VITR. 2, 8, 17 latericii *parietes* vero nisi -i aut triplinthii fuerint *eqs.*

dīplōdo, -sus, -ere *a* dis- *et* plodere. GLOSS. Plac. V 17, 17 = 62, 5 -sa divisa vel separata.

diploē *f.*, διπλόη. PS. SORAN. quaest. med. 230 quid est -e? duplicatio.

diplois, -dis *f.* [διπλοΐς. *Th.*]. diplu- *v. l.* 52. DVB. NOM. gramm. V 578, 2 diploidis (*tamquam nominativus, qui traditur etiam* PROSP. in psalm. 108, 29) generis feminini ut '-em suam'. diplōide: VEN. FORT. carm. 5, 6, 4. *acc.* -dam: ITALA *infra l.* 57. PORPH. Hor. epist. 1, 17, 25 (*cf.* SCHOL. *ad l.*) duplici panno: vili veste, quam -dem (dupl- *trad.*) veteres dixerunt. *sim.* 1, 17, 30. HIER. tract. in psalm. I p. 196, 4 -is genus est pallii ... -is ideo quia duplex est pallium (AVG. in psalm. 108, 31 PROSP. *et* CASSIOD. *ad l.*). EVCHER. instr. 2 p. 156, 20 -is in regnorum (*v. l.* 57) sagum chlamys, ἀπὸ τοῦ διπλοῦσθαι, ab eo quod duplicetur, et omne indumentum, quo dupliciter ambimur, -is appellari potest (*cf.* GLOSS. -dem duplicem. IV 505, 46 dipluidis sagum vel chlamidis). GREG. M. moral. 9, 68 -em quippe duplum vestimentum vestimus (GLOSS. -de id est vestimentum duplex. *sim.* ISID. sent. 3, 2, 9). ISID. orig. 19, 24, 11 -is Graecum nomen, ab eo quod sit duplex amictus *eqs.* NOVIVS Atell. 72 sine -de (depl- *codd. Noni*, diploma *Bücheler*) a recta grassatur via. ITALA I reg. 2, 19 (Legion.) -dam habebat pusillam (διπλοΐδα, VVLG. tunicam). 15, 27 (AVG. civ. 17, 7, *cf.* Legion.) tenuit Saul pinnulam -dis eius (διπλοΐδος, VVLG. pallii. *cf.* SVLP. SEV. chron. 1, 35, 7). HEGES. 1, 46, 2 adopertum purpurea -de. VVLG. psalm. 108, 29 operiantur sicut -de confusione sua. Bar. 5, 2 (*in imag.*) circumdabit te deus -de iustitiae. PS. AVG. serm. 199, 2 (= PETR. CHRYS. serm. 91 p. 457^B) *Ioannes* legis et gratiae fibula, quae -dem summi sacerdotis sancto patri iungebat in pectore. VEN. FORT. carm. 5, 6, 4 (p. 117, 4) (*in imag.*) -ōide lucis operti *Adam et Eva.* PS. THOM. euang. 6, 7 (*interpr. dub.*). *translate de substrato duplice:* APIC. 4, 134 piperis grana integra adsparge et nucleis pineis adorna, ita ut per singula coria substernas -dem. 4, 135.

diplōma, -atis *n.* (-a, -ae *f. v. p. 1226, 11*), δίπλωμα. -ŏ- *v. p. 1226, 11.* *de formis:* CAPER gramm. VII 109, 8 -a, non duploma (*v. l. 73. p. 1226, 14*) aut duplomum (*v. p. 1226, 15. 21* NOT. Tir. 76, 50). diplomum, diplumum: GLOSS., *ibid.* dipluma, deploma. *de declinatione:* CHAR. gramm. I 42, 33 dicimus enim poematum et poematorum, ... duplomatum duplomatorum (*neutrum nunc legitur*). *cf.* GLOSS. hoc -a et haec -ta sicut hoc thema et haec themata. *dat. abl.* -bus. *sing. abl.* -a? *v. p. 1226, 11.* GLOSS. δίπλωμα. duplicatio. -um duplex. duplicatum. gubernatum (?).

i. q. libellus, codicillus commendatorius, praecipue is, per quem quis ius accipit cursu publico vehendi (cf. Wünsch, PW. V 1158): [NOVIVS Atell. 72 *v. l.* 55]. CIC. Pis. 90 -ta tota in provincia passim data (SEN. clem. 1, 10, 3 *Augustus damnatos* adeo non occidit, ut dimissis iis, quo tutiores essent, -ta daret). epist. 6, 12, 3 -a statim non est datum ... se ablaturum -a. Att. 10, 17, 4 de -e adiuvaris *eqs.* SEN. benef. 7, 10, 3 video istic -ta et syngraphas et cautiones *eqs.* TAC. hist. 2, 54 -ta Othonis, quae neglegebantur, laetiore nuntio revalescerent. 2, 65 tamquam ... eoque -bus nullum principem (*i. nullius principis nomen*) praescripsisset. PLIN. epist. 10, 45 -ta ... quorum dies praeteriit, an omnino observari et quam diu velis rogo scribas (*cf.* TRAIAN. Plin. epist. 10, 46). 10, 64 festinationem tabellarii ... -e adiuvi. 10, 120, 1 TRAIAN. Plin. epist. 10, 121. CORP. VI 8622 T. Aelius Aug. l. Saturninus a -bus (*cf.* X 1727 oficiali veteri a memoria et a -bus). VENVL. dig. 45, 1, 137, 2 duplomate usus. SVET. Aug. 50, 1 in -bus libellisque et epistolis signandis. Cal. 38, 1. Nero 12, 1 -ta civitatis Romanae. Otho 7, 1. AVR. Fronto p. 15, 17 N. navibusne an equis an -bus facit haec tam velocia stativa. TERT. apol. 25, 6 o nuntios tardos, o somniculosa -ta! CARM. epigr. 484, 3 (*Carthagine*) diplŏmā (*abl.*) circavi (*cf. Bücheler ad l.; Wölfflin, Archiv 3, 559. 11, 418*) totam regione(m) pedestrem. MOD. dig. 48, 10, 27, 2 qui se pro milite gessit ... vel falso duplomate vias commeavit. DECRET. centon. Sentin. (Corp. XI 5749 *a. 261*) 13 *illos* iam pridem patronos per duplomum a numero n(ostro) cooptatos. CAPITOL. Pert. 1, 6 sine -bus cursum usurpaverat. SYMM. epist. 5, 38 -tis sacri (*i. imperatorii*) tarda perlatio. MACR. sat. 1, 23, 14 consulunt deum missis -bus consignatis (*ibid.* codicilli). SIDON. carm. 7, 400 rumor, succincto referens -e *seq. acc. c. inf.* CORP. IX 2826 (*saec. VI*) -tis annotationem exhiben⟨tis⟩. PAPYR. Marini 114 alio dyplomum (*abl.*) vacuali. *sim.* 118.

deriv.: diplomarius, diplomatarius.

diplōmārius, -a, -um [*a* diploma. *Th.*]. *i. qui diploma fert:* CORP. XV 7142 tabellaris (*voc. sing., ut videtur*) -ari discede. *cf. Hirschfeld, Verwaltungsbeamte*[2] *p. 200 n. 6.*

diplōmatārius duplicator GLOSS. (*trad. etiam* diplumatarius, diplomaxarius). *a* diploma.

diplōmum *v.* diploma.

? **diplum,** -ī *n.* *nomen herbae:* VEG. mulom. 2, 92, 4 -i unc. III (depli *ed. pr.*, bdellii CHIRON 309).

diplūs *adi.*, διπλοῦς. *i. q. duplex:* THEOD. PRISC. eup. faen. 37 amurca in -o angio (*i.* ἀγγείῳ. diplangio, deplangio *al.*) cocta. log. 101. *cf. gr.* δίπλωμα *i. vas duplex.*

dipnoicus *v.* dyspnoicus.

? **dipnoidon** i. lactuca agrestis GLOSS. III 560, 26.

dipodia, -ae *f.*, διποδία. *acc.* -an, -am *l.* 44. *t. t. metricorum:* DIOM. gramm. I 502, 16 regiones pedum sunt quinque: thesis arsis basis synzugia -a ... basis synzugia -a in tetrasyllabis constat, sed ... -a in paribus. 504, 14 huic metro ternario si accesserit quarta -a, fit versus quadratus. 504, 22 in triplicem autem feritur -an *trochaicum metrum.* 505, 22 *sqq.* 506, 2. 519, 37 VLT. SYLL. gramm. IV 225, 9. MAR. VICTORIN. gramm. VI 42, 13 in -a facta coniugatione binum pedum. 47, 5. 53, 19 metra quaedam ... binis *pedibus,* quam -am vocaverunt, scandi moris est. 55, 14. 61, 1. 70, 15. 75, 26. 80, 4 per -as id scandere. 162, 25. 164, 21 FORTVN. gramm. VI 281, 2 PS. BASS. gramm. VI 305, 6. 306, 5 SACERD. gramm. VI 500, 31. 501, 1. 519, 5.

dipondius *sim. v.* dupondius. **dīpōno** *v.* depono *p. 576, 27.*

diprax qui perdit sermones et aliud hinc inde aliud defert GLOSS. differax *Löwe*, prodit *et* differt *Götz, qui etiam cogitat de* difrax *et* dapax.

dipsacos, *acc.* -on *f.*, διψακός. *nomen herbae:* PLIN. nat. 1, 27, 47. 27, 71 -os folia habet lactucae bullasque spinosas in dorsi medio *eqs. cf.* DIOSC. 3, 11 PS. APVL. herb. 26 (*nomen herbae chamaeleonis*). 63 (*dictamnus cf.* GLOSS.). *nomen morbi:* ORIBAS. syn. 9, 56 quam *passionem* aliqui vero diabitem, alii -on vocant. *nomen serpentis:* ORIBAS. eup. 2, 1 E 12. *cf.* dipsas *et* GLOSS. IV 227, 41. 329, 23 depraces genus serpentis.

dipsas, -dis *f.*, διψάς. *acc. plur.* -das: SIL. 3, 313 AMM. 22, 15, 27. dipsa: GLOSS. III 492, 11. SOL. 27, 31 *pars codd. cf. l.* 73. ADNOT. Lucan. 9, 610 nomen a siti (*cf.* 9, 718. 743). ISID. orig. 12, 4, 13 -s genus aspidis, qui latine situla dicitur, quia quem momorderit, siti perit. 12, 4, 32 -s serpens tantae exiguitatis fertur *eqs.* GLOSS. serpens. serpens intolerabilis. genus *vel* nomen serpentis (serpentium). V 408, 35 genus serpentis est intolerabilis; quando percusserit hominem, siti moritur ipse homo *eqs.* CELS. 5, 27, 7 si cerastes aut -s aut haemorrhois percussit. LVCAN. 9, 610 in mediis sitiebant -des undis. 9, 718. 738. 754. 851. PLIN. nat. 23, 152 serpentium venenis resistunt *folia lauri illita,* maxime sepos, -dis et viperae. 32, 46. SIL. 3, 313 atro rabidas effervescente veneno -das immensis horrent Garamantes harenis. MART. 3, 44, 7 -s medio perusta sole. SOL. 27, 31 -s siti interficit. AMM. 22, 15, 27. VVLG. deut. 8, 15 in qua (*solitudine*) erat ... scorpio ac -s (ITALA Lugd. sitis, δίψα). CLAVD. 15, 151. POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 32. *huc pertinet* NOT. Tir. 113, 28 dibia *et l.* 57.

dipsȳchia, -ae *f.*, διψυχία. *i. q. dubitatio:* HERM. Pal. mand. 9, 10 haesitatio quae et -a est. 9, 11 -a autem terrenus spiritus a diabolo est, quia vires non habet. 9, 12 -a abstine. 10, 1. 2.

dipsȳchus, δίψυχος. *i. q. dubius, haesitans:* HERM. Pal. mand. 10, 2, 2 ille qui -us est. 11, 1 qui -i sunt. 11, 2.

dipsyis *v.* diphyes. **diptamnus** *v.* dictamnus.

diptarmicē (DIOSC. 2, 148) *v.* ptarmice (DIOSC. 2, 162 W.).

dipteros, -on *adi.*, δίπτερος. *t. t. archit.* (*cf. Degering, PW. V 1162*): VITR. 3, 2, 1 aedium autem principia sunt, e quibus constat

[L.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

figurarum aspectus, et primum in antis..., deinde peripteros, pseudodipteros, ⟨-os⟩, hypaethros. 3, 2, 7 -os autem octastylos ... duplices habet ordines columnarum. 3, 2, 8. 3, 3, 8 -i aedis symmetria. 7 praef. 15 columnarum circa -on collocationem.

diptheriae, -ārum *m.*, διφθερίαι. VARRO rust. 2, 11, 11 *pellis caprinae* usum apud anticos quoque Graecos fuisse apparet, quod in tragoediis senes ab hac pelle vocantur -ae (-pth- *A*).

dipthonga *v. l. 34.*

***dipthongus** (-os), -ī *f.* [δίφθογγος. *Th.*]. *de aspiratione v. W. Schulze, Orthographica II (ind. lect. Marp. 1895) p. XXII sqq. XXX.* *formae: nom.* -us: PRISC. gramm. II 51, 13 VLT. SYLL. gramm. IV 264, 3 DON. gramm. IV 369, 10 *al.* -os: TER. MAVR. 428 FIN. METR. gramm. VI 230, 6 SERV. *acc.* -um *et* -on. *passim apud* GRAMM., *ex. gr.*: CHAR. gramm. I 12, 12 naturā longae syllabae aut ex una producta vocali sunt ... aut ex duabus iunctis, ut ae vel oe, quas Graeci -os vocant (*cf.* 14, 21 geminae vocales quas Graeci -os vocant. VLT. SYLL. gramm. IV 219, 25 duplicatis vocalibus. 258, 3 duabus iunctis. MAR. VICTORIN. gramm. VI 26, 26. 30, 17. 32, 4 MALL. THEOD. gramm. VI 586, 25 TER. MAVR. 379). DIOM. gramm. I 427, 14 *sq.* PRISC. gramm. II 37, 10 i quoque apud antiquos post e ponebatur et ei -um faciebat. 51, 13 nulla -us. VLT. SYLL. gramm. IV 245, 7 aliquando naturaliter longa est paenultima -i ratione, ut 'taedet'. SERV. gramm. IV 423, 32 y et i in graecis nominibus -us est, ut 'Harpyia' (SERV. Aen. 3, 226). POMP. gramm. V 115, 12 plane scire debere -os longas esse; sunt autem apud Latinos quattuor usitatae *eqs.* 298, 1 graeca enim -us est ai. TER. MAVR. 390 *sqq.* SERV. Aen. 1, 257 omnia quae apud Graecos ει -on habent, apud Latinos in e productum convertuntur (3, 108). 1, 316. 3, 354 aulaï pro aulae: et est diaeresis de Graeca ratione veniens, quorum 'ae' -os resoluta apud nos duas syllabas facit. 4, 82 'maeret' per -on 'est tristis'; nam aliter (*sc. meret*) militiam significat (*sim.* GLOSS. V 554, 35). *cf.* 5, 69. 117 *eu* -os Graeca est. 10, 24 quam nos u habemus, illi (*Graeci*) -on habent ου. MART. CAP. 3, 279. 288 (*cf. l. 35*). *f.* dipthonga *adi. et subst.*: MART. CAP. 3, 275 cum -ā (*sic codd.*) repperitur *vocalis.* 3, 277. 278. 280 -a *cod.* β (-us, -i *rell.*). ISID. orig. 1, 16, 2 -ae syllabae Graeco nomine dictae *eqs.* GLOSS. V 286, 43 -as duae litterae sunt vocales.

diptōtos, -on, δίπτωτος. *t. t. gramm.* (*lat.* bipartita forma CHAR. gramm. I 150, 21): CHAR. gramm. I 309, 14 -a intelleguntur ea, quae singulari numero casu tantum nominativo et vocativo similiter efferuntur ceteris deficientibus, ut Iuppiter (ISID. orig. 1, 7, 33). PRISC. gramm. II 188, 3 -a sunt quae duos diversos casus habent tantum. DON. gramm. IV 377, 24 SERV. gramm. IV 433, 30 POMP. gramm. V 184, 37. CONSENT. gramm. V 351, 21 quo fit, ut formae casuales sint sex: monoptotos, -os ... hexaptotos.

diptychium, -ī *n.* *a* diptychum *deminutive.* AVG. c. Faust. 15, 4 p. 421, 10 nec -o miserabili dicacitate reprehenso movearis. p. 422, 13 in illo -o lapideo. p. 422, 22. 15, 6 p. 428, 18.

diptychum, -ī *n.*, δίπτυχον. *singularis v. l. 55.* *adi.* diptychus *v. l. 68.* GLOSS. -a duae tabulae. -a sunt tabulae. tabellae quas ferimus. 1 *generatim*: SCHOL. Iuv. 9, 35 quamvis blandis te epistulis et -is sollicitet. ISID. fid. cath. 2, 14, 5 et non quidem foris in lapideis -is (*ut decalogus*), sed intrinsecus in tabulis cordis. *in imag. de crustis ostreorum*: AMBR. hex. 5, 8, 22 si quando ostreum ... -um illud suum aperiat. 2 *speciatim*: **a** -a *magistratuum*: COD. Theod. 15, 9, 1 pr. (*a. 384*) exceptis consulibus ordinariis nulli prorsus alteri auream sportulam, -a ex ebore dandi facultas sit. 15, 9, 1, 1 sit sportulis nummus argenteus, alia materia -is. SYMM. epist. 2, 81, 1 ut eius (*filii*) nomine -a et apophoreta suscipere dignemini. 2, 81, 2 auro circumdatum -um. 5, 56 -um candidati. 5, 119. **b** *catalogi episcoporum*: EPIST. pontif. 665 Thiel Gelas. 27, 8 numquid omnes imperatoris nomen ex -is abstulerunt. AVELL. p. 472, 15 nec debere in -is eorum nomina recenseri. p. 606, 21 abrasis eorum de -orum inscriptione vocabulis. p. 654, 7 in sacris -is recitare. p. 708, 7 sacrorum -orum recitatione. VICT. TONN. chron. II p. 190, 480, 9 *illorum* nomina de -is tollit. CASSIOD. hist. 10, 19. 25 VEN. FORT. carm. 10, 7, 36 nomina vestra legat patriarchis atque prophetis, cui hodie in templo -us edit ebur.
deriv.: diptychium.

diptychus *v. l. 68.* **dipundius** *etc. v.* dupond-.

?**dipygnus,** *δίπυκνος? (*Putsch,* δίζυγος *Keil; utrumque parum probabile*). SACERD. gramm. VI 532, 7 de dimetro -o hypercatalectico: anapaesticum dimetrum -um hypercatalectum fit hoc modo: dactylo, spondeo, duobus dactylis, syllaba.

dipyrēnum, -ī *n.*, διπύρηνον. *instrum. chirurg.*: CAEL. AVR. acut. 3, 3, 18 -o immisso. *cf.* GLOSS. III 207, 63 (*rubr.* de ferramentis medicinis) dypirinos dipirinis.

dipyrus, δίπυρος. *i. q. bis ustus*: MART. 4, 47, 1 encaustus Phaethon tabula tibi pictus in hac est: quid tibi vis, -um qui Phaethonta facis?

dīra *v.* dirus. **dīradio** *v.* disraro.

dīrādo, -sī, -ere *a* dis- *et* radere, *cf.* derado. *i. q. atterere*: CASSIOD. var. 11, 40, 7 ut superducta retia eius *piscis* tergum frustra -serint. *L.*

[**dīrapio**] *v.* diripio. **dīrāro** *v.* disraro.

dircaea, dircion *v. nom. propr.* Dirce. **dīrē** *v.* dirus.

dīrēctāneus (-a, -um) *a* directus. *cf.* in directum *p. 1255, 20 sqq.* *adi.*: BENED. reg. 17 qui psalmi -i sine antefana (*i. antiphona*) dicendi sunt. *inde subst. m.* (*sc. psalmus*): AVRELIAN. reg. mon. p. 393[C] ad lucernarium *dicatur* -us parvulus, id est 'regna terrae, cantate deo' *eqs. ibid. iterum.* p. 394[B. C]. 395[B] *bis* (*item* reg. virg. p. 403 *sqq.*). p. 393[D] ad matutinos *paschales* -um 'exaltabo te' (p. 394[D] reg. virg. p. 403[D]. 405[B]). *opp.* antiphona, canticum in antiphonas.
n. **dīrēctāneum** *pro adv.*: CAES. AREL. reg. mon. 21 post hoc dicant matutinos (*sc. psalmos*) -um, 'exaltabo te, deus meus et rex meus' *eqs.* (*opp.* in antiphonas). *adv.* **dīrēctāneō.** CAES. AREL. reg. mon. 21 perfectis missis dicite matutinos -o, 'exaltabo te' *eqs.*

dē(dī-)rēctārius, -ī *m.* [*orig. inc.* *a* se dirigere *derivatum esse putat* VLP. dig. 47, 11, 7 *cum aliis, a* dierectus *Rudorff, Abhdl. d. Berl. Akad. 1865 p. 280 sq. Th.*]. *Hitzig, PW. V 1666.* *forma: praeter* DOSITH. *l. 27 et* GLOSS. III 179, 36. 251, 61 *traditur* de-. GLOSS. II 44, 35 ὁ εἰς τὰς ἀλλοτρίας ἕνεκεν τοῦ κλέψαι εἰσερχόμενος οἰκίας. 44, 53 θυρεπανοίκτης (III 179, 36. 251, 61), ἐπεισπηδητής, κατάρατος. II 576, 24 certus latro in aliena domo furans. 40, 46 -i (def- *cod.*) εἰσπηδησιῶνες (lib. de officio proconsulis). VLP. dig. 47, 11, 7 saccularii ... item qui -i appellantur, hoc est hi, qui in aliena cenacula se dirigunt furandi animo, plus quam fures puniendi sunt *eqs.* 47, 18, 1, 2 saccularii et -i (δερεκτάριοι *Basilic.*, deretractarii *FV*, detractarii, -torii *al.*). PAVL. sent. 5, 4, 8 cuius domus introitur ab his, qui vulgo -i appellantur. DOSITH. gramm. VII 425, 15 criminor -um.

dīrēctē *v.* dirigo *p. 1255, 58.*

dīrēctiangulus, -a, -um [*a* directus *et* angulus; *cf.* rectiangulus, ὀρθογώνιος. *Th.*]. MART. CAP. 6, 712 secunda species (εὐθυγράμμου τετραπλεύρου), quae -a est, non aequilatera, et dicitur ἑτερομήκης. tertia aequilatera est, non tamen -a, et dicitur ῥόμβος.

dīrēctilīneus (-a, -um) [*a* directus *et* linea, *cf.* rectilineus. *Th.*]. MART. CAP. 6, 710 quando ... aeque intra se tenent angulum lineae et directae fuerint, -us dicitur angulus et graece εὐθύγραμμος.

dīrēctim *v.* dirigo *p. 1256, 59.*

dērēctio, dīrēctio, -ōnis *f.* *a* derigere, dirigere. *forma*: de- *traditum* (*omnes loci pertinent ad notionem, quae est sub I 1*): VITR. (*semel* di- *codd.*: 1, 6, 12) 1, 6, 1 *HS* (*item* 1, 6, 8). 4, 3, 6 *GH.* 7, 1, 4 *H.* 7, 3, 5 *codd.* (*item* 7, 3, 6). HYG. grom. p. 134, 2 (*v. infra l. 67*) CASSIAN. inst. 5, 15 *G*[1] GLOSS. II 317, 27. *significatio*: GLOSS. εὐθύτης. *in litteris e graeco conversis praeter* εὐθύτης (VVLG. psalm. 44, 7 virga -is. 98, 4 parasti -es [PSALT. Rom. *al.* aequitatem]. 118, 7 [= sap. 9, 3] in -e cordis) *est i. q.* κατόρθωσις: ITALA psalm. 96, 2 (cod. Veron., Aug. in psalm. 96, 5) iudicium -o sedis eius (PSALT. Rom. VVLG. correctio). κατόρθωμα: THEOD. MOPS. in Phil. 1, 11 p. 204, 10 (*plur.*). σχοῖνος *vel* σχοινίον: ITALA psalm. 138, 3 (Hil. in psalm. 138, 9, Psalt. Rom., Cassiod. in psalm. *l. c.*) semitam meam et -em meam (ITALA Aug. in psalm. *l. c.* Prosp. in psalm. *l. c.* limitem; VVLG. funiculum). *legitur inde a* VITR. *plur.: ap.* VITR. 6[ies] (*semel sing.*), *alias non nisi* VVLG. *l. 43* THEOD. MOPS. *l. 46* MART. BRAC. *l. 52.*
[*sensu dubio*: MART. BRAC. sent. patr. 39 discretio -es sunt animae, *fort. cf. c.* VVLG. psalm. 98, 4 *v. supra l. 43.*]

I ***strictiore sensu*:** **1** *tractus, ductus conveniens lineae, regulae, normae sim.* (*cf.* SERV. auct. Aen. 4, 251 'riget'... recta est: unde et rigorem dicimus -em). **a** *sensu abstracto* (*accedit* ad *infra l. 60*): VITR. 1, 1, 4 euthygrammi ⟨et⟩ circini ... usum, e quo maxime ... aedificiorum in areis expediuntur descriptiones normarumque et librationum et linearum -es. 1, 6, 1 arearum divisiones platearumque et angiportuum ad caeli regionem -es. 1, 6, 8 convertendae sunt ab regionibus ventorum -es vicorum (1, 6, 12 -bus vicorum et platearum). 4, 3, 6 viarum -es (*i. canaliculorum triglyphorum. aliter sensu translato*: CASSIAN. conl. 13, 8, 4 *deus* salutaris viae -em demonstrat errantibus). HYG. grom. p. 134 *territoria observantur* aliquando summis montium iugis et divergiis aquarum, aliquando limitibus ..., aliquando ipsius divisionis (*sc. agrorum*) -e (derectione *G*, defictionis *B*, definitione *Blume*). CHALC. comm. 258 cum ... in directum rigorem utriusque oculi visus ferantur, erat consequens dexterioris visus -e partes dexteras tangi sinistrique item sinistras. CASSIAN. conl. 1, 5, 1 (*in descriptione tela ad* σκοπόν *dirigentium*) qui (σκοπός) si forte ab eorum fuerit subtractus intuitu ..., excidisse se ... ab illius disciplinatae lineae -e non sentient. *ibid.* quantum a -e discesserint. *cf.* 1, 7, 4 desideratum finem linea certae -is attingere. *conveniens libellae*: VITR. 7, 1, 4 (*de pavimentis struendis*) coagmentorum compositio planam habeat inter se -em. **b** *sensu concreto*: **α** *t. t. architecturae: genus operis tectorii subsequens trullissationem* (*i. q. nostrum 'ebener Abputz'; syn.* derectura *p. 1230, 12*): VITR. 7, 3, 5 parietes quam asperrime trullissentur, postea autem supra, trullissatione subarescente, deformentur -es harenati, uti longitudines ad regulam et ad lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur *eqs.* 7, 3, 6 cum ab harena praeter trullissationem non minus tribus coriis fuerit deformatum, tunc e marmore graneo (grandio *codd.*, granio *epit.*) -es sunt subigendae *eqs.* **β** *linea directa*
[*Dittmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*nota Graecorum σχοῖνος latine redditum per -o p. 1228, 47*): APVL. mund. 1 a *polis* veluti a cardinibus -o quaedam profecta (δι' ὧν εἰ νοήσαιμεν ἐπεζευγμένην εὐθεῖαν) axis est dictus.

dilatata notione (*plane i. q. nostrum 'Richtung'*): CORP. IX 2826 (*aet. Gothorum, non extat*) pecuaria regali derelicto transitu tramite devio arbitrali -e transferre.

2 *actio dirigendi i. collineandi*: CASSIAN. conl. 1, 5, 1 (*cf. l. 30 sqq.*) signum, quod vel peritiam -is probet vel arguat pravitatem. inst. 5, 15 teli.

3 *actio dirigendi i. curva ad rectum revocandi*: GREG. TVR. Mart. 2, 31 in manus ... -e (*syn.* erectione pedum; *antecedunt*: manus ... contracta dirigitur). vit. patr. 15, 3 p. 723, 2.

II ***latiore sensu*:** 1 *notiones a verbo* dirigendi *originem ducentes*: **a** *actio dirigendi i. ad destinatum finem convertendi, promovendi*: α *aliquid, aliquem*: *accedente* ad: QVINT. inst. 3, 6, 30 coniectura dicta est a coniectu, id est -e quadam rationis ad veritatem. *fine non indicato* (*sed ex sensu Christiano supplendo*): Ps. RVFIN. in psalm. 39, 3 (*ad* 'direxit gressus meos') -em gressuum (GREG. M. in Ezech. 1, 9, 4). FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 9 (*ad* psalm. 36, 23 'a domino gressus hominis dirigentur') gratiam benevolendi ... divinae largitatis -e donari. CASSIOD. in psalm. 36, 24 dirigimur plane, cum sine erroribus ambulamus. sed quo nos ducit ista -o? *adde*: AVG. serm. ed. Mai 9 erit nobis -o ipse dominus. ipse est enim sana -o (*i. rectae viae praeceptio*). *ibid. saepius.* β *semetipsum*: RVFIN. Orig. in num. 16, 7 p. 697A (*ad* I reg. 6, 12 'direxerunt boves in via [*i. processerunt in directum*; κατεύθυναν, *cf. p. 1250, 82*] et non declinaverunt ad dextram aut ad sinistram') praescientiam hanc, quae de boum -e praedicta est. PAVL. NOL. epist. 44, 3 Christus, ut -is tuae cursum ad stabilitatem suam ducat, ventos et maria tibi placans videtur. CASSIAN. conl. 1, 4, 4 in hac destinatione (σκοπῷ) defigentes nostrae -is obtutus velut ad certam lineam cursum rectissimum dirigemus (*ibid. iterum*). **b** *actio dirigendi i. mittendi*: α *-o hominum, i. q. delegatio, dimissio*: CLAVD. DON. Aen. 10, 238 -em *equitum* poeta non descripsit, sed hinc intellegitur facta. β *vocis, epistulae*: *accedente* ad: PRISC. gramm. III 202, 21 vocis -e non solum ad eos, quos videmus, sed etiam ad illos, ad quos vox nostra potest pervenire etiam absentes. *fine non indicato*: ENNOD. epist. 2, 4 p. 43, 16 uberrimi ... -e colloquii (*i. epistulae*). 6, 28, 2 paginarum. 8, 8, 1 paginae.

2 *notiones e substantivorum graecorum significatu originem ducentes*: **a** *cf. c. graec.* εὐθύτης (*cf. p. 1228, 42*): α *i. q. ratio recte vivendi*: HIER. hom. Orig. in Ier. 11 p. 848 (*ad* Ier. 15, 11 'dirigentibus eis' [κατευθυνόντων αὐτῶν]. *cf. p. 1251, 7*) postulat -em atque virtutem. VVLG. Is. 57, 2 requiescat in cubili suo, qui ambulavit in -e sua. IV Esdr. 6, 32 vidit ... -em tuam (*syn.* pudicitiam). β *i. q. aequitas*: RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 74C distinguit *Salomo* iustitiam veram a -e iudicii (*cf.* prov. 1, 3 δικαιοσύνην ἀληθῆ καὶ κρίμα κατευθύνειν, VVLG. iustitiam et iudicium et aequitatem). γ *i. q. rectum, iustum* (*opp.* perversitas: PAVL. NOL. epist. 12, 9): PAVL. NOL. epist. 2, 3 p. 11, 25 informa nos ad regulam -is. 12, 9 p. 81, 22 (*v. supra l. 49 sq.*) in -e, in qua docemur (*cf.* 37, 7 p. 323, 4 in -e doctrinae tuae). 18, 4 p. 131, 20 in viis -is ostendit se *Christus*. SALV. gub. 7, 40 gressum -is.

b *i. q. ad iustum revocatio, cf. c.* διόρθωσις (*et notione sub I 3 proposita*): AVG. quaest. hept. 7, 29 hyperbata, quorum -e, cum verba ad ordinem redeunt, sensus explanatur. *incertum an huc pertineat*: RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 129B hic interim mihi videtur esse ordo sermonum ipsorum verborumque -o (*cf. antea* historicus sensus ... hoc videtur ostendere). *dubites, an potius sit aut i. q. 'interpretatio'* (*cf.* dirigo *p. 1239, 65 sqq.*) *aut i. q. 'intentio', conferendum c.* στοχασμός.

synonyma: *ad I 1 a*: rigor. *ad I 1 b α*: derectura. *ad II b α*: delegatio, dimissio. *ad II 2 a β*: aequitas. *ad II 2 a γ*: rectum, iustum. *opposita*: *ad II 2 a*: perversitas, pravitas.

dīrēctitūdo, -inis *f. a* directus. *i. q. status rectitudinis*: CASSIOD. in psalm. 101, 30 (*ad* 'semen eorum in saeculum dirigetur') quoniam quae *opera fidelium* ibi (*in mundo*) suscepta fuerint, in aeterna -e collocantur, ubi nihil pravum, nihil potest esse distortum.

1. dīrēctō *adv. v.* dirigo *p. 1255, 75.*

2. dīrēcto, -āre *a* dirigo, directus. *i. q. dirigere*: VIRG. gramm. epit. 2 p. 7, 12 H. litera ab ipsis ... cerae caracteribus usque ad quassorum compositionem hosce ordines -at: *eqs.*

3. (**dīrēcto**) **dērēcto,** -āre *a* de *et* rectus, *cf. c.* dehonestare *sim. efficere, ut aliquid non iam rectum sit*: OP. imperf. in Matth. 20 p. 747 nec enim potest mens humana -are (di- *trad., ut videtur*), id est extra rectum facere, scilicet perversum vel malum ostendere, quod sapientia divina dictavit.

dīrēctor, -ōris *m. a* dirigere. 1 *i. q. rector*: IREN. 3, 25, 1 necesse est ... ea, quae providentur et gubernantur, cognoscere suum -em (rectorem *al.*). 2 *t. t. rei militaris* (*fort. cf. c.* dirigere tela *sim.*): NOT. dign. occ. 40, 26 praefectus numeri -um (*inter* praef. numeri exploratorum *et* praef. numeri defensorum). *cf. Böcking II p. 870 sq.*

dīrēctōrius, -a, -um [*a* dirigere. *Th.*]. *subst.* (?) *f.* **dīrēctōria,** -ae *sc. linea. instrumentum, ut videtur, fabrorum* (*syn.* regula): RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 102A regulam quandam directam ponamus esse aequitatem, ut, si quid in nobis iniquitatis est, hanc adhibentes et superducentes -am mandatorum dei, si quid in nobis curvum, si quid tortuosum est, ab huius regulae linea resecetur. *subst. n.* **dīrēctōrium,** -ī *i. q. iter devectionis praescriptum*: COD. Theod. 14, 15, 3, 1 (*a. 397*) urbani ... usus frumenta, si quando vel fortuna vel ratio in Africae coegerit residere litoribus, attingere nullus audeat aut mutatis -is quoquam praeter sacram urbem praescripti ullius innovatione transmittere.

dē(dī-)rēctūra, -ae *f. a* derigere, dirigere, directus. de-: VITR. 7, 3, 5 FRONTIN. aq. 18. *t. t. architecturae*: 1 *genus operis tectorii* (*syn.* derectio *v. p. 1228, 76 sqq.*): VITR. 7, 3, 5 (*praecedunt ea quae sub* directio *p. 1228, 78 enotata sunt*) subarescente iterum et tertio inducatur. ita cum fundatior erit ex harenato -a, eo firmior erit ad vetustatem soliditas tectorii. 2 *t. t. artis aquarum ducendarum i. q. ductus directus librationi conveniens*: FRONTIN. aq. 18 veteres humiliore -a perduxerunt *aquas*, sive nondum ad subtile explorata arte librandi seu quia ex industria infra terram aquas mergebant. 3 *t. t. artis gromaticae* (*quid sit parum liquet*): GROM. p. 336, 24 (*in descriptione casae quae per S nomen habet*) ipsum terminum et ipsum locum -a trifinium facit.

dīrēctus, -a, -um *v.* dirigo *p. 1251, 20.* [*Dittmann.*

diremptio, -ōnis *f. a* dirimere. *i. q. separatio, discissio*: [CIC. Planc. 14 *v.* diribitio.] VAL. MAX. 4, 7 pr. *cognationis* -o non (*Kempf*, directione *codd.*) utique iniquitatis, altera (*sc. amicitiae*) utique levitatis crimini subiecta est. SERV. Aen. 4, 431 coniugii. COMMENT. Lucan. 5, 767. HYMN. Ambros. I 33, 10 ut noctibus vel lumini -is terminum ... dares. AVG. civ. 3, 17 plebs in Ianiculum hostili -e secesserat. 13, 2 p. 557 cum anima corpori sic fuerit copulata, ut nulla -e separentur. p. 558. 20, 22 p. 463 quo (*iudicio ultimo*) fiet -o bonorum et malorum (20, 30). lib. arb. 3, 23, 70 *opp.* unitas. fid. et op. 16, 28 c. Parm. 1, 7, 12. 3, 4, 23 c. Petil. 1, 25, 27 un. bapt. 11, 19 epist. 87, 1. 144, 3 *opp.* societas.

diremptor, -ōris *m. a* dirimere. *is qui dirimit*: AVG. doctr. christ. 2, 20, 31 amicitiae. ORIENT. carm. app. 2, 37 pravique bonique -r.

diremptus, -ūs *m. a* dirimere. *i. q. diremptio*: CIC. Tusc. 1, 71 est ... interitus quasi discessus et secretio ac -us earum rerum, quae *eqs.* *L.*

dīrēpo *v.* derepo.

direptio, -ōnis *f. a* diripere. GLOSS. διαρπαγή (ITALA Lugd. num. 14, 3. 31 ITALA Is. 42, 24 [Filastr. 79, 3] VVLG. Tob. 3, 4. *cf.* ITALA IV reg. 17, 20 [Cypr. epist. 69, 6] dedit eos in -em [ἐν χειρὶ διαρπαζόντων]). καθαρπαγή. *exprimitur* ἁρπαγή: NOVELL. Iust. 17, 5 pr. (*infra l. 80*). *cf.* VVLG. I Macc. 13, 34 actus ... per -em ... gesti (ἦσαν ἁρπαγαί). ἀφαίρεσις: CASSIOD. Ios. antiq. 17, 14 (p. 504, 19 Bas.) aerarii anathematumque -o. *legitur inde a* CIC., *non apud poetas praeter* IVVENC. 2, 618 facilis ... -o praedae. *pluraliter saepe* (*inde a* CIC.).

I ***accedente genetivo obi.*:** **1** ***rerum*:** **a** *i. q. expilatio, spoliatio* (*cf.* SCHOL. Cic. Bob. *p. 1231, 21*): α *urbium sim.*: CIC. Verr. 5, 115 urbis (CAES. civ. 2, 11, 4 LIV. 5, 21, 17. 38, 43, 4 FLOR. epit. 1, 12, 10. 4, 2, 40 urbium -e sociarum. IVST. 21, 2, 5. 22, 5, 8 castellorum urbiumque contumacium. SIDON. epist. 8, 15, 1 urbis obsidio, oppugnatio, irruptio nec -o. *plur.*: LIV. 43, 1, 10 -es sociarum urbium). SVET. Claud. 21, 6 edidit ... in Martio campo expugnationem -emque oppidi ad imaginem bellicam. IVST. 9, 1, 1 civitatium (AMM. 19, 9, 2 inter haec funera -esque civitatis excisae). fanorum: CIC. Phil. 11, 6. *cf.* QVINT. inst. 8, 3, 69 (*in descriptione urbis expugnatae*) illa profanorum sacrorumque -o. *terrarum*: TAC. hist. 1, 50 -es provinciarum. ann. 1, 36 imbutas praeda manus in -em Galliarum erupturas. aerarii: AMPEL. 27, 5. *cf. l. 46.* β *bonorum sim.* (*sensu ad b inclinante*): CIC. Verr. 5, 111 bonorum -es (*item plur.*: epist. 4, 13, 2 LIV. 32, 21, 23. *sing.*: CIC. Verr. 6, 31 dom. 51. 146 SEN. epist. 117, 31). PANEG. 10 (4), 8, 3 miseras patrimoniorum -es. HIL. in psalm. 128, 3 substantiae. TVRRIB. epist. 3 alienorum. **b** *i. q. raptus*: CIC. Phil. 2, 62 auri, argenti maximeque vini foeda -o. 5, 15 pecuniae. Ps. QVINT. decl. 12, 15 caedes ac -o pecorum (HIL. in psalm. 128, 3 pastorum caedem et ... -em pecudum). Ps. FRONTIN. strat. 4, 5, 1 minantibus direpturos pecuniam militibus, quae in triumpho ferretur, ... laureatos fasces obiecit, ut ab illorum inciperent -e. SPART. Pesc. 10, 5 ob unius gallinacei -em. IVVENC. 2, 618 praedae. AMM. 22, 8, 15 Argo ... ad -em aurei properans velleris. **2** ***hominum*:** **a** *i. q. expilatio*: CIC. Verr. 4, 58 aratorum -es. 4, 88 -o sociorum (Catil. 1, 18 Pis. 40. Phil. 10, 12 advolarat subito ad -em pestemque sociorum, ut, quocumque iret, omnia vastaret, diriperet, auferret. off. 2, 75 tanta ... expilatio -oque sociorum. 3, 36 furta, peculatus, expilationes -esque sociorum et civium). AVR. VICT. Caes. 33, 8 *militibus* flagitantibus Mogontiacorum -es. **b** *virginum -o i. q. raptus* (*libidinis causa, fere i. q. constupratio*): NOVELL. Iust. 17, 5 pr. adulteria virginumque -es (ἁρπαγάς).

II ***absolute*:** 1 *expilatio, spoliatio, praedatio*: **a** *singulari* (*nota locos, quibus -o positum est propter praecedens verbum* diripiendi: LIV. 44, 45, 14 quinquaginta talenta militibus posita sunt in ripa diripienda. ab hac -e cum per tumultum naves conscende-

[*Dittmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rent. GELL. 3, 9, 7 cum oppidum ... consul diripuisset multumque auri in ... templis fuisset, quisquis ex ea -e aurum attigit, ... periit. COD. Theod. 10, 1, 16 [*a. 399*] in exactorum personam refertur commissa -o [*antecedunt*: praediorum ... pars ... ab improbis direpta; ... ea, quae erepta sunt. *sequuntur*: quae sunt direpta]. *cf. etiam p. 1230, 69 sq. 75. 1231, 21 sq. 24 sq. in figura etymologica*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 3, 1 ut *latrones* iugulent et occidant et perdant diripientes -em). CIC. Verr. 4, 197 huic praedae ac -i cellae nomen impones? dom. 25 impendebat fames, incendia, caedes, -o. Sest. 34 cum ... homines ... ad vim, ad manus, ad caedem, ad -em incitarentur. 46 cum proscriptio, caedes, -o denuntiaretur. epist. 4, 1, 2 urbem ... relictam -i et incendiis. LIV. 28, 3, 14 -e et caede obviorum abstinuerunt *milites urbem captam ingressi*. 28, 20, 6 nemo patentibus ad -em omnibus (*sc. urbe capta*) praedae memor est. 38, 23, 2 consul captis castris -e praedaque abstinet militem (*cf.* 38, 27, 5). 38, 43, 3 terrorem -is et caedis urbi iniectum. FLOR. epit. 3, 19, 6 castella, vicos, oppida miserabili -e vastavit. EDICT. imp. Diocl. I 14 non ferendae -is. PANEG. 9 (12), 6, 1 captos a -e defendere. 12 (2), 32, 5 nullus tumultus, nulla confusio, nulla -o ut a barbaro erat. SYMM. epist. 7, 127 cuncta ... quae -o sparserat, investigata patuerunt. SCHOL. Cic. Bob. Verr. 1, 52 p. 346, 3 St. ('spoliatum esse fanum ... et oppidum') omnem illam -em ad p. R. legatum pertinere. COD. Theod. 16, 5, 57, 2 (*a. 415*) ne sub obtentu rerum ad ecclesias *haereticorum* pertinentium adversus privatos spoliatio ac -o perpetretur (*praecedunt*: spoliandos, sive domus ea fuerit sive possessio). OROS. hist. 3, 16, 5 civitatem -i dedit (PETR. CHRYS. serm. 40 p. 313^{B} mors pastoris ... gregem ... -i dat). CASSIOD. in psalm. 118, 176 ut facile -i pateat, qui pastoris sui custodiam non habeat. PS. VEN. FORT. vita Leob. 13, 42 ne ... quasi oves sine pastore in -em veniant. LEX Visig. 8, 1, 13 qui aliena pervasit (*tit.* qui diripuit), si in ipsa -e ... occisus fuerit. *hebraismi*: VVLG. Is. 5, 5 erit in -em (Ier. 49, 32 Ezech. 26, 5 Soph. 1, 13. *cf.* Is. 42, 22 facti sunt in rapinam, ... in -em. RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 12, 2 fieri nos in -em, *ubi* -em *i. q.* '*praedam*' *esse vult Engelbrecht*). Is. 42, 24 dedit in -em Iacob et Israel vastantibus (Ier. 15, 13. 17, 3 IV Esdr. 2, 6. *cf. p. 1230, 43.* tradere in -em: Tob. 3, 4 *et infra l. 47*). Is. 24, 3 dissipatione dissipabitur terra et -e praedabitur. **b** *plurali*: CIC. prov. 9 in Syria ... nihil aliud ... actum est nisi ... decisiones, -es, latrocinia, caedes. LIV. 5, 20, 6 avidas in -es manus ... urbanorum (*cf. in eis quae sequuntur* praerepturas, praedator). AMM. 22, 12, 1 caedum et -um monumenta saevissima. 31, 8, 3 lugubri bellorum -umque eventu.

2 -o *sc. puellae i. q. raptus* (*libidinis causa, cf. I 2 b p. 1230, 79*): COD. Theod. 15, 7, 2 (*a. 371*) ex scaenicis natas, si ita se gesserint, ut probabiles habeantur, tua sinceritas ab inquietantium fraude -busque (-isque *v. l.*) submoveat.

III ***accedente genetivo subi.***: **1** *singulari*: VVLG. Ezech. 25, 7 tradam te in -em gentium. RVFIN. hist. 3, 6, 24 in bello, fame et -e praedonum (ἐν πολέμῳ καὶ λιμῷ καὶ στάσει). COD. Theod. 10, 1, 16 (*a. 399*) exactores et compulsores, quorum -o arguitur (*cf. supra l. 23 sqq.*). **2** *plurali*: AVR. VICT. Caes. 24, 2 quae (*Gallia*) Germanorum -bus tentabatur. RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 18, 2 impiorum et pollutorum -bus. CASSIOD. in psalm. 118, 176 *ovis errans* -bus luporum exposita. 131, 15 *ecclesia* patitur ... quod vidua, improbitates malorum, -es crudelissimas impiorum.

ex substantivis, quae coniungi solent, ob frequentiam imprimis notabile: caedes (*cf. p. 1230, 67. 1231, 9. 10. 11. 12 al.*). *praeterea* expilatio: CIC. off. 2, 75. 3, 36. praeda: CIC. Verr. 4, 197 LIV. 38, 23, 2. spoliatio: COD. Theod. 16, 5, 57, 2. vexatio: CIC. Catil. 1, 18. *adiectiva apposita*: acerba et indigna: CIC. Verr. 6, 31. foeda: CIC. Phil. 2, 62. miserabilis: FLOR. epit. 3, 19, 6.

dīreptor, -ōris *m. a* diripere. der-: GREG. TVR. Franc. 9, 27 (dir-, er- *v. l.*). **1** *i. q. expilator*: *c. genet. obi.*: CIC. p. red. in sen. 22 -bus ... bonorum meorum. Phil. 3, 27 custosne urbis an -r et vexator esset Antonius? SCHOL. Cic. Bob. Sest. 71 p. 134, 22 St. ('volturii') -es provinciarum. *absolute*: CIC. Catil. 2, 20 quos ... in eodem genere praedatorum -umque pono. AMBR. in psalm. 118 serm. 18, 16 fures, -es, caupones. **2** *i. q. raptor*: TAC. hist. 3, 33 ubi virgo aut quis forma conspicuus incidisset, vi manibusque rapientium divolsus ipsos postremo -es in mutuam perniciem agebat. GREG. TVR. Franc. 9, 27 puellae castitas non est a -e saevo ullatenus violata. *f.* **dīreptrīx**, -īcis: HESYCH. in lev. 22, 22/25 p. 1076^{A} quemadmodum nimis effera et -x manus semetipsum abscindens et auferens a coniunctione dei.

direptus, -ūs *m. a* diripere. *i. q. direptio*: SPART. Sept. Sev. 19, 6 invadentibus multis rem p. res Romana praedonibus -ui fuit.

dirhythmus *v.* dirythmus. [*Dittmann.*

diribeo, -itus, -ēre [*a* dis- *et* habere. *Th.*]. GLOSS. -ere dinumerare. -ita digesta vel separata (*inde fortasse* ANTH. 19, 4 antistat gerras meas anitas dirributa). *i. q. distribuere*: VARRO frg. Non. p. 483 libertae quaestuis causa -ent (deribant *trad.*) suas res pueris. PLIN. nat. 11, 44 alvos *apium* quidam in eximendo melle expendunt, ita -entes, quantum relinquant. 24, 46 ut puero v folia *fraxini* III cyathis *vini* -eantur (*Mayh.*, diriuantur, diluantur *trad.*). 36, 118 *populus R.* gentes, regna -et. NOT. Tir. 7, 65 -et. *speciatim in iure publico i. q. tabellas suffragii digerere*: [CATO orig. 125 *coni. L. Müller.*] VARRO rust. 3, 2, 1 dum -entur suffragia (LEX Malac. [Corp. II 1964] 2, 13). 3, 5, 18 (*absol.*). CIC. Pis. 96 dum de te quinque et septuaginta tabellae -eantur (Planc. 49. ad Q. fr. 3, 4, 1 -itis tabellis). VAL. MAX. 9, 12, 7 dum sententiae -rentur. [LVCAN. 5, 393 *coni. Bentley.*]

deriv.: diribitio, diribitor(ium).

diribitio, -ōnis *f. a* diribere. GLOSS. -o enim dicitur aliquarum rerum digestio vel separatio: unde diribitores (*Mai*, diriuatores, discriptores *trad.*) dicuntur, qui populum per centurias et tribus dividunt. *i. q. actio diribendi* (*suffragia*): CIC. leg. agr. 2, 4 -o (*Richter*, tribus *codd.*) suffragiorum. Planc. 14 nihil est, quod -o (*T E*, diremtio *vel* direptio *cett.*), nihil quod renuntiatio suffragiorum expectetur. SYMM. epist. 4, 7.

diribitor, -ōris *m. a* diribere. *is qui diribet*: APVL. met. 2, 19 -es ... fercula copiosa scitule subministrare. AMM. 18, 5, 6 -es venumdatae subito potestatis pretium per potiores diffunditant domos. *speciatim*: GLOSS. (*v. etiam supra l. 9*) divisores et -es dicebantur, qui suffragia populi divisa in locos tributim separabant. -es erant qui suffragia populi in tabulis scripta separabant. divisores. CIC. Pis. 36 -es tabellarum. p. red. in sen. 28. AVSON. 419, 13 cum -e nil pepigi. *cf. Liebenam, PW. V 1167.*

diribitōrium, -ī *n.* [*a* diribere *vel* diribitor. *Th.*]. *aedificium Romae, ubi suffragia diribebantur*: GLOSS. locus contubernii (campi Martii *Öhler*). PLIN. nat. 16, 201 *trabes*, quae -o (dil- *trad.*) superfuerat. 36, 102 tectum -i ab Agrippa facti. SVET. Claud. 18, 1. *gr.* διριβιτώριον: DIO CASS. 55, 8, 3. 59, 7, 8. 66, 24, 2. *cf. Hülsen, PW. V 1168.* *aedes ubi aquae diribebantur*: CORP. XIII 1132 (*in Aquitania*) ⟨in ther⟩mis et in balin⟨eo ... d⟩iribitoria. 1378. *L.*

dīribūtus *v. p. 1231, 79.*

dīrīdeo *v.* derideo. **dīrigeo** (-**ēsco**) *v.* derigeo.

1. ***dīrigo** *et* (*prius*) **dērigo**, -rēxī, -rēctum, -ere. *a* de *et* regere. ***formae***: ISID. diff. 1, 153 derigimus, quae curva sunt, dirigimus, cum aliquo tendimus. **de-** *in titulis et codd. ipsa antiquitate scriptis ceteris hic praeter paucos neglectis* (*exempla infra ita proponenda curavimus, ut abbreviatae legantur formae in codd. per* di- *incipientes, ceterae plena scriptura exhibeantur*): **derig-**: CARM. epigr. 960 = CORP. I^2 1732 (*aet. Caes., II A 4 a*). INSCR. (*aet. Hadr.*) Bull. corr. hell. 1903 pl. 1 n. 662, 10 (*I A 1 b*). CIC. rep. 2, 55 (dereg-; *II B 1 a α*) VERG. Aen. 1, 401 R^1. 5, 162 *PR*. 6, 195 *PR*. 10, 140 *PR*. 11, 654 *MR* (*def. P*). 11, 855 *MPR*. 12, 490 *MPRV* (*ubique II A*) LIV. *Put.* 22, 44, 4. 45, 4. 29, 33, 4 (*I A 1 c*) PLIN. nat. *M* 11, 58 (*I A 1 c α*) GROM. *B* p. 127, 10 *et* 12 (*I A 1 b*) CHAR. gramm. *N* p. 131, 12 (*I A 2 c*) DIG. *F* 3, 3, 65 (*III B 1*). 36, 3, 5 pr. (*I B 1 b*). 43, 23, 10 (*II A 1 d*) LACT. inst. *B* 6, 16, 11 *et* 6, 17, 12 (*II B 2 c*) COD. Theod. 1, 5, 13 *T* (*III B 2 a*). *adde* VARR. ling. *F* 10, 22 (*II A 1 a α*). 10, 74 (*I B 1 a α*; 8, 26 di-). rust. 1, 13, 6 (*I B 1 a α*). 1, 18, 1 (*II A p. 1240, 8*; '*sic ubique in antiquissimo libro*' *teste Victorio ad l.*). CIC. part. 46 *A* de re igitur (*i.* derig-, *II B 1 a γ*). **derex-**: CORP. V 8002, 9. 8003, 7 (*a. 47*; *I A 1 b*). VERG. Aen. 7, 497 RF^1 (*II A 3 b β*). 7, 523 *M* (*I A 1 c α*). 10, 400 M^1 *ante corr.*, *R* (*II A 3 b α*). LIV. *Put.* 22, 19, 11 *et* 28, 22, 13 (*I A 1 c*). **derect-**: CORP. V 698, 1 (*Claud.*). III 2883 (*ante Vesp.*). VIII 25967 (*Vesp.*) = 23084. 25860 (14882). XIII 9082 (*a. 74*). III 14206^4 (*Trai.*). 14406^d (*Hadr.*); *ubique I A 1 b*. CORP. VI 36126 (*adi. propr.*). ACT. Arv. a. 219 b 5 (*III A 1*). VERG. georg. 2, 281 *MPRV* (*I A 1 c*) LIV. *Put.* 21, 47, 8. 22, 47, 3. 27, 48, 4. *Vind.*: 40, 30, 6. 44, 28, 10 (*ubique I A 1 c praeter* 22, 47, 3 [*adi. propr.*]) PLIN. nat. *M* 11, 125 (*II A 3 d*) DIG. *F* 3, 5, 19 (20) *et* 10, 2, 49 (*adi. transl.*). 50, 17, 80 (*I B 1 b*). F^2 13, 6, 3, 4 (*adv. transl.*). *adde* VARR. ling. *F* 10, 22 *ter*. 43 (*adi. propr.*; di- 10, 43. 44) rust. (*v. supra l. 47 sq.*) 1, 8, 2. 1, 40, 6. 3, 5, 9 (*adi. propr.*) LVCR. 2, 198 (*I A 1 f*). 4, 609 (*adi. propr.*). 6, 823 (*IV A*). CAES. *cf. Meuselii lex. s. v.* (*de civ.* 1, 45, 4 *cf. quae adnotat Kübler in editione*). *scripturae per* **di-** *primum certum exemplum* **dirig-**: EDICT. imp. Diocl. S I 30 (*III B 2*) dirigi. VERG. Aen. *M* 1, 401 *et* 5, 162 (*II A 2 d α*). 6, 195 (*II A 2 a α*). 10, 140 (*II A 3 b β*). LIV. *Put.* 22, 43, 11 (*I A 1 c α*). 29, 27, 8 *et* 29, 27, 12 (*II A 3 a α*). *Vind.*: 41, 23, 17 (redig- *restituendum*). GROM. p. 31, 2 *A*. 32, 18 *A*. 128, 1 *B*. 166, 9 *A*. 167, 5 *B*. 169, 14 *A*. 171, 7 *AB*. 180, 4 *B*. 182, 3 *AB*. 183, 3 *AB*. 189, 12 *AB*. 205, 9 *AB*. 217, 18 *A*. 223, 16 *A* (*ubique I A 1 b praeter* p. 167, 5 [*IV A*]) CHAR. gramm. *N* I 52, 2. 126, 10. 192, 22 (*I A 2 c*). DIG. *F* 11^{ies} (*I A 1 b*, *2 a α*. *B 1 b α*. *II A 5 a α*. *B 1 d α*, *β*) FRG. Vat. 340 (*notio incerta*) ITALA Lugd. *bis* (*II A 5 b β*. *B 1 b α*) CYPR. *S* laps. 23 (*I A 2 a β*) *SO* epist. 63, 17 (*III B 1*) LACT. inst. *B* 2, 17, 9 (*II A 4 a*). 6, 17, 9 (*II B 2 c*) HIL. in psalm. *cod. V* 1, 2 (*II B 3 a*). 118 ain 17 *et* 140, 2 (*I A 2 a*) PRISCILL. tract. 6; 94 *et* 7, 112 (*II B 3 b*) SCHOL. Veron. Verg. Aen. 9, 404 (*II B 2 e*) DIDASC. apost. 15, 33. 35 (*IV A*) AVG. civ. *cod. L* 2, 23 (*I A 2 a α*) COD. Theod. 2, 26, 1 *RM*. 8, 5, 48 pr. *R*. 9, 2, 5 *V*. 10, 10, 11 *V*. 10, 10, 12, 1 *V* (*III B 2*). 8, 5, 48, 1 (*III A 2*). *adde* CAES. *cf. Meuselii lex. s. v.* **direx-**: CORP. V 2781 (*a. 314; non extat; III B 1*) PAPYR. Rainer (*saec. IV*) Wessely Schrifttaf. p. 9 n. 21 (*III B 2*) VERG. Aen. 6, 57 *MP* (*II A 3 b α. item* 10, 400 M^1 *e corr.*, *P*). 7, 497 MF^2 (*II A 3 b β*). 7, 523 *R* (*I A 1 c α*) DIG. *F* 8, 1, 9 (*I A 1 b*). 28, 5, 72 (71), 1 (*II B 1 d β*) ITALA Lugd. (*IV B 1*) CYPR. epist. *F* 45, 1 (*III B 1*) LACT. inst. *B* 2, 17, 9 (*II A 4 a*) HIL. in psalm. *cod. V* 58, 3 (*IV B 2*) COD. Theod.

[*Dittmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

6, 28, 1 *R* (*III B 2*) OROS. hist. *L* 4, 6, 25 (*IV B 1*). **direct-:** CARM. epigr. 899 *a. 565* (*I A 1 b*). VERG. Aen. 6, 57 *R* (*corrupt. ex* direx-). GROM. p. 28, 15 *A* (*adi. propr.*). 217, 7 *A* (*I A 1 b*) DIG. *F* 73^ies^ (20, 4, 3, 2 *et* 28, 2, 25, 1 *I B 1 b β*, *46^ies^ adi.* [*bis proprie*] *25^ies^ adv. transl.*) GAI *cod. V 13^ies^* (*adi. adv. transl.*) CYPR. Fort. 10 *S* (*I A 1 c*) HIL. in psalm. *cod. V* 57, 2. 118 phe 10 (*adi. transl.*) AVG. epist. *cod. B* 223, 1 (*III B 1*) COD. Theod. 8, 5, 18 *R* (*III A 2*). 8, 5, 28 *R* (*III B 1*). 8, 12, 1 *R H P M* (*adi. transl.*). 10, 1, 2 *V H P M* (*adi. transl.*) OROS. hist. *L* 4, 8, 13 (*adi. propr.*) EVCHER. form. 8 p. 50, 9. 12 *S* (*adi. propr.*; p. 50, 12 deret- *P*). *annominatione probari videtur* de-: BELL. Afr. 26, 4 *v. p. 1242, 76.* APVL. met. 2, 30 *v. p. 1242, 53* (*utroque loco II A*). ? AMBR. obit. Valent. 1 *v. p. 1244, 40* (*II B 1*). di-: MAXIMIN. c. Ambr. 136 *v. p. 1246, 46* (*III A 2*). *corruptelae ad agnoscendam formam idoneae: abiit in* redig-: *fort.* CYPR. epist. 45, 1 ext. (*Hartel* redig- *retinet*). *contra* redig- *restitutum pro* dirig-: LIV. 41, 23, 17 COLVM. 2, 2, 8 (der- *S*). *abiit in* defig-: GROM. p. 134, 11 *B*. *in* delig-: SIL. 2, 92 *Col.*, derex- *in* detex-: SIL. 4, 676 *Sang.* *restitutum* ⟨d⟩erig-: BELL. Afr. 51, 2 (*II A 1 c β*) AMM. 24, 2, 13 (*II A 3 b β*). direct- *abiit in* decret-: CIC. leg. agr. 2, 44 *codd.* Caec. 22 *T* LIV. 21, 19, 1 *C M*. 34, 28, 6 *et* 37, 23, 7 *B* PLIN. nat. 18, 317 GELL. 1, 3, 29 *A* LACT. inst. 1, 1, 18 *P V* AVIEN. orb. terr. 765 GLOSS., *in* decert-: GELL. 19, 12, 7, *in* detect-: CATVLL. 22, 8, *in* secret-: LVCAN. 9, 556 *M P U*, *in* eiect-: BELL. Afr. 41, 2 *V*, *in* erect-: AVIEN. orb. terr. 239. direct- *in* dirept-: APVL. met. 6, 18, *in* discret-: LEX Visig. 4, 2, 3. *abiit in* diger-: PAVL. NOL. carm. 20, 377 *v. p. 1250, 83.* *contra* diger- *restitutum aut restituendum pro* dirig-: CIC. part. 75 CELS. 5, 18, 8 p. 168, 22 COLVM. 8, 7, 3 TERT. resurr. 22 p. 55, 9 nat. 2, 9 p. 111, 20. *cf. etiam infra l. 73 sqq.* *abiit in* dilig-: PLIN. nat. 11, 148 *F a* PETRON. 44, 8 PS. QVINT. decl 3, 15 *M* HIER. nom. hebr. p. 2, 16 *B H*. 2, 21 *F* ALC. AVIT. epist 38 p. 67, 9 CASSIOD. var. 8, 23, 4 *al.* *contra* dilig- *restituendum pro* dirig-: PAVL. FEST. p. 69, 15 (*v. infra l. 49*). AVG. spec. 7 p. 61, 6 = cod. Am. Vulg. prov. 16, 13. *cf.* MART. CAP. 2, 168 (direct- *trad.*, dilect- *legend.*). direx- *abiit in* dixer-: CIC. div. 1, 30 PS. QVINT. decl. 5, 10 *B al.* *in universum apparet priscae formae, quae est per* de- (*cf. Lachm. ad Lucr. 4, 609 Mommsen, Ges. Schrift. VII p. 115*) *tenacissimum fuisse verbum notione propria* (*cf. etiam* directio *p. 1228, 38 et Isidori praeceptum p. 1232, 33*), *maxime participio perf. pass.* (*cf. etiam veriloquium p. 1251, 21*). dē- *in* dī- *quando immutari coeptum sit, certo dici nequit. notione quidem* '*mittendi*', *quae inde a saec. III exeunte ita in usum venit, ut denique fere regnaret* (*III A 2, B 1. 2*), *verbum duobus exceptis locis* (*p. 1247, 17. 1248, 80, cf. p. 1232, 44. 45. adde l. 54. 55*) *ubique scriptum legitur per* di-. *neque vero id eo processit, ut inveniantur huius verbi formae scriptae per* disr-, *quae scriptura passim obvia est in ceteris verbis a* dir- *incipientibus* (dirpio, dirumpo, diruo). *nam quod legitur* GLOSS. IV 332, 28 disrectum divisum *corrigendum esse in* discretum *vel* dissectum *recte statuit Götz.*

part. fut. primum ap. SEN. nat. 5, 18, 8. *syncope in perf.*: VERG. Aen. 6, 57 -xti (VEN. FORT. carm. 6, 8, 49).

de notione: [PAVL. FEST. p. 69, 15 -ere apud Plautum invenitur pro discidere. *scrib.* diligere, *cf.* NON. p. 290 *p. 1176, 48. 1177, 15.*] GLOSS. εὐθύνω. ἰθύνω. ἀπευθύνω derigo (II 234, 48). ἀπιθύνω. κατιθύνω derigo (II 346, 13). κατευθύνω. -it ἀνευθύνει (ἀπ-?). derigit rectum facit (IV 329, 29 *cf. p 1232, 33*). derectum rectius ordinatum vel rectius missum. (*cf. II A 5 b*:) ὁδηγῶ. (*cf. III*:) ἀποστέλλω. derigere (-ire *cod.*) ἐξαποστεῖλαι (II 44, 48). -untur ἐξαποστέλλονται derigenda ἐξαποσταλτέα (II 44, 50). -ctus ἀποσταλείς, καταπεμφθείς, -it transmittit mandat. *in litteris ex graeco conversis exprimuntur* (*omitto singularia*): εὐθύνειν: ITALA (*I A 1 b, II B 1 b*). VVLG. (*I A 1 b, II A 2 c, 3 a*). RVFIN. (*II A 2 c*). κατευθύνειν: ITALA (*II A 2 c. IV A. B*). VVLG. (*I A 2 a, b. II A 2 c, d, 3 d. B 1 b, 2 b, 3 a. IV B*). PASS. Petr. Paul. (*II A 3 d*). ἀνορθοῦν: ITALA (*I A 1 g*). διορθοῦν: ITALA (*II A 2 d*). κατορθοῦν: VVLG. (*I A 2 a*). *cf.* THEOD. MOPS. (*I A 2 a*). εὐοδοῦν: ITALA (*II A 5 b*). VVLG. (*II B 3 a*). κατευοδοῦν: ITALA (*II B 3 a*). ὁδηγεῖν: ITALA (*II A 5 b. B 2 b*). VVLG. (*II A 2 c, 5 b. B 2 b*). πέμπειν (ἀνα-, ἀπο-, δια-, ἐκ-, εἰς-, κατα-, προ-): *passim III.* ἀποστέλλειν (*cf.* PAVL. sent. 5, 34, 1 *p. 1247, 15*): PALLAD. (*III A 2*) PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. (*III B 2*). στέλλεσθαι: NOVELL. Iust. (*IV B*).

legitur certis exemplis (CATO *v. l. 69 sqq.*) *inde a* VARRONE. [*loci corrupti vel dubii*: CATO orig. 125 (Non. p. 229) ne praedia in lubricum -rentur (de- *L*), cum tributus exigeretur (derecto *opponitur* lubricum: CIC. Cael. 41 SEN. epist. 84, 12). QVINT. inst. 2, 6, 1 materias, quas discipulis ad dicendum dabant, non contenti divisione -ere latius dicendo prosequebantur. *scrib. vid.* digerere, *cf. exempla ap. Bonnell, lex. Quint. s. v.* digero. PLIN. nat. 18, 202 horum siderum aliorumque exortus et occasus dirigendi ... in suos dies (digerendi *edd., sed fort. i. q.* '*accurate deducendi*'). VLP. frg. Vat. 340 ⟨quia iudex condemnationem in c⟩ognitorem -ere ⟨debet⟩. CYPR. epist. 45, 1 *v. supra l. 14.*] [*val.* dreagere, *prov.* derzer. *M.-L.*]

DISPOSITIO

I praevalente notione ***ad rectum revocandi:***
A ***sensu strictiore:***
1 ***proprie:***
a in re augurali: p. 1234, 57
b in re gromatica et in architectura: p. 1234, 60
c in re militari: p. 1235, 81
d in re rustica sim.: p. 1236, 53
e generatim de re naturaliter inflexa ad porrectam speciem revocanda: p. 1236, 68
f de rebus ita defigendis, ut α) in porrectum promineant, β) ad perpendiculum constitutae videantur: p. 1237, 21
g erigere: p. 1237, 32
h passive -i α) e curvata specie in porrectam abire, β) in porrectum extendi, excurrere: p. 1237, 34
2 translate:
a ad rectam normam accommodare, revocare: p. 1237, 58
b stabilire, confirmare: p. 1238, 16
c t t. grammaticorum de declinatione nominum: p. 1238, 33
B ***sensu latiore*** *de relatione:*
1 referre, revocare, accommodare: p. 1238, 43
2 exigere, definire: p. 1239, 57
3 significare, quo tendant dubie dicta, interpretari: p. 1239, 65
II praevalente notione ***ad destinatum finem convertendi, promovendi***
A proprie:
1 quae delineando, muniendo procedere videntur: p. 1240, 9
2 quae motum significant: p. 1240, 41
3 quae moventur: p. 1241, 45
4 visum, oculos: p. 1242, 71 *5 aliquem: p. 1243, 12*
B translate:
1 praevalente notione intendendi: p. 1243, 57
2 „ „ deducendi: p. 1245, 26
3 „ „ regendi, gubernandi: p. 1245, 77
III sensu debilitato plane ***de motu*** *i. q. mittere, destinare*
A generatim:
1 porrigere: p. 1246, 31 *2 mittere dona sim.: p. 1246, 37*
B speciatim:
1 litteras: p. 1247, 7 *2 aliquem: p. 1248, 39*
IV intransitive:
A de regione: p. 1250, 21 *B de motu: p. 1250, 58.*
part. perf. pass. pro ***adi.:*** *p. 1251, 20 sqq.* ***adv.:*** *p. 1255, 58 sqq.*

I *praevalente notione* ***ad rectum revocandi:*** A ***sensu strictiore*** *i. q. efficere, ut ad rectam lineam aliquid decurrere videatur*: 1 ***proprie*** -ere *res, quae vel in porrectum vel sursum* (*p 1236, 78 sqq. 1237, 21. 32*) *vel deorsum* (*p. 1236, 62 extenduntur. saepe cogitandum est de adiumento instrumentorum* (*oculi l. 48; cf. etiam l. 65*), *cf.* CIC. div 1, 30 (*l. 58*). PAVL. FEST. p. 123 castra ... metis (*cf. l. 68*) deriguntur. CATVLL. 22, 8 (*de nitido libello*) derecta (detecta *codd.*) plumbo et pumice omnia aequata (*cf. Baehrens ad l.*). PERS. 1, 66 scit tendere versum non secus ac si oculo rubricam derigat uno. GLOSS. V 265, 33 (= IV 486, 26) amussis regula fabri aequalis (IV 486 fabri[cae]), qua tabulae -untur. CET. FAV. 21 p. 303, 17 asseres ... ad lineam aut regulam aequaliter -antur. NON. p. 63 est ... gruma mensura quaedam, qua fixa viae ad lineam -untur (de- *pars codd.*). RVFIN. Orig. in gen. 2, 6 p. 173^d^ non ex ... impolitis, sed ex quadratis et secundum aequitatis lineam -ctis ... lignis (*metaphorice*: VINCENT. LER. 2, 2 interpretationis linea secundum ... catholici sensus normam ... -atur). *v. etiam* COLVM. 3, 15, 1. ad perpendiculum: *p. 1236, 64 sq.*

a *in re augurali*: -ere regiones *i. q. caeli regiones rectis lineis designare*: CIC. div. 1, 30 eo (*lituo*) Romulus regiones -xit (dixerit *trad.*) tum, cum urbem condidit.

b *in re gromatica et in architectura* (*sim. in arte fabrili supra l. 48 sqq., in libro adornando supra l. 45 sqq*): *α adiumento grumae, aliorum instrumentorum efficere, ut rectis lineis aliquid decurrere videatur* (*cf. de usu grumae*: FRONTIN. grom. p. 32, 18 ferramento [*i. gruma*] primo uti et omnia momenta [indomita *cod.*] perpenso -ere: oculo [cuius *cod.*; p. -ere o. *coniungit Schulten, PW. VII 1884; cf. supra l. 48*] ex omnibus corniculis extensa ponderibus et inter se comparata fila ... ita perspicere, donec proxima consumpto alterius visu sola intueatur; tunc dictare metas. NON. p. 63 *v. l. 51; cf.* GLOSS. V 459 grumare: -ere, aequare. IV 242, 21 *al.*): VITR. *v. sub β p. 1235, 40 sqq.* LIV. 5, 55, 3 festinatio curam exemit vicos -endi. castra: *v. l. 44.* *formam aedificii*: AVELL. p. 47, 11 (*epist. imperat. a. 386*) sublimitas tua (*praefecti urbis*) eatenus per architectos futurae basilicae -et formam, quatenus se planities ... praetulerit. *ordinem columnarum*: AVG. quaest. hept. 2, 177, 10. LIV. 39, 27, 10 Fabium ... -isse finem Philippo ... viam regiam nusquam ad mare declinantem (*nota dupl. acc.; opp.* Philippum novam postea deflexisse viam). *sic saepe de finibus regundis* (*absolute*: HYG. grom. *p. 1235, 5 sqq.* *aliquid*: HYG. grom. p. 134, 11). CORP. III 2883 (*ante Vespas.*) finis (-es *trad.*) inter Neditas et Corinienses derectus mensuris actis iussu *illius*. VIII 25967 (*aet. Vespas.*) fines provinciae novae et vete-r(is) derecti, qua fossa regia fuit (= 23084. 25860. *cf. etiam* 14882). III 14206^4^ (*aet. Traian.*) fines derecti inter rem publicam Col. Philippiensem et Claudianum Artemidorum. 14406^d^ (*aet. Hadr.*) fines derect(i) ⟨int⟩er pop(ulum) Phil(ippensem) ⟨et⟩ her(edes) *illius*. INSCR.

[*Dittmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Bull. corr. hell. 1903 pl. 1 n. 662, 10 (*Delphis, aet. Traian., pertinet ad* CORP. III 567) fines oportere derigi (*in eiusdem tituli actis limitationis graecis l. c. p. 107 sqq. fines passim ita determinantur:* ἐκ … ἐπ' (εἰς) ὀρθόν εἰς …; *cf.* HYG. grom. p. 109, 10 termini … quibusdam locis positi sunt, ut ab uno ad unum -a[n]tur. p. 127, 10 quidquid … fuerit loco termini et observetur, custodiri debet, ut ab uno ad unum derigatur; et si notae sunt, a nota ad notam. p. 127, 12. 128, 1). *accedit* per: VLP. dig. 10, 1, 2, 1 (= GROM. p. 276, 11) si … per aliam regionem fines -ere iudex *finium regundorum* velit. *mensuram sim.*: PLIN. nat. 4, 121 est *latitudo* Italiae …, qua videtur mensuram agere Polybius, *tot pass.*; sed certior mensura … ad occasum solis aestivi ostiumque Rheni per castra legionum Germaniae ab iisdem Alpibus -itur, *tot pass.* (*cf. etiam p. 1237, 48 sqq.*). HYG. lim. grom. p. 183, 3. PALLAD. 2, 12 centeni … pedes per singula latera *tabulae quadratae iugeralis* -antur (*i. in porrectum dimetentur*). vias *sim.* (*cf. p. 1234, 52 et β (I) infra l. 41 sqq. aliter* viam *i. iter p. 1241, 4. 21. nescio an hic etiam insit notio* 'aequum, planum faciendi', *cf. β (II) (III) et locutiones metaphor. infra l. 73 sqq.*): CORP. V 8002, 9 *et* 8003, 7 (*a. 47*) viam … quam Drusus … derexerat. 698, 1 (*aet. Claud.*) viam derectam per Atium centurionem. XIII 9082 (*a. 74*) iter de⟨rectum ab Arge⟩ntorate in R(aetiam). FRONTIN. aq. 126 vicinales vias agrestesque per ipsas formas (*i. aquaeductus*) derigunt. SVET. Cal. 19, 1 superiecto … terreno ac derecto (*v. Ihm, praef. p. LII*) in Appiae viae formam. CELS. dig. 8, 1, 9 ùt, qua primum viam -isset, ea demum ire agere deberet. VLP. dig. 43, 8, 2, 21 viae … publicae solum publicum est, relictum aut (*Mo.*, ad *trad.*) -ctum certis finibus latitudinis ab eo, qui ius publicandi habuit. CARM. epigr. 899 (*Romae, in via Salaria in ponte Anienis; a. 565*) quam bene curbati -cta est semita (*cf. infra l. 78*) pontis. *accedit* ab … ad: CIC. nat. deor. 2, 137 *v. p. 1240, 21.* *limites sim.* (*cf. IV A p. 1250, 26 sqq.*): HYG. lim. grom. p. 166, 9 decumani secundum solis decursum -untur, kardines a poli axe. p. 169, 14 secundum antiquam consuetudinem limites -untur. p. 180, 4. 182, 3. 189, 12. 205, 9 privatas limitum observationes -ere. p. 217, 7. 18. 273, 7. *cf.* p. 223, 16 limites … ad occidentem … -unt cursus.

β in architectorum sermone usus speciales: (I) -ere *aliquid i. q. alicuius rei faciendae rectum rigorem constituere sc., ut videtur, in architecti tabula, qua aedificiorum sim. lineamenta designantur (de nonnullis dubites, an potius ad α referenda sint. contra huc fortasse pertinet* AVELL. p. 47, 11 *p. 1234, 71*): VITR. 1, 6, 1 -untur haec (*plateae et angiportus*) recte, si *eqs.* 1, 6, 7 per angulos inter duas ventorum regiones et platearum et angiportorum … debere -i descriptiones. 1, 6, 13 inter angulos … gnomon ponatur, et ita -antur angiportorum divisiones. 5, 6, 2 anguli trigonorum, qui currunt circum curvaturam circinationis *theatri Romani* (*cf. infra l. 51 sqq.*), -ant ascensus scalasque inter cuneos ad primam praecinctionem, supra autem … superiores cunei medii -antur. 5, 6, 3 anguli … qui … -unt scalaria. 5, 7, 2 gradationes scalarum *theatri Graeci* (*cf. infra l. 51 sqq.*) inter cuneos et sedes contra quadratorum angulos -antur ad primam praecinctionem, a praecinctione inter eas iterum mediae -antur. *ad 5, 6, 2 sq. 5, 7, 2 cf. diagrammata proposita in Reberi versione Vitruvi p. 149. 152, apud Dörpfeld et Reisch, Das griech. Theater p. 162. 163.* (II) *i. q. adiumento libellae ita struere, ut aequa, plana efficiatur superficies*: VITR. 2, 8, 6 isodomum dicitur, cum omnia coria (*i. tabulata pavimenti*) aequa crassitudine fuerint structa, pseudisodomum, cum impares et inaequales ordines coriorum -untur (*qui Vitruvium exscripsit* PLIN. nat. 36, 171 cum inaequali crassitudine structa sunt coria). 3, 4, 5 *stylobates* si ad libellam -etur, alveolatus oculo videbitur. *i. q. planum facere, exaequare*: CET. FAV. 19 p. 301, 19 in contignationibus … aequalitas soli -atur (*cf. c.* VITR. 7, 1, 1 solum … exaequetur). *sensu non satis certo*: CET. FAV. 16 p. 300, 9 tegulae … quae pavimentum -ant (VITR. 5, 10, 2 sustineant). (III) *i. q. inducto harenato, harena, testa sim. ad planam superficiem revocare* (*cf.* derectio, derectura): VITR. 7, 3, 3 imum caelum *camerarum* trullissetur, deinde harenā derigatur, postea … creta aut marmore poliatur. 7, 3, 6 corium *ruderis* -atur (*i. in planam superficiem parieti inducatur*). 7, 4, 1 *paries* pro harenato testa trullissetur et -atur. *ibid.* paries testa trullissetur et -atur. 7, 4, 3 trullissatione inducta pro harenato testa -atur (*absolute*). CET. FAV. 22 p. 304, 16 loricationes -antur (*cf. c.* VITR. 7, 3, 5 inducatur *absol.*).

locutiones metaphoricae ad b pertinentes: TERT. bapt. 6 angelus baptismi arbiter superventuro spiritui sancto vias -it ablutione delictorum (PAVL. NOL. epist. 32, 2 operibus tuis, quibus iniqua viarum saecularium -is et clivosa complanas). ITALA Ioh. 1, 23 (*omnes fere codd., item* VVLG.) -ite viam domini (εὐθύνατε; ITALA *al.* parate). *adde II A 2 c β p. 1241, 24 sqq.* AMBR. in psalm. 118 serm. 2, 2 -amus semitas nostras, nec tortuosi serpentis sequamur anfractus (*cf. p. 1241, 25*). TERT. idol. 18 *Christus* dedit formam (*i. normam*) suis -endo omni fastigio (*cf. p. 1236, 66*) et suggestu *tam* dignitatis quam potestatis.

c *in re militari*: *α* aciem (*accedit* contra *p. 1236, 9. 20*; adversus *p. 1236, 10 cf. 21*; congressionem ad … lineam *p. 1236, 24*): CAES. Gall. 6, 8, 5 -i. BELL. Alex. 37, 4 simplici derecta (di- *al.*). BELL. Afr. 13, 1 -unt. 13, 2 -it simplicem. 41, 2 turmatim derecta (dir-, eiecta *al.*). 59, 2 hoc modo derexit (*Ashb.*, di- *cett.*). BELL. Hisp. 29, 3 derectam. VERG. georg. 2, 281 derectae. Aen. 7, 523 derexere (*M*, di- *R*). LIV. 2, 49, 10 derigendi. 21, 47, 8 derecta (*item* 27, 48, 4. 34, 28, 6 [decreta *B*, erecta *M*, dir- *rec.*]. 40, 30, 6). 22, 43, 11 -rent. 22, 44, 4 derigit. 22, 45, 4 derigerent. 28, 22, 13 derexisset (31, 27, 7). 31, 24, 10 derigere a foro ad portam. 31, 43, 2 -xere. VELL. 2, 47, 1 -cta (de- *A*, *item* 2, 95, 2 *et* 2, 112, 3 -entibus). SEN. nat. 5, 18, 8 exercitus … -uros aciem in mediis fluctibus. PLIN. nat. 8, 9 -i (de- *F*). 11, 58 contra derigunt (*M*). QVINT. inst. 2, 13, 4 derecta (*B*). FRONTIN. strat. 1, 12, 3 adversus *hostes* -cta (2, 2, 12 -urus. TAC. hist. 4, 25 derectam. VVLG. II reg. 10, 10). strat. 2, 1, 4 ante … munimenta … -rent (VVLG. II reg. 10, 8). strat. 2, 2, 7 sic -xit, -ut. 2, 3, 8 in colle … post vineas -isset. TAC. hist. 4, 16 derecta … haud procul a flumine … et obversis in hostem navibus. ann. 2, 45 deriguntur *non* vagis incursibus aut disiectas per catervas. 6, 34 -cta utrimque. SVET. Cal. 46 derecta (*cf. Ihm, praef. p. LII*) in litore Oceani. FLOR. epit. 2, 6, 58 -xere. 3, 16, 5 -ctae in foro. APVL. met. 3, 6 -itur proeliaris. 5, 12 -xit. AMM. 16, 12, 27 Severus … Romanorum aciem -ens laevam (*i. qui praeerat cornui sinistro*). VEG. mil. 3, 17 HEGES. 3, 3, 4. VVLG. gen. 14, 8 contra eos (Ios. 8, 14 contra desertum). Ios. 8, 13 ad aquilonem. II reg. 10, 17 ex adverso (III reg. 20, 29 I par. 19, 17). I par. 19, 9 iuxta portam. *al.* RVFIN. hist. 4, 2, 5 -cta (παραταξάμενος). *e gladiatorum sermone, ut videtur* (*v. Oehler ad Tert. scorp. 4*): TERT. carn. Christ. 17 ad unam iam lineam congressionem -amus (*cf. IV A p. 1250, 48 sqq.*). *β exercitum, exercitus partes, naves -ere i. recta linea in acie collocare* (*accedit* in *l. 28. 33. 35 sqq. 44. 45 sq. 49* adversus *l. 30. 47. cf. l. 43. 44*): BELL. Afr. 59, 2 Numidas … ita extenuatos et in longitudinem derectos (di- *al.*). 78, 2 equitatu dextra sinistra derecto (di- *al.*) ab oppidi lateribus. LIV. 1, 27, 5 adversus … hostem derigit (*P*) suos. 29, 33, 4 derigit suos. QVINT. inst. 2, 13, 3 *imperator* aciem instruat, derigat (*B*) frontem (5, 13, 11 ut sic dixerim, derecta [*B*] fronte pugnandum est). FRONTIN. strat. 1, 6, 1 *tot* cohortes in dextram viae partem -xit, quinque ad sinistram (2, 3, 20 cum … phalangem … duplicem mediam in partem -isset). VEG. mil. 1, 26 tirones secundum matriculae ordinem in aciem -endi. ITALA psalm. 26, 3 (Cypr. Fort. 10) si -cta fuerint in me castra *i. exercitus* (παρατάξηται, VVLG. consistant). CASSIOD. Ios. antiq. 8, 14 (p. 252, 3 Bas.) e diverso et Achab suum -it exercitum (ἀντεπεξῆγε). *per similitudinem*: PASS. Mar. Iac. 12 p. 61, 6 artifex feritas disposita agminum series *martyrum caedendorum* per ordinem -bat. *naves, classem* (*cf. absolute positum IV A p. 1250, 40 sqq.*): LIV. 37, 31, 5 derectis ante portum navibus. PLIN. nat. 9, 5 ut … classis … contrarium agmen adversa fronte -erit (de- R^1). TAC. hist. 2, 34 naves pari inter se spatio … adversum in flumen -bantur. 5, 23 derexit classem. *accedit* in *c. acc.*: LIV. 22, 19, 11 derexerat … in pugnam naves. *aliter* 37, 23, 7 in frontem derectas. *cf. etiam IV A p. 1250, 41. 42.* proras: LIV. 36, 44, 3 adversus dextrum cornu prope terram proras derigere. 37, 27, 4 derexissent ad terram. 44, 28, 10 derectae in se prorae. *γ castella* (*aliter munitiones sim. II A 1 c p. 1240, 23*): FLOR. epit. 4, 12, 26 in Rheni … ripa L amplius castella -xit (*i. recta linea velut in acie collocavit*). *aliter* castra *supra l. 37.*

d *in re rustica sim.*: sulcos, ordines (*cf. p. 1234, 74. 1240, 10*) -ere *i. ita ordinare, ducere, ut ad lineam decurrere videantur*: CIC. *v. l. 59.* COLVM. 3, 13, 4 paribus … omissis spatiis … sulcos derigunt (VLP. dig. 39, 3, 1, 5 [*ex Ofilio*] sulcos agri colendi causa -ctos ita, ut in unam pergant partem). COLVM. 3, 15, 1 ita (*sc. ad lineam*) paribus spatiis ordines deriguntur (di- *A*). *accedit* in, ad: CIC. Cato 59 -ctos (de- *Non. p. 401*) in quincuncem ordines *arborum*. COLVM. 5, 9, 7 in favonium -i ordines (*cf.* PALLAD. 2, 13, 6 in aquilonem vel favonium vineta -imus). arbores -ere *v. infra l. 78 sqq.* *et in re rustica et in arte muniendi de fossarum lateribus exacte ad perpendiculum agendis*: COLVM. 4, 4, 1 ne similis sit alveo scrobis, sed ut expressis angulis velut ad perpendiculum frontes eius -antur. HYG. mun. castr. 49 *fossa* latere exteriori ad perpendiculum -itur (*opp. latus* contrarium devexum fit, quomodo in fastigata *fossa*).

e *generatim de re naturaliter inflexa a curvata specie ad porrectam revocanda, deducenda* (*sim. rem transversam -ere: p. 1237, 14*): CIC. part. 23 (*metaphorice*) cum … circuitus *orationis* -untur. nat. deor. 2, 152 flumina arcemus, -imus (de- B^1), avertimus. LVCAN. 6, 475 *Thessalarum arte* Maeander -xit aquas. PLIN. nat. 4, 38 *Strymo* priusquam -at (de- *A*) cursum. HEGES. 5, 46 l. 36 *amnium cursum* natura -erat (*opp.* inflexo, quo victores iubebant). *fort.* OROS. hist. 1, 2, 52 *p. 1237, 52.* MANIL. 4, 601 *mare* litora … in Syrtes revocans sinuata … rursusque ad Nilum (*i. usque ad N.*) derectis fluctibus exit. SEN. nat. 1, 9, 10 coronam (*i. ἅλωα, aliter p. 1246, 31*) si diviseris, arcus erit, si -eris, virga. *arbores*: SEN. clem. 2, 7, 4 *agricolae arboribus*, quas aliqua depravavit causa, adminicula, quibus der⟨i⟩gantur, adplicant. *item per imaginem*: VVLG. Os. 14, 9 -am eum ego ut abietem virentem. *cf.* PSALT. Rom. 79, 16 -e eam (*vineam*), quam plantavit dextera tua (κατάρτισαι). SIL. 6, 228 *serpens* resolvens contortos orbes derecto (di- *al.*) corpore totam extendit molem (*cf. p. 1255, 15*). *membra corporis humani*

[*Dittmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*accedit abl. instrum. l. 2. 3. 15. 16 cf. l. 7*): CELS. 8,10,7 frangi rursus ossa et -i debent. TERT. carn. 4 *infans* pannis -itur, unctionibus formatur. PHYSIOGN. 115 qui narem digitis suis -unt atque fingunt. PROSP. in psalm. 134,18 -untur pedes claudorum. GREG. TVR. Franc. 5, 4 p. 195,14 cuius virtus ... paralytica membra -isset. 9, 6 p. 361, 7 *debiles* iubebat ... extendi, ut, quos virtutis divinae largitiones (*i. -bus*) -ere non poterat, quasi per industriam restauraret. Iul. 39 *puerum* membris omnibus esse -ctum (*opp.* contractum). Mart. 1, 40 -ctus est pes ... qui fuerat debilis. 2, 6 -batur *paralyticus* (*cf. Bonnet p. 293 adn. 3; sequuntur* sic ... erectus super plantas). 2, 26 digitos -ctos manusque rettulit sanas (2, 31 manus contracta -itur. vit. patr. 15, 3). 2, 46 tit. (p. 608, 8) de claudo -cto. *corpus infantis in matrice emortui, quod* aut in caput aut in pedes conversum est aut transversum iacet (CELS. 7, 29 p. 317, 24 D.): CELS. 7, 29 p. 317, 26 *medicus* eum manu -at vel in caput vel ... in pedes (*syn.* rectius reddere). 7,29 p. 318 sinistra ... -ere eum debet *medicus*. *ibid.* si vero transversus est neque -i potuit. *metaphorice*: PETR. CHRYS. serm. 167 p. 638^D ut *qui a recti detorserant disciplina* -cti et attenuati in modum acus per angustum paenitentiae foramen ... intrarent.

f *de rebus ita defigendis, collocandis, ut α) in porrectum promineant, β) ad perpendiculum constitutae videantur*: α CVRT. 4, 9, 5 utrimque a iugo *currus falcati* ternos -erant gladios. SIL. 9, 583 ab incurvo derecta cacumine *dentis elephanti* cuspis (*nota utroque loco accedens* ab). β LVCR. 2, 198 tigna ... alte (-tu *codd.*) derecta (*i. derecte ad perpendiculum in aquam immissa*). MANIL. 1, 284 *axis* in binas Arctos ... per inania mundi perque ipsum terrae -ctus constitit (-spicit *trad.*) orbem. PLIN. nat. 18, 317 malo in media *prela* derecto (decreto *codd.*). PALLAD. 1, 13, 1 binas inter eos (*asseres*) perticas -emus. [*dub.*: CARM. epigr. 277, 1 (*aet. Diocl.*) ⟨der⟩ectam ⟨p⟩risca regione co⟨lu⟩mnam.]

g *erigere*: ITALA II reg. 7, 13 (Tycon. 4, 37, 15 Aug. civ. 17, 8) -am thronum eius (ἀνορθώσω, ITALA *al.* erigam, VVLG. stabiliam).

h *passive*: -i α *i. q. e curvata specie in porrectam abire*: CELS. 4, 1 p. 122 D. *intestinum* recurvatum in imo -itur, qua excernit; ideoque id ibi rectum intestinum nominatur. β *i. q. in porrectum extendi, excurrere* (*cf. etiam l. 27. p. 1242, 63 sqq. accedit* in *l. 43. 53*; per *l. 39. cf. l. 27. p. 1242, 67*; ad *l. 48. 49. 51. 52*; ab ... in *l. 44. 45*; ab ... ad *l. 42*): MANIL. 1, 563 fila (*i. orbes*), per quae -itur signorum ... ordo (AVG. civ. 16, 10 tit. Sem, in cuius progenie tendens ad Abraham civitatis dei ordo -itur. 16, 14 ext. ordo, qui -itur ab Adam usque ad Noe et inde usque ad Abraham). GERM. 380 *Piscis* totus -ctus in austros. FRONTIN. grom. p. 31, 2 agrorum constitutio, cuius decimani ab oriente in occidentem -untur, kardines a meridiano in septentrionem (HYG. lim. grom. p. 171, 7). TERT. nat. 1, 12 corpori nostro ... secreta linea crucis situs est, quod caput emicat, quod spina -itur. AMM. 22, 8, 20 ora maritima ... velut longitudine lineali -cta. HEGES. 4, 18 l. 30 longitudo lacus ... usque ad Zoaros ... -itur stadiis *tot*; latitudo in stadiis *tot* usque ad viciniam Sodomorum (ἐκτείνεται, PS. RVFIN. tenditur). 5, 3, 1 in aggere publico, qui ad muros -batur (κατατείνουσαν, PS. RVFIN. duceret). OROS. hist. 1, 2, 52 *Hister* ad orientem -ctus Ponto accipitur (*cf. p. 1236, 75*). 1, 2, 99 promunturium ... -itur in occasum (*syn.* aspicit, respicit). PS. BOETH. geom. p. 403, 11 lineae, porticus, stadia, miliaria, fluminum latitudines et alia ... longa protensione -cta. CASSIOD. in psalm. 24, 3 semitae ... sunt, quae angusto calle -untur.

2 ***translate*** (*adde locut. metaphor. p. 1235, 72 sqq. et 1236, 70*):
a *i. q. ad rectam normam accommodare, revocare*: α *aliquid* (*de nonnullis dubitatio relinquitur, an potius sub b collocanda sint*): CIC. Mur. 3 vitam (*de Catone, item* LVCAN. 9, 556 *v. B 1 a p. 1238, 45 et 1239, 5*). orat. 237 *nihil* inveni firmius, quod tenerem aut quo iudicium meum derigerem (*A*), quam id, quodcumque mihi quam simillimum veri videretur (*paulo aliter* BRVT. Cic. ad Brut. 1, 16 [9, 24], 11 iudicium suum ... tanta firmitate ac magnitudine -xit [*fere i. q. rigoris plenum exhibuit*] in exturbando Antonio [*opp.* flexerit]. *cf. etiam* QVINT. *p. 1239, 20*). VLP. dig. 10, 3, 7, 10 cum ... iudicium agitur, iudex officium suum (*cf. p. 1246, 27*) ita -et, ut *eqs.* TERT. virg. vel. 1 ut ... paulatim -retur et ordinaretur et ad perfectum perduceretur disciplina ab ... spiritu sancto. *ibid.* est paracleti administratio (*spiritus sancti munus*), ... quod disciplina -itur. *ibid.* is (*fructus*) rudis ... et informis paulatim aetatem suam -ens eruditur in mansuetudinem saporis (HIER. epist. 39, 6, 1 cuius parva adhuc aetas et rudis paene infantia te magistrante -itur. *cf.* AVG. epist. 173, 3 *p. 1245, 39*). resurr. 2 p. 26, 8 Christo ... servabatur ... dubitata -ere. *cf. etiam* adv. Marc. 4, 34 p. 533, 19 (*v. p. 1238, 18*). IVL. VAL. 1, 20 nisi per prudentiam vestram illorum titubantia sit -cta. VVLG. psalm. 140, 2 -atur oratio mea (κατευθυνθήτω; *opp.* HIL. *ad l.* depravabitur). PAVL. NOL. epist. 40, 11 med. nisi certo statu -entes animi momenta libremus (*cf. antea* ut non declinemus dextra vel sinistra). *fere i. q. corrigere*: AVG. civ. 2, 23 pro -endis vel pro corrigendis ... moribus (CASSIOD. var. 10, 22, 3). epist. 173, 2 ut mala voluntas hominis -atur. CASSIOD. var. 4, 43, 3 perperam commissa -ere. THEOD. MOPS. in Gal. 3, 23 p. 52, 2 universa illa, quae ab *Christo* -cta sunt (τῶν παρ' αὐτοῦ κατορθωμάτων). *item* in Col. praef. p. 254, 3 (*cf. syn.* corrigere in Col. 1, 25). *i. q. emendando, corrigendo conficere*: FERRAND. epist. 4, 16 mei erit officii exemplaria veriora (*de vita Fulgentii descripta*) -ere. *i. q. recte agere* (*cf. graec.* κατορθοῦν): THEOD. MOPS. in Gal. 3, 23 p. 51, 9 quod -ere illud, quod nobis conveniens est, non possumus (*cf. syn.* agere).

β *aliquem*: LVCAN. 2, 245 mente labantem -e (de- *codd. pars*) me, dubium certo tu robore firma. TERT. resurr. 2 p. 28, 5 multi rudes et plerique sua fide dubii ..., quos instrui, -i, muniri oportebit. CYPR. laps. 23 plectuntur ... quidam, quo ceteri -antur. AVG. epist. 185, 21 sicut meliores sunt, quos -it amor, ita plures ..., quos corrigit timor. *accedit* ad (*cf. p. 1239, 30 sqq.*): PLIN. paneg. 45, 6 ad hanc (*vitam principis*) -imur, ad hanc convertimur. VVLG. psalm. 118, 128 ad omnia mandata tua -bar (κατωρθούμην; ITALA Veron. Ambr. Aug. corrigebar; *opp.* HIL. *ad l.* non deflectitur, non detorquetur per terrenas cupiditates).

b *i. q. stabilire, confirmare*: α *aliquid* (*cf. p. 1237, 59*): TERT. adv. Marc. 3, 5 p. 382, 5 apud quam (*divinitatem*) uniformem statum temporis -it aeternitas ipsa. 4, 34 p. 533, 19 hoc ... responso *Christus* et Moysi constitutionem protexit ... et creatoris institutionem -xit (*cf.* castit. 5 ad legem semel nubendi -endam. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 29 p. 397^D per medium ... opinionum ... dogma nostrum in veritate -ere). TERT. patient. 1 p. 1, 9 constantiam commonendi propriae conversationis (*i. vitae rationis*) auctoritate -ere. HEGES. 1, 15, 3 -xit Magni intentionem ... nuntius (προσεπέρρωσε τὴν ὁρμήν. PS. RVFIN. multum alacritatis eius addiderat). VVLG. psalm. 7, 10 -es iustum (κατευθυνεῖς; confirmetur iustitia PSALT. sec. Hebr.). *seq. acc. c. inf. i. q. contendere* (*cf. Hoppe, Synt. Tert. p. 50*): TERT. adv. Marc. 1, 9 p. 302, 21 hinc itaque constantissime -am (-atur *F*) deum non esse, qui sit hodie incertus (*nescio an subsit notio 'prave proposita rectius definiendi, constituendi', cf. a et B 1. 3*). β *aliquem* (*i. q. corroborare*): CAEL. AVR. chron. 1, 4, 96 resumendos aegrotantes et cum recorporativa curatione -endos.

c *t. t. grammaticorum de declinatione nominum: i. q. ad rectam normam, regulam declinare, determinare*: ROMAN. Char. gramm. I 126, 10 'Verrius Flaccus', inquit Plinius: 'eorum nominum ... ablativus in e -endus est'. 131, 12 'glossemata' ut 'toreumata' ... et his similia omnia Varronis regula, inquit Plinius, dativo et ablativo plurali in bus derigit. SCAVR. gramm. VII 19, 4 qui 'nux' *et similia* in novissimam litteram s -unt. ROMAN. Char. gramm. I 192, 22 quorum (*adverbiorum*) ratio cum in e litteram -atur. CHAR. gramm. I 52, 2 haec *nomina* ... ad declinationem superiorem -untur.

B ***sensu latiore*** *de relatione*: **1** *referre, revocare, accommodare* ad *aliquid* (ad normam: CIC. Mur. 3 [*notione ad I A 2 a declinante, cf. p. 1237, 60*] Catoni vitam ad certam rationis normam derigenti [di- *dett.*] et diligentissime perpendenti. ad regulam: CIC. opt. gen. 23 regula, ad quam *Atticorum* -antur orationes. fin. 1, 63 iudicia rerum. secundum: *l. 68. p. 1239, 23.* pro: *p. 1239, 29*). **a** *generatim*: α *aliquid*: VARRO ling. 8, 26 omnis oratio cum debeat -i ad utilitatem, ad quam tum denique pervenit, si *eqs.* (CIC. de orat. 1, 141 *syn.* referre. TAC. dial. 5 ad utilitatem vitae omnia consilia [*cf. infra l. 80 et p. 1244, 48*] factaque [*cf. l. 77*]). ling. 10, 74 analogia, ... quae derigitur ad naturam verborum atque illa, quae ad usum loquendi. rust. 1, 13, 6 potius ad antiquorum diligentiam quam ad horum luxuriam derigas aedificationem. frg. Aug. civ. 7, 17 in hoc *libro* quae perscribam omnia ut ad (*om. pars codd.*) aliquam -am summam. CIC. Mur. 77 (*ad Catonem, cf. l. 45*) haec omnia ad rationem civitatis si derigas, recta sunt, *opp.* perpendere ad disciplinae praecepta (*item* ad rationem [-es]: Brut. 140 Antonius in verbis et eligendis ... et collocandis ... nihil non ad rationem et tamquam ad artem -bat. ac. 2, 66 [*notione ad II A 2 a p. 1240, 44 sqq. et II B 1 b p. 1244, 33 sqq. declinante*] meas cogitationes sic -o, non ad ... Cynosuram, ... sed Helicen et ... Septemtriones, id est rationes has latiore specie, non ad tenue elimatas. eo fit, ut errem et vager latius. VITR. 6, 1, 1 ad regionum rationes caelique varietates ... aedificiorum debere -i collocationes. FRONTIN. aq. 37 formulas modulorum ... derectas [-am *cod.*] ad rationem, de qua locuti sumus. *ibid.* secundum quod [*sc. rationem enarratam*] et fistulae ... derigi debent. *cf. etiam supra l. 45*). CIC. de orat. 1, 130 ad hanc similitudinem *Roscii* oratoriam laudem -amus (orat. 9 ad illius [*speciei pulchritudinis*] similitudinem *Phidias* artem et manum -bat. *cf. p. 1244, 37*). leg. 2, 13 ad *naturam* leges hominum -untur. fin. 1, 54 laus ... -atur ad voluptatem (2, 115 ad voluptatem artes). top. 73 ad *vulgi opinionem* omnia -unt. LIV. 8, 32, 5 tibi ad voluntatis interpretationem meae -enda tua sententia fuerit. SEN. contr. 10, 1, 12 ad positionem controversiae colorem actionis -endum (de- *B*). VELL. 2, 8, 1 facta (*cf. supra l. 52*) ... ad consilium -bant (2, 85, 6 *Antonius* ad *Cleopatrae* arbitrium -xit fugam). 2, 30, 3 invidiam rerum non ad causam, sed ad voluntatem personasque -ere (*i. referre*). CELS. 2, 10 p. 52 D. ad quas *observationes* -i curantis consilium (3, 5 p. 84 D.). 3, 5 p. 84 D. ad eum (*corporis habitum*) -ere curationem. SEN. benef. 3, 31, 5 cursum ad rectum iter vitae -isse (*notione aeque ac supra l. 61 ad II A 2 a declinante; item* epist. 95, 45 navigantibus ad aliquod sidus [*cf. supra l. 63 et p. 1239, 2*] -endus est cursus.

[Dittmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

γ *additur quo: accus.*: SALL. Iug. 28, 3 infectis rebus ... domum (*cf.* NEP. Them. 4, 2 domos suas [LIV. 2, 48, 10]). TAC. ann. 6, 20 Capreas (*cf.* AMM. 14, 10, 16 Mediolanum ad hiberna [*cf.* 27, 5, 5. 30, 3, 7]. 20, 8, 20 Viennam. 26, 5, 4). EVGRAPH. Ter. Hec. 223 (rus habitatum abii) rus. **in**: VARRO rust. 3, 17, 1 in hortos. CIC. Deiot. 19 in cubiculum. Att. 4, 3, 3 in vestibulum *illius.* epist. 2, 16, 2 in aliquas solitudines. CAES. civ. 1, 83, 3 in castra (*cf.* LIV. 7, 25, 4 *ut* dubii ... -erint in castra Galli, Graeci retro ad naves, victos se an victores putarent). SALL. Iug. 54, 10 in proxumos colles. 56, 3 in loca quam maxume occulta. NEP. Dat. 5, 6 ipse cum suis in Cappadociam -it. LIV. 26, 31, 11 in Capitolium ad dilectum. PORPH. Hor. sat. 2, 3, 246 (quorsum abeant) in quam partem -ant. AMM. 31, 10, 22 in otium (*cf. p. 1276, 43*). SCHOL. Cic. Bob. p. 132, 11 St. in exilium (AVG. civ. 2, 17 *v. etiam* SCHOL. Cic. Bob. p. 157, 12 *absol.*). p. 173, 2 in legationem. PASS. Petr. Paul. brev. 3 in palatium suum (-tio suo *F*). **ad**: CIC. Att. 4, 16, 3 ad rem divinam. VERG. Aen. 12, 184 convenit Euandri victos -ere (de- *M*¹) ad urbem. LIV. 7, 25, 4 (*v. supra l. 62 sq.*). 26, 31, 11 (*v. supra l. 64*). TAC. ann. 11, 16 ad conterminos populos. SPART. Carac. 6, 6 ad requisita naturae. AMM. 14, 10, 16 (*v. supra l. 58*) ad hiberna (27, 5, 5. 30, 3, 7). 20, 7, 8 ad sua (*i. domum*). 26, 6, 4 ad abdita longiusque remota. AVG. in psalm. 148, 2 cum quisque -it ad propria (*opp.* in ecclesia quando congregamur). CASSIOD. var. 1, 15, 2 ad Africam. *acced. gerundiv.*: SEN. dial. 4, 33, 6 a convivio ad ossa fili legenda. CVRT. 4, 15, 20 inde *illi* -erant ad opprimenda impedimenta. QVINT. decl. 249 p. 24, 14 ad colendos ... agros. PANEG. 3 (11), 12, 3 ad revisendos exercitus. *circa*: LIV. 3, 17, 12 dum haec in foro ... aguntur, consules ..., ne ... hostis moveretur, circa portas murosque -erant. *adv.*: CIC. epist. 3, 6, 3 eo -isti, quo ego te ne persequi quidem possem *tot* diebus (SALL. Iug. 54, 4

[*Graeber*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quo cuiusque animus fert, ɔo -unt). CVRT. 5, 12, 9 quo -rent, non habebant. TERT. anim. 34 nusquam. *nota*: CIC. Att. 3, 8, 3 (*in litteris perturbato animo scriptis*) quod suades, ne longius -amus ... puto me ita esse facturum, sed ubi, nondum statui. δ *indicatur unde et quo*: CIC. epist. 15, 2, 5 a me -ssit in oppidum Cybistra. CAES. Gall. 5, 1, 1 ab hibernis in Italiam. 5, 7, 5 a castris ... domum. OV. trist. 4, 4, 49 nunc precor hinc alio iubeat -ere. CARM. epigr. 101, 4 -ssi ab urbe in praetorio Hadriani Aug. Caesar(is). VVLG. Matth. 25, 41 -ite a me maledicti in ignem aeternum (πορεύεσθε). RVFIN. Adamant. 1, 12 -ite a me (*cf. p. 1279, 37*) ... in tenebras. AVG. civ. 16, 20. PASS. Petr. Paul. brev. 6 unde maledictus et condemnatus a nobis -ssit (abiit *F*) in suam perditionem.

b *de numinibus speciebusque sim.*: OV. met. 15, 25 post ea (*i. verba*) -unt pariter somnusque deusque. EPIST. Sapph. 107 *Amor*, tibi qui numquam longe -it. SEN. epist. 83, 1 sic intervenit (*sc. deus cogitationibus mediis*) ..., tamquam aliquando -at. STAT. silv. 1, 3, 12 *Venus* volucres vetuit -ere natos. ITALA Matth. 4, 11 (codd. g^1k) -ssit diabolus (ἀφίησιν αὐτόν, VVLG. reliquit eum). AMM. 25, 2, 3 speciem illam Genii publici ... per aulaea tristius -entem. 30, 5, 18 Fortunam. VVLG. act. 10, 7 angelus (ἀπῆλθεν). PSALT. Rom. 9^a, 1 ut quid domine -isti longe? (ἀφέστηκας, VVLG. recessisti). AVG. civ. 2, 22 -erant ... omnes adytis arisque relictis di (*item* 2, 24. 25. 3, 14. 15 *bis. cf. cum* VERG. Aen. 2, 351 excessere omnes adytis arisque relictis di). 2, 23 quod velut offensi civium iniquitate -erint. 3, 25 -ente Concordia. a, ab (*accedit* in *infra l. 28*): SEN. Med. 967 -ere a me, frater, ultrices deas ... iube. SCHOL. Germ. Bas. p. 66, 4 *Virginem* ab hominibus (*syn.* p. 65, 22 recedere). VVLG. Luc. 1, 38 -ssit ab illa angelus (ἀπῆλθεν. *cf.* 2, 15 ab eis ... in caelum. act. 12, 10 *gr.* ἀπέστη). 9, 33 *Moyses et Elias* ab illo (*i. Iesu*; διαχωρίζεσθαι). AVG. civ. 22, 8 *daemon* inter haec verba -ssit ab homine (*syn.* exire). PALLAD. hist. mon. I 10 p. 287^A (*daemon loquitur*) -o ab homine nec accedo ulterius (*syn.* exire). de: SVLP. SEV. dial. 2, 9, 3 -e funeste *daemon* de pecude.

c *de bestiis*: VARRO rust. 3, 16, 33 quod si omne *mel* eximas, fore, ut -ant *apes*. CIC. nat. deor. 2, 129 testudines ... et crocodilos dicunt, cum in terra partum ediderint, obruere ova, deinde -ere. PHAEDR. 4, 3, 3 *vulpes*. SEN. Herc. f. 77 -ant ferae, ipse imperando fessus Eurystheus vacet. AVIAN. fab. 13, 11 *leo*. *nota de volucribus advenis* (*cf.* discessus *II B*): PLIN. nat. 1, 10, 34 de avibus nostris, quae -unt, et quo abeant hirundines *eqs.* 10, 61 nemo vidit agmen -entium (*sc. ciconiarum*), cum -urum appareat, nec venire, sed venisse cernimus. a, ab: OV. trist. 1, 1, 77 nec procul a stabulis audet -ere ... agna. VAL. FL. 8, 79 *draco* haut Aeolio -ere fessus ab auro (*i. ab vellere aureo*) ... sustinet.

2 *de rebus*: a *de sideribus*: *absol.*: HOR. epist. 1, 16, 7 ut veniens dextrum latus aspiciat sol, laevum -ens (*codd.*, descendens π, decedens *Bentl. cf. p. 122, 31sqq.*) curru fugiente vaporet (DRAC. laud. dei 1, 417 -ere solem nec lucem remeare putat terrena propago). VITR. 9, 2, 3 *luna* cotidie ... -ens (*sc. a sole; ibid.* recessit a sole. *cf.* PLIN. nat. 2, 59 *stellae errantes* -entes [*sc. a sole*] partibus numquam amplius undenis). *adde*: OV. met. 4, 91 lux tarde -ere visa praecipitatur aquis. *indicatur unde*: a, ab (*acced.* ad *l. 53, abl. mensurae l. 55*): VARRO ling. 9, 25 nonne luna, ut ab sole -it ad aquilonem et inde redit in eandem viam, sic inde fertur ad austrum et regreditur inde? (CIC. nat. deor. 2, 53 neque *illa stella* a sole longius umquam unius signi intervallo -it tum antevertens tum subsequens. *ibid. iterum.* MART. CAP. 8, 862. *cf. etiam supra l. 48*). CIC. nat. deor. 3, 37 cur ... sol *non* longius progrediatur solstitiali orbi itemque brumali: ne longius -at a cibo (*i. ab aqua*). SEN. nat. 1, 4, 4 solis imago a nube. HYG. astr. 1, 8 p. 28, 17 sol ab eo loco. *ablat. separat.*: AVIEN. Arat. 875 ut *Centaurus* fluctu tantum -at eoo, quantum adit occasum. AMM. 20, 3, 12 *stellas* -ere suis sedibus. *indicatur quo*: PLIN. nat. 5, 56 ad septentriones sole -ente. b *de variis*: OV. fast. 2, 152 magna ... -ens signa reliquit hiems. SEN. Herc. f. 321 (*de maris recessu*) bis ... -ens fretum et bis recurrens. nat. 7, 20, 2 (*de flammis mirabilibus*) alii ... ignes diu manent nec ante -unt quam *eqs.* POMPON. dig. 7, 4, 23 si eodem impetu -erit aqua, quo venit. CLAVD. 26, 221 ipsa etiam diffisa brevi Trinacria ponto si rerum natura sinat -ere longe optat et Ionium refugo laxare Peloro. *de tractu fluvii mutato*: PLIN. nat. 6, 25 qua -it Euphrates. PROB. Verg. ecl. 6, 82 *Eurotas* confunditur Alpheo rursusque -it.

C *notione propria paulum evanescente non tam abire homines indicatur, quam* ***quo eventu, qua condicione*** *quis ex colloquio, proelio, iudicio sim.* evadat (*cf. p. 1275, 67sqq.*) *accedentibus*: 1 *adverbiis et locutionibus adverbialibus*: PLAVT. Stich. 395 Hercules, qui deus sis, sane -isti (-isses *P*) non bene (male *P*). TER. Phorm. 1047 immo vero pulchre -o et probe et praeter spem. CIC. div. in Caec. 71 turpissime (epist. 12, 3, 2) flagitiosissimeque. Verr. 3, 57 impune (APVL. met. 7, 7 LACT. ira 18, 6. *cf. p. 1282, 80*). ad Q. fr. 2, 3, 1 honeste. SALL. Iug. 25, 11 frustra (*i. q. infecta re cf. p. 1282, 10sqq.*). DARES 17 pacifice. TER. Andr. 148 denique ita tum -o ab illo, ut *eqs.* (RHET. Her. 1, 15, 25 CIC. Quinct. 29 Verr. 5, 62 nat. deor. 3, 95 LEPID. Cic. epist. 10, 34, 1 LIV. 3, 36, 8. 35, 19, 7). Phorm. 773 modo ut hoc consilio possiet -i, ut istam ducat. RHET. Her. 2, 17, 25 si sine supplicio -erit (*cf.* CIC. Verr. 4, 141 quem ... sine supplicio dimittere non debuisti, hunc abs te sine praemio -ere noluisti? *adde*: CIC. Quinct. 23 sine vadimonio. div. in Caec. 60 quemquam horum esse putas, qui non malit te sine vituperatione quam cum scelere -ere? Verr. 3, 37 sine praeda. 4, 69 sine ignominia molestiaque [*cf. l. 6*]. Cluent. 161 sine iudicio controversiaque. Att. 2, 21, 6 spero nos aut cum summa gloria [*cf. l. 9sq.*] aut certe sine molestia -uros. off. 2, 82 concordiā constitutā sine querella. CAES. civ. 3, 46, 6 sine detrimento. LIV. 44, 37, 10 sine proelio [IVST. 2, 6, 20]). CIC. epist. 5, 18, 1 quam levissima poena ab hac re p. ad Q. fr. 1, 2, 16 multiplicata gloria (NEP. Epam. 8, 5 maxima. *cf. l. 5sq.*). CAES. Gall. 7, 17, 5 nusquam infecta re (civ. 3, 40, 6 AMM. 21, 12, 4. *cf.* SALL. Iug. 28, 3 infectis rebus [NEP. Milt. 7, 5). civ. 3, 112, 7 ut aequo proelio -retur (*cf.* NEP. Them. 3, 3 pari proelio). HOR. sat. 1, 7, 17 si disparibus bellum incidat ..., -at pulchrior (pigrior *al.*) ultro muneribus missis. LIV. 9, 44, 8 Marte aequo -ssum *esse* (25, 19, 5. 27, 12, 10 [*nota*: 2, 40, 14 cum Volscis aequo M. -ssum est]. IVST. 3, 6, 9 utrimque. *cf.* TAC. hist. 3, 9 ex aequo. ann. 2, 46 condicionibus aequis. AMM. 24, 4, 18 aequis manibus et pari fortuna. 31, 8, 10 pari pugnandi sorte. 31, 16, 5 aequis partes -ssere momentis). LIV. 21, 59, 8 sicut aequata ferme pugna erat, ita clade pari -ssum est. 32, 40, 4 de colloquio -ssum *tot* Cretensibus ab tyranno datis Romano *eqs.* 39, 21, 7 incerta victoria. TAC. ann. 2, 57 apertis odiis. Agr. 27 irritatis utrimque animis -ssum (ann. 13, 56 infensis utrimque animis -ssum). CORP. VI 33976d (*a. 94 vel non multo post*) *ex certamine poetarum* cum honore -ssit. RVFIN. hist. 5, 24, 17 ita ab invicem plena fide pace integra et firma caritate -unt (ἀπηλλάγησαν).

2 *adiectivis et partic. perf. pass.*: CIC. de orat. 1, 239 cum hic (*i. in his causis*) iuris consultus superior fuerit -urus, qui *eqs.* (Caecin. 2 Tusc. 2, 54. CAES. civ. 1, 47, 1 ut se utrique superiores -isse existimarent. BELL. Hisp. 5, 4. SALL. Catil. 39, 4 quodsi primo proelio *ille* superior aut aequa manu [*cf. supra l. 14sqq.*] -isset. NEP. Hann. 1, 2 Ham. 1, 2. Eum. 10, 2 superior proelio. Dat. 8, 4 semper ... inferior copiis superior omnibus proeliis. VAL. MAX. 7, 7, 1 omnibus non solum consiliis, sed etiam sententiis superior -ssit). Quinct. 59 si in causa pari -ere inferior videretur. Verr. 3, 25 vicerunt ... ita, ut egentes inanesque -rent. Caecin. 46 qui vivus -erit, ei vim non esse factam. nat. deor. 3, 77 si, qui *philosophos* audierunt, vitiosi essent -uri. LEPID. Cic. epist. 10, 34, 1 omnis ex proelio integer -ssit ita, ut *eqs.* BELL. Alex. 20, 6 incolumes (AMM. 23, 5, 11). SALL. Iug. 56, 6 profugi. NEP. Dat. 11, 3 cum aliquamdiu in colloquio fuissent et diversi (-e *al.*) -issent. OV. rem. 765 quis poterit lecto durus -ere Gallo? CVRT. 4, 4, 2 tam -ere irritum quam morari pudebat (TAC. ann. 1, 59). QVINT. decl. 333 p. 314, 25 -ssi a iudicio laetior quam reus ipse (*cf.* SIL. 16, 571). VLP. dig. 21, 1, 27 indemnis ... emptor debet -ere. OPTAT. 7, 1 p. 159, 15 ut cooperto crimine suo quasi superbi -rent. AMM. 14, 7, 8 innoxius. 26, 5, 9 longius -erant incruenti. CIC. Brut. 229 *Hortensius* cum eorum qui affuerunt tum ipsorum consulum ... iudicio -ssit probatus. Quinct. 32 conturbatus sane -it *ille*. 44 iam tu potes liberatus -ere molestia (S. Rosc. 143 culpa liberatus et crimine nefario solutus cupit a vobis -ere. *cf.* Verr. 5, 140 [*ex litteris publicis*] omnes liberatos -isse. NEP. Phoc. 2, 3) S. Rosc. 8 ut spoliis ex hoc iudicio ornati auctique -ant. Verr. 4, 30 illusos se et irrisos ab iudicio -uros. Cluent. 111 se ex iudicio -isse victum (200 patimini matrem ... victam potius vestra aequitate -ere. Tusc. 5, 78 illa *mulier* victa maesta -it. SALL. Catil. 49, 2 ab adulescentulo *illo* victus -erat. *cf.* VELL. 2, 32, 1 VAL. MAX. 3, 2, 8. RVFIN. Adamant. 1, 28 *ille* victus cum confusione -ssit ad tempus). Flacc. 41 istud columen accusationis tuae, Mithridates, ... reprensus, convictus fractusque -ssit (*cf.* dom. 50 repudiatus convictusque -ssit [ac. 2, 118 repudiati condemnatique -ent. COMM instr. 1, 11, 9]). Rab. Post. 18 soluti huc convenistis; ne constricti -atis, cavete. ad Q. fr. 2, 4, 1 homo petulans et audax valde perturbatus debilitatusque -ssit. SALL. Catil. 61, 7 graviter volneratus. FRONTO p. 53, 10 N. neque umquam ab *Socrate* auditores -ssere lacerati, sed nonnumquam lacessiti. TERT. orat. 17 ille publicanus ... iustificatior Pharisaeo procacissimo -ssit. AMM. 24, 4, 7 habitus frustra -ssit (31, 12, 9). RVFIN. hist. 5, 1, 42 *quod mulier* tot *martyriis* permaneret invicta et per singulos agones -ret coronata. *adde*: CASSIOD. inst. div. 16 p. 1132^D paganitas ... a vero domino confutata -ssit.

3 *substantivis*: CAES. civ. 3, 47, 6 maximarum se gentium victores -isse (HOR. epist. 1, 10, 37 postquam victor violens -ssit ab hoste [*equus ab cervo*]. VAL. MAX. 3, 2, 8 proelium nocte dirimente victoresne an victi -rent incerti abierunt. SPART. Sept. Sev. 17, 8 prope a nullo congressu -ssit [*Richter*, digressus *add. Casaub.*] nisi victor. AVR. VICT. Caes. 20, 14 nullo congressu nisi victor. AMM. 29, 1, 3. VEG. mil. 3, 25 victor ex omni parte. HYG. fab. 165 p. 19, 10). HOR. epist. 2, 2, 99 (*de certamine poetarum*) -o Alcaeus puncto illius; ille meo quis? quis nisi Callimachus? SEN. benef. 6, 4, 5 aestimatione facta debitor -e, qui creditor veneras. *nota translate de re*: CIC. Verr. 5, 68 si istius haec tanta iniuria impunita -erit (*cf. p. 1281, 77sq.*).

II in locutionibus PER IMAGINEM expressis

A ***vi praepositionis integra***: 1 *dissolutio quaedam indicatur*: a *de rebus corporeis* (*additur* ad *l. 3*, in *l. 5 et* ex *l. 1sq.*,

[*Graeber*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inter *l. 11*, quo *l. 3*, *dat. l. 9*): LVCR. 2, 712 sua cuique cibis ex omnibus intus in artus corpora -unt. 2, 833 prius omnem efflare colorem particulas quam -ant ad semina rerum. 5, 360 quo quasi res possint -ere dissoluique. SEN. epist. 73, 8 epulum et visceratio et quicquid aliud manu capitur, -it in partes (*opp.* individua bona, pax et libertas, ea tam omnium tota quam singulorum sunt). LVCAN. 9, 785 (*de ossibus sanie diffluentibus*) ossa -unt. CLAVD. rapt. Pros. 1, 251 veterem qua lege tumultum discrevit natura parens et semina iussis (*A*, iustis *cet.*) -ssere locis (*dat.*). *de corpore humano*: LVCAN. 2, 121 (*de homine dilacerato*) *te* sparsum per viscera, Baebi, innumeras inter carpentis membra coronae -isse (discerpsisse *VUG*) manus. AVG. civ. 19, 12 donec mundi conveniat elementis et in eorum pacem paulatim particulatimque -at *cadaver* (*syn.* dissolvi dilabique). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 30 p. 398ᴮ nec ante corpus animam *esse* nec e contrario dicimus, ne divisus homo iuxta differentiam temporis in semet ipso -at. **b** *de rebus incorporeis* (*additur* ab *l. 19*, in *l. 20*): VARRO ling. 9, 94 *lepus, nemus assumpto pronomine et casu* -unt (*i. in dissimilitudinem digrediuntur*) ac dicuntur hi lepores, haec nemora. 10, 50 haec (*velut* '*Hercules*') ab uno capite, ab recto casu, in duo obliquos -unt casus ('*Herculi, Herculis*'; *opp.* multa a duobus capitibus ... confluunt in obliquum unum). SEN epist. 48, 4 in diversum ecce sapientia et stultitia -unt: cui accedo? TERT. idol. 2 universa nomina criminum -ant in operum suorum proprietates, remaneat idololatria in eo, quod ipsa est. AVIEN. orb. terr. 1231 longas bivium -it in oras. AVG. fid. et symb. 9, 20 p. 26, 8 separatis ... corporibus, quae copulata fuerant, *copulatio* nulla invenitur; nec tamen quasi -isse et migrasse intellegitur, sicut illa corpora.

2 *disiunctio sive segregatio quaedam indicatur*: VAL. FL. 1, 285 dirimi ... procul non ... visa *iam appropinquante nave* coeperat a gemina -ere Sestos Abydo.

B ***vi praepositionis evanescente:*** **1** *de hominibus morientibus i. q. (ex vita) decedere (cf. p. 1312, 51 sqq.) accedente* a, ex, *de vita, rebus humanis, hominibus sim.*: a: CIC. Tusc. 1, 84 Hegesiae liber est Ἀποκαρτερῶν, quo[d] a vita quidam per inediam -ens revocatur ab amicis (epist. 2, 2. *cf. contrar.*: COMM. apol. 332 -it, quoniam potior resurgit, a morte. CIC. Tusc. 1, 85 *Priamus* si vivis filiis incolumi regno occidisset ..., utrum tandem a bonis an a malis -isset? tum profecto videretur a bonis [*sc. -isse*]. 1, 86 utrum ..., si tum esset extinctus, a bonis rebus an a malis -isset *Pompeius*? certe a miseris. AVG. civ. 19, 4 ab his malis morte. CIC. Cato 79 cum a vobis -ssero [*Xenoph. Inst. Cyr. 8, 7, 17* ἐπειδὰν τοῦ ἀνθρωπίνου βίου τελευτήσω]). ex: CIC. Cato 84 ex vita ita -o tamquam ex hospitio, non tamquam e domo (*cf.* AMM. 28, 4, 15). CIC. Cato 84 o praeclarum diem ... cum ... ex hac turba et colluvione -am. de: SPART. Sept. Sev. 20, 5 de rebus humanis sine posteritate. RVFIN. hist. 3, 32, 8 ut ... et apostolorum chorus et omnis illa aetas ... de hac luce -ssit. Adamant. 1, 26 -ens de hoc mundo (μέλλων ἐξιέναι). RVRIC. epist. 2, 4 p. 377, 24 bene ... vivere et bene -ere de hac vita paucorum est. *absolute*: LVCR. 3, 960 (*nondum trito illo sensu, quo apud posteriores*) nec opinanti mors ad caput adstitit ante quam satur ac plenus possis -ere (discere *trad.*) rerum (*cf. p. 1279, 77*). QVINT. decl. 247 p. 10, 12 statim -ssit post vocem. FRONTO p. 235, 3 N. caelum ... consalutabo -ens. MIN. FEL. 1, 3 -ens (decedens *Davisius*) vir eximius et sanctus immensum sui desiderium nobis reliquit. TERT. ieiun. 12 in ipsa negatione -ssit (*Iun.*, digessit *cod.*). patient. 3 p. 4, 17 saginari voluptate patientiae -urus volebat *Christus*. AMM. 29, 5, 42 dilatato vulneris hiatu -ssit (dec- *Gelen.*). CLAVD. 5, 21 solacia leto exitium commune dabit nec territus ante -am. 8, 395 securus fati laetusque laborum -am. 8, 433. GREG. TVR. Franc. 3, 17 *illo* episcopo apud Toronus dicedente. *passim in titulis sepulcralibus Christianorum* (*sed multo saepius* decedo), *velut*: CORP. VIII 20303 (*a. 352*) fabente deo sine dolore filioru(m) -ssit. 21728 (*a. 361*) INSCR. christ. Rossi I p. 306 (*a. 381*) CORP. VIII 9849 (*a. 399*). V 6196 (*a. 403*). VIII 9804 (*a. 418*). 21680 (*a. 469*). 21595 (*a. 488*). 9808 -ssit in p(ace), *item* 9821 INSCR. christ. Rossi I p. 555 (*a. 406*). *cf.* CORP. VIII 21701 in pace domini. 9815 vixit an(nos) *tot* ⟨et⟩ pr(a)ecessit in pace (*cf.* 21637 *a. 410*) et -ssit *tum*. 9870 (*a. 583?*) disc(essit) in C(hristo). *cf.* X 7971. CORP. VIII *persaepe legitur, ceteroquin admodum raro, ut videtur* (CORP. V *v. l. 64*, *adde* 1714. X *v. l. 69*). *accedit* quo: PS. CIC. epist. ad Oct. 9 in illam aeternam domum.

2 *de rebus*: **a** *corporeis*: PLIN. nat. 17, 66 (*de arboribus translatis*) -entes *arbores* virus *in solo* relinquunt (*cf. ibid.* migrare, transitus, peregrinatio). *indicatur unde* (*cf. p. 1284, 21 sqq.*): SEN. benef. 5, 8, 5 quidquid *naturae* avellitur, ad illam redit, nec perire quidquam potest, quod ... eodem revolvitur, unde -it. nat. 2, 6, 1 aer ... statim ibi futurus ..., unde *terra* -erit. **b** *incorporeis*: α *generatim* (*persaepe de affectibus*): LYGD. 6, 37 turpes -ite curae (*cf.* STAT. silv. 1, 5, 11 -e laborque curaque. PS. QVINT. decl. 6, 6 p. 116, 14 mei cura). OV. met. 10, 336 spes interdictae -ite *eqs.* (*cf. p. 1284, 20 sq.*). LIV. 4, 52, 8 ubi eae sollicitudines (*i. morbus et annona*) -ssere. SEN. Thy. 882 abeant questus, -e, timor (*cf. p. 1284, 7 sq.*). dial. 2, 17, 1 tanta animorum imbecillitas est, ubi ratio -ssit. 5, 27, 5 sua sponte ira. epist. 11, 7 sui iuris sunt *artificia scaenicorum*, iniussa veniunt, iniussa -unt. 63, 3 imago ista tristitiae. 91, 16 -e ..., ambitio. QVINT. inst. 11, 1, 16 quotiens -ssit aemulatio, succedit humanitas. 11, 2, 44 *memoria* praevelox fere cito effluit et, velut praesenti officio functa nihil in posterum debeat, tamquam dimissa -it. TERT. resurr. 60 p. 120, 23 officia membrorum. p. 121, 6 -uro (*P F*, desc- *M*) concubitu et fetu et educatu. ARNOB. nat. 1, 32 -at haec longe atque a nobis procul ... averruncetur amentia. HIER. epist. 14, 2, 1 abeant preces, blandimenta -ant (*cf. p. 1283, 82*). AVG. conf. 4, 11, 16 illa -unt, ut alia succedant (*syn.* 4, 11, 15 decedere). POMER. 3, 3, 1 vitia fideliter expulsa -unt, si virtutibus cedant. *indicatur unde*: a, ab: CIC. Cluent. 83 ab eo invidiam -ere aliquando, ad quem numquam accessisse culpam videtis. Phil. 2, 90 ea, quae, dum timor abest, a te non -it, audacia. SEN. epist. 117, 15 ille (*i. ager*) abalienari potest et alteri tradi, haec (*i. sapientia*) non -it a domino. PS. QVINT. decl. 1, 6 p. 8, 3 innocentia per gradus certos ab homine -it. TERT. adv. Val. 27 p. 203, 24 (*de immanente substantia quae effugit*) *soter* -ssit ab illo (*i. Christo*). VVLG. iud. 16, 19 fortitudo. VAL. CEM. hom. 19, 3 quatenus a nobis desideria carnis fugitiva -ant. *abl. separat.*: SEN. Med. 927 ira -ssit loco materque tota (*i. amor maternus*) coniuge expulsa redit. *adverb.*: hinc: OV. met. 9, 509 obscenae procul hinc -ite flammae (*sc. amoris*; *cf. p. 1283, 80*). unde (*cf. p. 1283, 74 sqq.*): SEN. nat. 6, 13, 2 eo frigidum confluit, unde vis calidi -ssit (*syn.* expelli). exinde: VITA Nicet. 9 nec sanctificatio exinde ab eodem indulta -erat, ubi etiam post exitum habitabat.

β *speciatim: de animo, anima, spiritu sim.* (*acced.* a *l. 32*; de *l. 33*; *ablat. separat. l. 45 sq.*; in *l. 31. 45*; quo *l. 28*): CIC. Tusc. 1, 18 qui -ere animum (*sc. a corpore*) censent. Cato 80 cum hominis natura morte dissolvitur, ceterarum rerum perspicuum est, quo quaeque -at; abeunt enim illuc omnia, unde orta sunt, animus autem solus, nec cum adest nec cum -it, apparet (*Xenoph. Inst. Cyr. 8, 7, 20* οὔτε παροῦσα οὔτε ἀπιοῦσα). 84 *Catonis* animus ... in ea ... loca -ssit, quo *eqs.* SEN. dial. 1, 6, 9 illud quod vocatur mori, quo anima -it a corpore (*cf.* BACHIAR. repar. laps. 14 p. 1051ᴬ de corpore). TERT. anim. 10 ut divisione eorum (*animae et spiritus*) alterius -entis alterius immanentis (manentis *B*) mortis et vitae concursus eveniat. 31 cum varia aetate -ant animae, cur una revertuntur? 56 corpora eadem recepturas in resurrectione animas, in quibus -erunt (*A*, dec- *B*). adv. Marc. 4, 42 p. 565, 7 spiritus ... expirando -ssit. *ibid. saepius.* AMM. 21, 15, 3 diu ... cum anima colluctatus iam -ura abiit e vita. PRVD. ham. 919 haec (*sc. arcana*) *Ioannes* ante obitum membrorum ... secedente anima, non -ente videbat. AVG. civ. 13, 23 *mors corpori* fit anima -ente. 19, 12 *anima* si molestiis *corporis* exclusa -erit. 21, 3 sic est anima conexa huic corpori, ut summis doloribus cedat atque -at. PASS. Petr. Paul. brev. 11 cum diabolo *Simonis* anima -ssit in gehennam. CARM. epigr. 673, 8 *patre* supera⟨nte meo -i⟩t spiritus ore. *adde de spiritu venti*: SEN. nat. 6, 18, 2 ubi erepta -endi facultas est (*syn.* evadere). *de morbo, dolore sim.* (*ubique fere acced.* a [*praeter l. 50 sq.*]): CIC. Att. 8, 6, 3 audivi quartanam a te -isse (*cf. p. 122, 46*). VVLG. Marc. 1, 42 statim -ssit ab eo lepra (ἀπῆλθεν, *item* Luc. 5, 13). Luc. 9, 39 *spiritus immundus* vix -it dilanians eum (ἀποχωρεῖ). II Cor. 12, 8 ut -ret a me *stimulus carnis meae angelus satanae* (ἀποστῇ). RVFIN. hist. mon. 32 p. 206ᴮ statim dolor omnis ... ab *daemoniaco*. *adde*: OV. epist. 19, 3 -at sic corpore languor ab isto.

III TRANSLATE.

A ***vi praepositionis praevalente:*** **1** *dissolutio quaedam indicatur*: **a** *de hominibus i. q. dissentire, dissociari sive dividi* (*sensu mediali*): SALL. hist. frg. 1, 21 omnis Italia animis -ssit (discindit, -scendit, -scedit *al.*). OPTAT. app. 3 p. 204, 21 plures ... super observantiam ... legis catholicae -ere coepisse. *additur* in: SALL. Iug. 13, 1 in duas partes -unt Numidae: plures Adherbalem sequuntur, sed illum alterum bello meliores (LIV. 9, 46, 13 in duas partes -ssit civitas. TAC. hist. 5, 12 in duas factiones. VLP. dig. 49, 15, 21, 1 in civilibus dissensionibus ... in alterutras partes. GELL. 2, 12, 5 in alteram partem. DICT. 6, 3 in partes. *sensu proprio resuscitato*: TAC. ann. 1, 49 non proelio, non adversis e castris, sed isdem e cubilibus, quos simul vescentes dies, simul quietos nox habuerat, -unt in partes). LVCAN. 10, 418 Latium sic scindere corpus dis placitum; non in soceri generique favorem -unt populi.

b *de rebus*: α *corporeis*: ① *de rebus solidis et compactis i. q. scindi vel rumpi (mediali sensu), hiscere, patescere* (*cf.* NON. *p. 1285, 8*): CIC. Arat. 427 pedibus subito percussa Dianae insula -ssit disectaque saxa revellens perculit (*sim. de terrae motu*: SEN. nat. 6, 1, 5 si hoc, ... quod fundamentum quidam orbis esse dixerunt, -it ac titubat. *cf.* 6, 4, 1 *cur terra* in partes divisa -at. 6, 14, 4 *terra* datura vento locum -it. *adde*: SIL. 6, 36 late stagnantem caede et facilem -ere terram ense fodit. *dub.*: CALP. ecl. 7, 69 quotiens sŏl⟨a⟩ -entis (*Haupt*; *variant codd.*) harenae *amphitheatri* vidimus inverti [*Haupt*; in partes *codd.*]). div. 1, 97 caelum -isse visum est (1, 99. VERG. Aen. 9, 20 medium video -ere caelum [SERV. chasma dicit factum, id est subitam aëris disruptionem *eqs.* SERV. auct.: in auguralibus libris inter ostenta etiam caelum -isse dicitur. DON. rescinditur ... caelum; ... hiatibus aperitur]). LVCR. 3, 17 moenia mundi

[*Graeber*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-unt. VERG. georg. 3, 24 scaena *versilis* ut versis -at frontibus. SEN. Herc. O. 1119 -et via Tartari, fractis ut pateat polis? benef. 3, 37, 2 -isse creditum est ignes et utrimque flamma recedente limitem adapertum. nat. 1, 2, 5 nonnumquam ab aliqua parte rumpuntur *coronae* (ἅλωες), et inde ventum nautici expectant, unde contextus coronae perit: si a septentrione -ssit aquilo erit, si ab occidente, favonius. LVCAN. 3, 654 -ssit medium . . . pectus ad ictus. *acced. abl.*: CIC. off. 3, 38 (*affert* NON. p. 99 *s. v.* -ere, hiare, dividi, distendi) cum terra -isset magnis quibusdam imbribus, descendit *Gyges* in illum hiatum. LVCAN. 6, 382 -ssit vomere sulcus. CLAVD. rapt. Pros. 2, 187 duros Trinacria nexus solvit et immenso late -ssit hiatu. *acced.* in (*additur* ex *l. 20*): LVCR. 3, 640 quod scinditur et partes -it in ullas, scilicet aeternam sibi naturam abnuit esse (SEN. Oed. 321 ecce pugnax ignis in partes duas -it et se scindit unius sacri discors favilla. dial. 8, 5, 5 quis fuerit universi status, antequam singula in partes -rent [*vulg.*, descend- *A*, *fortasse* singulas in p. . . . -ret]. *cf.* epist. 89, 3 quicquid in maius crevit, facilius agnoscitur, si -ssit in partes. FAV. EVL. p. 3, 11 unum solum recte dicetur, quod in partes sui divisione ⟨non⟩ -at). SEN. nat. 3, 30, 1 a primo die mundi, cum in hunc habitum ex informi unitate -ret. 7, 16, 2 cometen . . . -isse in duas stellas. LVCAN. 6, 360 palus multos -ssit in amnes. VAL. FL. 1, 570 *fulmen* in bifidum -ssit iter.

(II) *de glacie i. q. dilabi, discuti, liquescere*: SEN. nat. 4, 5, 2 quicquid . . . glaciatum et astrictum est, relaxari; tunc flumina gelata -ere. (III) *de rebus liquidis spirabilibusque i. q. dissolvi, dissipari, diffluere*: LVCR. 3, 435 quassatis undique vasis diffluere umorem et laticem -ere cernis. VERG. georg. 4, 359 alta iubet -ere late flumina, qua iuvenis gressus inferret. LVCAN. 3, 632 aequora -unt mersā diducta carinā (ADNOT. dividuntur). STAT. Theb. 4, 585 -unt nebulae. in: LVCR. 3, 400 sine mente animoque nequit residere per artus . . . pars ulla animai, sed comes insequitur facile e⟨t⟩ -it in auras (3, 436 nebula ac fumus quoniam -it in auras. SIL. 13, 647 spiritus . . . in auras. *cf. etiam syn.*: LVCR. 3, 455 dissolvi . . . omnem animai naturam, ceu fumus, in altas aeris auras). 3, 477 hominem cum vini vis penetravit acris et in venas -ssit diditus ardor. 4, 870 umor . . . -it in omnia quae loca cumqua poscunt umorem. *sensu finali*: SEN. nat. 1, 2, 2 cum in piscinam lapis missus est, videmus in multos orbes aquam -ere (descendere *codd.*). PLIN. epist. 6, 20, 18 caligo tenuata quasi in fumum nebulamve -ssit. (IV) *de terris, regionibus sim. i. q. diffundi, extendi, patere*: SEN. Thy. 649 post ista vulgo nota, quae populi colunt, in multa dives spatia -it domus. LVCAN. 9, 419 *Asia* -it (descendit *VG*) in ortus (*syn.* vergere). PLIN. nat. 2, 136 *Italiae* partes a septentrione -unt (descend- *al.*) ad teporem. β *incorporeis i. q. dividi*: QVINT. inst. 3, 6, 86 haec quattuor velut proposita formaeque actionis . . . in duo . . . genera -unt, rationale et legale. 12, 10, 58 altera est divisio, quae in tres partes et ipsa -it (descendit *G*). FAV. EVL. p. 4, 9 divisus hic nunc numerus (*i. dyas*) . . . aequali sectione -it.

2 ***disiunctio** quaedam indicatur*: **a** *de personis i. q. se avertere ab aliquo, quocum quis societate quadam sive communione, amicitia sive pactione sive alio pietatis fideive vinculo coniunctus conexusque est i. q. deserere, deficere (propria cedendi notio, quae supra I A 2 subaudiebatur, magis magisque evanescit)*: α *generatim*: a, ab: CIC. Sull. 52 si tum se cum Catilina societate sceleris coniunxerat, cur ab eo -bat? Cael. 10 ad quem si accessit aut si a me -ssit umquam. Deiot. 13 a Pompeio (*cf.* div. 2, 79). ac. 2, 69 numquam a Philone -ssit, nisi posteaquam ipse coepit, qui se audirent, habere. Lael. 42 ne existiment ita se alligatos, ut ab amicis in magna aliqua re publica peccantibus non -ant (*cf.* 75 saepe incidunt magnae res, ut -endum sit ab amicis). Att. 7, 11, 1 (*verba Pompei*) Labienus -ssit a Caesare (*cf.* 12, 5). CAES. Gall. 5, 56, 3 Caesaris secutum fidem ab eo non -isse. civ. 3, 60, 3 -ere ab nobis et novam temptare Fortunam novasque amicitias experiri. LIV. 43, 6, 7 *Lampsaceni* commemorantes -isse se a Perseo . . ., cum sub dicione Persei . . . fuissent. QVINT. decl. 283 p. 148, 5 -e ab insipiente, ab insano. PAPIN. dig. 35, 1, 72 pr. a liberis (*ibid.* 1). IVST. 29, 4, 11. EPIT. Alex. 9 ab amicitia (PS. HIL. libell. 19 p. 747^{C} a familiari conversatione). HEGES. 2, 5, 1 a Romanis. VVLG. Sirach 38, 12 *medicus* non -at a te (ἀποστήτω). act. 13, 13 (ἀποχωρήσας). 15, 38 ab eis de Pamphylia (ἀποστάντα). 15, 39 facta est . . . dissensio ita, ut -rent (ἀποχωρισθῆναι) ab invicem (AVG. in psalm. 140, 2). 19, 9. HIER. chron. a. Abr. 1604 Euboea ab Atheniensium societate (1673). AVG. adv. Don. 5, 7 p. 104, 18 ab eis etsi non corporaliter segregatione, tamen spiritali vitae dissimilitudine et morum diversitate -unt. c. Gaud. 2, 4, 4 p. 259, 10 quare vos . . . ab unitate . . . ecclesiae nefario schismate -itis et . . . in eadem discessione (discissione *vulg*) persistitis? (2, 10, 11 p. 267, 10 unde *i. ex ecclesia. cf* HIL. trin. 7, 4 -entibus ex ea [*i. ecclesia*] haereticis [*opp.* manere]). SVLP. SEV. chron. 1, 41, 1 pars populi ab *rege* offensa -it. ZACCH. 2, 17 p. 1139^{B} a credulitate catholica (*syn.* a cuius pace . . . recesserunt. *cf.* EPIST. pontif. 292 (*a. 404*) Migne 20, 486^{C} episcopi . . . a pace omnium -derunt [dissederunt *Sirm.*]). CONC. Rom. a. 501 p. 432, 5 *clerici* ab episcopo suo . . . contra regulas -erunt et schisma fecerunt. *adde*: LVCAN. 8, 80 nunc sum tibi gloria maior, a me quod fasces et quod pia turba senatus tantaque -ssit regum manus. *absolute* (*exempla fere accedunt ad notionem propriam*): SEN. epist. 9, 8 paravit amicum adversum vincla laturum opem: cum primum crepuerit catena, -et. 20, 7 -et, quisquis non te, sed aliud sequebatur. DRAC. laud. dei 3, 603 abiere parentes et quibus impendi mox -ssere propinqui vel quicumque fuit subito -ssit amicus, agmina servorum fugiunt. VEN. FORT. Mart. 4, 352 *illum* solum -esse querellans, cui non complacuit communio noxia fratrum. β *speciatim*: (I) *de deo hominem deserente* (*adde l. 19*): VVLG. psalm. 21, 12 ne -sseris a me (34, 22. 37, 22). AVG. in euang. Ioh. 78, 1 quamvis deus . . . -at ab eorum cordibus, qui eum relinquunt moribus, non pedibus. ACT. Petr. 18 *syn.* recedere. (II) *de homine a deo deficiente*: a, ab: ITALA deut. 7, 4 (Aug. loc. hept. 5, 23 p. 604, 9) -ere . . . faciet filium tuum a me (ἀποστήσει, VVLG. seducet filium tuum, ne sequatur me). Ier. 17, 5 (Aug. c. Faust. 13, 8) a domino -it cor eius (ἀποστῇ, VVLG. recedit). HIL. in psalm. 118 samech 10 p. 493, 6 *deus* spernit -entes a se, quos apostatas vocant. *ibid. saepius.* 120, 8 p. 564, 2 cum ab eo (*i. deo*) per peccata -ssimus . . ., discessionem nostram ab eo consequitur abscessio eius a nobis, quia nos ab eo per peccata -imus, et -ente eo a nobis in omnes delictorum foveas incidimus (*ibid. syn.* abscedente *deo*). epist. 21, 7, 2 non locorum spatiis, sed affectu aut esse nos cum deo aut ab eo -ere (abscedere *al. cf.* 21, 7, 1). FILASTR. 105, 3 p. 77, 14. VVLG. psalm. 79, 19 non -imus a te. Hebr. 3, 12 cor malum incredulitatis -endi a deo vivo (ἀποστῆναι). AVG. gen. ad litt. 8, 12 p. 250, 6 a *deo* non locorum intervallis, sed voluntatis aversione -itur. *absolute*: ITALA num. 31, 16 (Monac.) hae (*i. feminae*) . . . fuerunt filiis Israel secundum verbum Balaam causa -endi et contemnendi verbum domini (ἀποστῆσαι, VVLG. praevaricari). Ier. 17, 13 (Sangall.) qui -erunt (ἀφεστηκότες, VVLG. recedentes a te).

b *de rebus: i. q. dirimi, separari, seiungi, solvi*: α *sensu passivo*: *absolute*: VARRO rust. 1, 50, 3 *in arca stramentum* -it (*sc. a spica*) in aperto loco palam, a quo potest nominata esse palea. a, ab: a *re*: CIC. fin. 1, 66 ut . . . virtutes . . . sic amicitiam negant posse a voluptate -ere (*syn.* seiungi). QVINT. decl. 278 p. 135, 5 neque a beneficiis meis appellatio ista (*sc. nomen patris*) -et. *t. t. ICTORUM*: ab *homine*: IVLIAN. dig. 30, 81 pr. dominium a priore legatario non -it (30, 82 pr. VLP. dig. 23, 3, 9, 1 *bis. cf.* 13, 1, 10, 3 *absolut.*). VLP. dig. 18, 2, 11 pr. res a venditore. PAVL. dig. 10, 2, 15 *usus fructus* a personis (MOD. dig. 7, 1, 51 GAIVS inst. 2, 30). GAIVS inst. 1, 170 a cessicio tutela -it et revertitur ad eum, qui *eqs.* *abl. separat.*: PROP. 2, 7, 7 citius paterer caput hoc -ere collo (*cf.* OV. epist. 15, 153 ante recessisset caput hoc cervice cruenta). LVCAN. 6, 347 postquam -ssit Olympo Herculea gravis Ossa manu (ADNOT. separata est). β *sensu mediali*: a, ab: VITR. 2, 8, 2 simul . . . calx . . . ab harena -at et dissolvatur, item caementa non possunt cum his cohaerere. PLIN. nat. 28, 126 *lac schiston* ablatum . . . igni refrigeratione dividitur et -it serum a lacte. 33, 99 *argentum vivum* ab auro. CHIRON 629 si ungulae a corona -erint et excalciaverint (excaldaverint *cod.*, excaliglaverint *Oder. cf.* 733 omnis coniunctio ungularum separata decadit et excaliglat). in: CELS. 5, 28, 17 p. 220, 3 squamulae ex summa cute -unt. PLIN. nat. 33, 95 eodem opere ignium (*i. excoquendo*) -it pars in plumbum, argentum autem innatat superne, ut oleum aquis. *absolute*: CHIRON 578 si unguis -erit (*cf. l. 47 sq.*).

B *vi praepositionis evanescente*: **1** *de hominibus* (*de bestiis v. p. 1288, 77 sqq.*): **a** *i. q. se avertere* (*se convertere p. 1287, 60 sqq.*), *se abdicare, desistere, recedere, omittere*: α *generatim*: a, ab *homine*: CIC. ac. 2, 82 ab hoc credulo (*i. Epicuro*) . . . -amus. TERT. resurr. 3 p. 29, 9 -e . . . ab ethnico, haeretice. ITALA II Thess. 3, 6 (Cypr. testim. 3, 68) ut -atis ab omnibus fratribus (στέλλεσθαι, VVLG. subtrahatis vos). VVLG. act. 5, 38 -ite ab hominibus istis et sinite illos (ἀπόστητε). 22, 29 -erunt ab illo, qui eum torturi erant (ἀπέστησαν). *acced. gerundiv.*: CIC. div. in Caec. 5 non omnino a defendendis hominibus sublevandisque. rep. 2, 69 ut numquam a se ipso intuendo contemplandoque -at. a, ab *re*: CIC. Manil. 5 *illum* magnis rebus gestis ab eo bello -ere (CAES. Gall. 7, 33, 1 a bello atque hoste. STAT. silv. 3, 2, 128 ab emerito . . . bello. CAPITOL. Aur. 22, 8 a bellis. IVST. 2, 12, 7. *cf. etiam* LIV. 37, 26, 13 ab sua parte belli). Phil. 5, 41 ab armis (8, 33 *opp.* adire. Att. 11, 6, 2. 15, 22 CAES. Gall. 5, 41, 8. civ. 1, 9, 5. 1, 26, 4 aequis condicionibus. 3, 10, 3. 3, 16, 4. HIRT. Gall. 8, 52, 4 -ret uterque ab armis exercitusque dimitteret. SALL. Catil. 34, 1. 36, 2 Iug. 21, 4 LIV. 3, 17, 2. 9, 14, 1. 29, 2, 3 QVINT. decl. 323 p. 269, 21. TAC. hist. 2, 38 *syn.* ponere bellum. IVST. 6, 6, 1). de orat. 2, 144 a iudiciis causisque. Brut. 314 a sperata dicendi gloria. leg. 1, 60 quom animus cognitis perceptisque virtutibus a corporis obsequio indulgentiaque -erit. fin. 4, 39 *ratio* non -it ab eorum curatione, quibus praeposita vitam omnem debet gubernare. epist. 9, 19, 1 a malitia non -is. 9, 26, 1 a quibus *sc. litteris i. studiis* (*cf. p. 1287, 55 sq.*). 12, 18, 1 et in summum otium te ire . . . et ab impendentibus magnis negotiis -ere (NERAT. dig. 2, 14, 58 *ibid. iterum.* IVLIAN. dig 18, 5, 5 pr. *cf. p. 1287, 71 sq.*). PS. CIC. exil. 7 cedo invitus de re publica . . . -o ab re publica victus audacia malorum. CAES. civ. 1, 2, 5 a sua sententia. 2, 31, 3 ab oppugnatione castrorum (BELL. Alex. 44, 5. *cf.* VAL. MAX. 5, 1, 5 ab obsidione [QVINT. decl. 323 p. 269, 23 AVG. civ. 3, 20]). BELL. Alex. 15, 7 necessario -ssum ab arte est propter angustias loci atque omne

[Graeber]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

certamen in virtute constitit. Liv. 42, 43, 4 -entibus a societate communis concilii Boeotorum quibusdam populis. Vitr. 7, 5, 8 quae commonefacere potui, ut ab errore -atur in opere tectorio (*cf.* Sen. benef. 4, 38, 1 non est levitas a cognito et damnato errore -ere. Zacch. 1, 1 p. 1073^{C} convictus ab errore -as. *v. etiam infra l. 59*). Sen. nat. 3 pr. 18 a sordidis. epist. 48, 11 ab ingentibus promissis. 74, 12 ab hoc -e iudicio. 78, 18 ad alias cogitationes avertere animum et a dolore -ere. 95, 32 non erat animus ad frugalitatem magna vi reducendus, a qua paulum -erat. Lvcan. 5, 261 liceat -ere, Caesar, a rabie scelerum. Plin. nat. 18, 206 quo . . . laetior mens -at a caelo (*sc. perlustrando*) et facta sentiat, quae futura praenosci non possint. Ps. Qvint. decl. 14, 1 p. 265, 17 a deterrimae mulieris caritate. Tac. ann. 1, 43 -ite a contactu ac dividite turbidos. Plin. epist. 1, 6, 1 non tamen ut omnino ab inertia mea et quiete -rem. Ivlian. dig. 5, 4, 7 a communione (10, 2, 51, 1. Vlp. dig. 10, 2, 16 pr. a communione usus fructus. 10, 3, 6, 1. *cf.* Apvl. met. 10, 14 ab isto . . . nexu communionis). 12, 2, 40 ab omni controversia (Vlp. dig. 44, 5, 1, 2 Pavl. dig. 4, 8, 19, 1. *cf.* 12, 6, 43 ab omni contentione). 18, 2, 17 a priore emptione (Pompon. dig. 18, 5, 2 Papin. dig. 46, 3, 95, 12. Vlp. dig. 18, 2, 4, 2 *opp.* ad secundam pervenire. 38, 5, 1, 13. 16. Pavl. dig. 4, 2, 21, 4 ab emptione locatione. 18, 5, 7, 1). 36, 4, 6, 1 a possessione (*syn.* de possessione decedere. Vlp. dig. 10, 2, 18, 6. 42, 5, 33, 1). Pompon. dig. 12, 2, 42 pr. ab omni condicione (*ibid. iterum*). Afric. dig. 18, 2, 18 a priore venditione (Scaev. dig. 18, 5, 8 Pavl. dig. 20, 6, 10). Maecian. dig. 40, 5, 35 a causa testamenti. Scaev. dig. 4, 4, 47, 1 a toto contractu (Vlp. dig. 18, 2, 4, 2). Tryph. dig. 26, 3, 10 a *prima voluntate* (*cf. al. sens. p. 1288, 62sq.*). Vlp. dig. 6, 1, 35 pr. a proprietate. 12, 4, 1 pr. a lite (Pavl. dig. 12, 6, 65, 1 Evgraph. Ter. Phorm. 633 [Ter. ut . . . his desistat litibus]). 20, 6, 4, 1 a pignore. 38, 5, 1, 12 a re. 39, 1, 5, 4 ab opere (*aliter p. 1279, 46sqq.*). 41, 2, 10 pr. a conductione. 42, 1, 15, 9 a nomine. 46, 2, 8, 3 ab obligatione iudicati (Pavl. dig. 46, 2, 30 a prima obligatione in universum). 46, 5, 10 a prima stipulatione prorsus. 49, 1, 3, 3 an liceat ei -ere ab hac (*sc. causa appellandi*) et aliam causam allegare? 50, 5, 13 pr. ab eo (*i. sacerdotio*). Marcian. dig. 20, 4, 12, 4 ab hypotheca in totum. 20, 6, 5 pr. *bis*. Tert. nat. 1, 1 utique ab iniustitia priore. Capitol. Maximin. 4, 8 a militia (*cf. l. 75sq.*). Ivst. 6, 7, 12 velut ex placito consensu a proelio -itur. Amm. 21, 3, 4 nusquam a tutela . . . Galliarum. Veg. mil. 4, 27 a laboris intentione. Chiron 27 a quibus *adiutoriis* (*sc. ustione et sanguinis detractione*) numquam -i potest. Vvlg. II par. 35, 15 nec puncto quidem . . . a ministerio. Sirach 7, 2 -e ab iniquo (ἀπόστηθι. *cf.* 35, 2 ab omni iniquitate [II Tim. 2, 19]). Rvfin. Adamant. 5, 28 a praesumptione animi . . . falsa et dogmatibus *falsis*. Pomer. 2, 24, 2 ab omnibus omnino vitiis. Cod. Iust. 6, 30, 22, 13 et adire hereditatem et sine damno ab ea -ere. Pass. Petr. 8 a maritali toro. *adde*: Avg. civ. 21, 27 etiamsi *non* ab eis (*peccatis*) vita (*i. homo, quamdiu vivit*) -at (-ant *al.*) in melius commutata. e *re*: Cic. epist. 15, 4, 6 perfeci, ut e regno ille -ret. Amm. 28, 1, 44 e vicaria potestate. de *re*: Vlp. dig. 42, 5, 9, 6 inde de possessione (Marcian. dig. 42, 5, 35 de possessione. 46, 3, 40). *abl. separat.*: Sil. 3, 88 -e periclis incerti Martis durosque relinque labores. Pompon. dig. 43, 26, 15, 4 quia non -erit animo possessione (Afric. dig. 41, 2, 40, 1. *cf. supra l. 49*). Scaev. dig. 36, 1, 81 toto. Ivvenc. 4, 604 iusti -ere poena. Fvlg. Virg. cont. p. 106, 9 bello (*cf. p. 1286, 64sqq.*). Boeth. herm. sec. 2, 3 p. 79, 8 labore. *adverb.*: Cic. Att. 2, 16, 3 incumbamus . . . ad illa praeclara studia et eo, unde -ere non oportuit, aliquando revertamur (*cf. p. 1286, 77*). Ivlian. dig. 8, 5, 18 inde (*sc. ex bonis adversarii; opp.* possidere). Vlp. dig. 42, 5, 9, 6 *v. supra l. 49*. Rvfin. Greg. Naz. orat. apol. 37 p. 31, 24 ad paganorum errores, unde -ssum fuerat, redire (ἦν πεφεύγαμεν. *cf. supra l. 3sqq.*). ad: Varro ling. 8, 31 cum -ssum e⟨s⟩t ab utilitate ad voluptatem. Venvl. dig. 45, 2, 12 pr. actor ad alia negotia. Amm. 14, 6, 4 *populus* iam . . . vergens in senium . . . ad tranquilliora vitae -ssit (26, 7, 1 ad pacatiora iam vitae). 25, 4, 12 ad vitam . . . privatam (*absolute*: Amm. 24, 3, 7). 28, 6, 25 ad otium. *absolute*: Cic. de orat. 2, 213 neque assiliendum statim est ad genus illud orationis . . . nec cum in eam rationem (*sc.* πάθους καὶ ἤθους) ingressus sis, celeriter -endum est. Ivv. 7, 50 si -as, laqueo tenet ambitiosi consuetudo mali. Imp. Hadr. Call. dig. 49, 14, 3, 6 facilius invenientur conductores, si scierint fore ut, si peracto lustro -ere voluerint, non teneantur. Vlp. dig. 18, 2, 2 *sc. ab emptione* (19, 1, 13, 27 ut aut stetur emptioni aut -atur. Dig. 18, 5 tit.). Pavl. dig. 3, 5, 15 si ab initio ad unum negotium accessit, ut finito eo -ret (*cf. p. 1286, 78sq.*). 19, 2, 54, 1. 37, 9, 2 *sc. ex possessione* (*cf.* 41, 2, 3, 9 Ivlian. dig. 41, 5, 2 pr. Vlp. dig. 39, 2, 15, 34). Amm. 24, 3, 7 *v. supra l. 64*. Cod. Iust. 12, 19, 3 in scriniis palatii militantes . . . post *tot* annos transactae militiae si -endum sibi esse decreverint (*cf. supra l. 36*).

β speciatim: (I) *de transitione rhetorica*: a, ab (*additur* ad *p. 1288, 3*): Cic. Planc 6 -am ab ea contentione, ad quam tu me vocas et veniam ad illam *eqs.* (*cf. p. 1288, 27sqq.*). ac. 2, 115 -amus a nobismet ipsis, de sapiente loquamur. fin. 3, 20 quoniam . . . ab his principiis naturae -ssimus. div. 1, 47 -o parumper a somniis, ad quae mox revertar. off. 1, 53 ut . . . ab illa infinita (*sc. societate hominum*) -atur *eqs.* Vitr. 7, 2, 1 cum a pavimentorum cura -ssum fuerit tunc de . . . operibus est explicandum. Sen. contr. exc. 3, 4 ut a patris potestate -as et ad aestimationem beneficii venias (*an* -amus . . . veniamus?). Plin. nat. 12, 107 (*alluditur ad notionem propriam*) -ssimus a terris oceanum spectantibus ad convexas in nostra maria. 20, 264 -uri (-ssum *codd.*) ab hortensiis unam compositionem . . . subteximus. Amm. 23, 5, 17 a vetustate. *adverb.*: Qvint. inst. 7, 1, 20 -amus hinc quoque (*argumento infirmiore dimittendo, syn.* omittere, remittere). Hier. epist. 3, 6 ut ad id redeam, unde -eram. (II) -ere ab *aliquo i. q. aliquem praeterire silentio, excipere*: Cic. de orat. 1, 191 ut ei (*i. Aculeoni*), quom ab hoc (*i. Scaevola*) -eritis, nemo de iis qui peritissimi sunt, anteponatur. Scaur. 3 quis invenitur, cum ab Aiace fabulisque -sseris, . . . qui *eqs.* Att. 1, 17, 5 amoris . . . erga me, cum a fraterno amore domesticoque -ssi, tibi primas defero. epist. 1, 9, 18 cum a vobis meae salutis auctoribus -erim, neminem esse, cuius *eqs.* 6, 12, 2 omnes Caesaris familiares . . . habeo implicatos consuetudine . . . sic, ut, cum ab illo -erint, me habeant proximum. Tusc. 2, 33 a te enim malo -ere, sed ille *eqs.*

b *se avertere, recedere ab eo quod par, iustum, propositum est i. q. deflectere*: a, ab: Varro ling. 6, 44 ab eadem mente . . . dictum et amens, qui a mente sua -it (*vulg.*, descendit *codd.* *cf.* Pavl. Fest. p. 159 demens *dicitur*, quod de sua mente decesserit et amens, quod a mente abierit. *v. etiam l. 47*). Cic. de orat. 1, 152 si quando in dicendo scriptum attulerit aliquid, cum ab eo -erit, *eqs.* (*cf.* div. in Caec. 47 si ab isto libro, quem tibi magister ludi . . . dedit, verbo uno -sseris. fin. 4, 10 *non* a commentariolis suis -ere). orat. 36 Ennio delector . . . quod non -it a communi more verborum. 65 a re saepe -unt, intexunt fabulas (*i. q. aberrant, digrediuntur*). 109 an ego Homero, Ennio . . . concederem, ut ne omnibus locis eadem contentione uterentur . . . ipse numquam ab illa acerrima contentione -rem? (*cf. p. 1287, 78*). 111 *Demosthenes* illud modum quotiens vult arripit et a gravissimo -ens (descendens *Schütz*) eo potissimum delabitur. top. 32 tralatione . . . utens -bat a verbis propriis rerum ac suis. Verr. 3, 107 propter cuius auctoritatem . . . *ille* ab omnium Siculorum consuetudine -ret et civem Romanum cognitorem daret (Font. 12 quam longe videar ab consuetudine mea et cautione ac diligentia -ere. Bell. Hisp. 29, 7 neque tamen illi a sua consuetudine -bant, ut *eqs.*). Cluent. 146 multo esse indignius in ea civitate, quae legibus contineatur, -i ab legibus (Gell. 11, 18, 10 a lege illa decemvirali. Apvl. mund. 38 a sacra lege [*Plato leg. 4 p. 716a* ἀπολείπεσθαι]. *al.*). fin. 4, 41 a natura (Sen. epist. 99, 17. *cf.* Cic. off. 1, 67 nihil a statu naturae . . ., nihil a dignitate sapientis [*cf.* Amm. 27, 6, 14]). 4, 44 a superiorum auctoritate. ac. 2, 58 ab hac (*sc. regula*) mihi non licet transversum, ut aiunt, digitum -ere (*cf.* Att. 13, 20, 4 in omni vita sua quemque a recta conscientia transversum unguem non oportet -ere. *cf. p. 1278, 81sqq.*). Tusc. 4, 42 ubi semel a ratione -ssum est (*cf.* off. 1, 80 praesenti animo uti et consilio nec a ratione -ere. *v. etiam p. 1289, 14*). div. 2, 114 ille . . . Graecus . . . a constantia atque a mente (*cf. l. 20sq.*) atque a se ipse -ssit (*cf.* Brut. 273 nescio quomodo discessu meo -ssit a sese ceciditque. fin. 5, 33 prius a se poterit quisque -ere, quam appetitum earum rerum, quae sibi conducant, amittere). off. 1, 32 ab officio (Caes. Gall. 1, 40, 2 tam temere . . . ab officio). 2, 6 ab hoc discendi genere. 3, 79 a fide iustitiaque (Schol. Germ. Bas. p. 65, 25 temere ab aequitate atque iustitia. Sen. suas. 1, 12 a fide. Vvlg. I Tim. 4, 1 a fide [ἀποστήσονται]). epist. 9, 16, 3 a iure (Papin. dig. 46, 6, 12. Amm. 28, 1, 40 a iure . . . iustitiaque crebro -ens ferreus cognitor). Vitr. 2, 8, 5 a quadrato. 5, 6, 7 ab symmetria. Val. Max. 4, 3, 12 multum a prisca continentia. Sen. epist. 122, 5 hoc est luxuriae (*i. hominum luxuriosorum*) propositum . . . nec tantum -ere a recto, sed quam longissime abire, deinde etiam e contrario stare. Qvint. inst. 8, 6, 28 pusillum a vero. 12, 2, 14 ab illa cavillatione. 12, 2, 26 a suscepta semel persuasione. Fronto p. 148, 7 N. ab eloquentia. Scaev. dig. 50, 1, 24 a forma observata. Florent. dig. 35, 2, 90 a voluntate eius, qui testamentum fecit (*cf. alio sensu p. 1287, 26*). Vlp. dig. 47, 12, 3, 5. Tert. adv. Marc. 5, 2 p. 572, 9 ab ordine creatoris per fidem dei alterius. nat. 2, 4 -itur vocabuli interpretatione pariter et divinitatis opinione. Porph. Hor. epod. 2, 67/8 ab ea *vita*, in qua consueverit. Don. Ter. Phorm. 6 a sublimitate tragica. Amm. 17, 14, 1 nusquam ab utilitate Romanae rei maiestateque (*fere i. q. neglegere*). Vvlg. psalm. 118, 118 a iudiciis tuis. Rvfin. Adamant. 5, 25 corpus . . . dixit *Paulus* et sive id immortale sive gloriosum . . . dixit, nusquam tamen a corporis appellatione -ssit. Avg. c. mend. 7, 10 p. 428, 21 cum tanto quisque ab aeternitate -at, quanto a veritate -it, absurdissimum est dicere -endo inde posse ad boni aliquid aliquem pervenire (Praedest. 1, 23 p. 595^{A}. *v. etiam p. 1289, 25*). Cassiod. inst. div. 15 p. 1127^{B} a recto calle. Pallad. hist. mon. I 15 p. 292^{D} a naturali . . . prudentia. Bened. reg. prol. 101 ab *Christi* numquam magisterio. *adde de bestiis*: Cic. Tusc. 5, 38 bestiis aliud alii praecipui a natura datum est, quod suum quaeque retinet nec -it ab eo (*syn.* manet in lege naturae). *adverb.*: Sen. epist. 90, 39 nulla nos finium propagatio eo (*i. ad statum beatum, in quo pauperes non inveniebantur*) reducet, unde -ssimus (*sc. per avaritiam*). Avg. c. mend. 7, 10 inde (*cf. supra l. 73*).

c *i. q. oblivione obrui, evanescere, perire*: Clavd. 1, 173 ante *fient* ἀδύνατα . . ., quam Probus a nostro possit -ere sensu (*cf.*

[Graeber]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

infra l. 63sq.). CARM. epigr. 116 (= CORP. VIII 1557) de animo certa es quia numquam disced⟨es⟩ meo.

ditione firmamenti aquarum -etarum nomine angelos significatos. OROS. hist. 5, 19, 12 cum permixtim corpora ad sepulturam -rentur. SACR. Leon. 373 p. 75, 10 deus qui diem -is et noctem, actus nostros a tenebrarum distingue caligine. COD. Iust. 5, 30, 5, 2 haec ... et nominum et rerum foeda confusio est; -etis itaque omnibus (sc. nominibus et rebus) eqs. indicatur res, qua quid disiungitur: ablat. instr. (cum his exemplis ea coniunxi, in quibus abl. non tam instrumenti, quam velut rei efficientis habendus est, cf. l. 14 sq. 22. additur a l. 22. 24. 30 al., abl. separat. l. 60): VARRO ling. 5, 129 discerniculum, quo -itur capillus (cf. p. 1295, 74 sqq.). VERG. Aen. 4, 264 tenui telas -erat auro (i. aureo subtemine; item 11, 75). HOR. carm. 1, 18, 11 cum fas atque nefas exiguo fine libidinum -unt avidi (cf. p. 1298, 48). LIV. 23, 31, 9 utraque aedes in Capitolio est, canali uno -etae. 27, 39, 9 duas ... urbes magno inter se maris terrarumque spatio -etas (v. p. 1298, 15 sq. 44. 1299, 1 sq. 29. cf. CVRT. 4, 11, 13 terras ingenti spatio intervalloque [PLIN. nat. 2, 50. 4, 92 AMM. 20, 6, 9] -etas [desertas codd.]. PLIN. nat. 2, 12 certis -eta spatiis tot sidera. 4, 103. PALLAD. 4, 9, 2 semina spatio semipedis [4, 9, 10]. EVSTATH. Bas. hex. 2, 7 p. 888^{A} lucem et tenebras prolixis a se spatiis et destituit et -vit). MANIL. 1, 126 seu permixta chaos rerum primordia quondam -vit partu (cf. p. 1296, 46 sq.). CELS. 8, 1 p. 324, 16 narium duo foramina osse medio -untur. MELA 3, 33 Sarmatia ... ab his quae sequuntur Vistula amne -eta (cf. PLIN. nat. 3, 6. 31 Narbonensis provincia ... amne Varo ab Italia -eta. 3, 116. 5, 70. 6, 25 illo amne ... et illis montibus [cf. 8, 224]. adde p. 1298, 46 sq.). PLIN. nat. 2, 33 ut convolutus aer ... fundatur adverso siderum verbere -etus et digestus. 2, 77 Iovis sidere ... sexaginta partibus -eto (sc. a Martis sidere; opp. triquetro). 2, 168 angusto -eti oceani situ restagnatio (AVIEN. Arat. 710 bis gemino -eta situ micat ... lux). 5, 25 duas provincias ... -etas fossā. 6, 42 Atrapatene ab Armeniae Otene regione -eta Araxe fluvio. 12, 90 sarmenta fruticis sorte gemina -i. 13, 33 multis candidisque lignum in pomo palmae a carnibus -itur tunicis. 34, 121 misy concretum natura -etumque vi. STAT. Theb. 5, 559 saxo -etus ager. TAC. ann. 13, 41 quod moenibus cingebatur, ita atra nube coopertum fulguribusque -etum est, ut eqs. PLIN. epist. 9, 11, 2 tanta diversitate regionum -eta hominum iudicia. CENS. 17, 12 p. 34, 23 his ludis saecula -i. PANEG. 5 (8), 4, 2 orbis quadrifariam duplici -etus oceano. ARNOB. nat. 7, 28 p. 262, 17 omnis haec ratio longe est ab diis sita nec exigui limitis interiectione -eta (cf. infra l. 48). AVIEN. orb. terr. 108 -eta freto ... cacumina (CLAVD. 1, 228 medius geminas interfluit alveus urbes -etas subeunte freto). 693 Sestus ... atque Abydus parvo sale -untur. Arat. 317 Iustitia ... nullo -erat aëre regna. AMM. 22, 13, 3 scintillae omne quidquid contingi potuit, licet ⟨erecta⟩ -etum celsitudine, concremarunt. PROB. Verg. 6, 31 p. 335, 3 elementum quintum quasi proprium aethera ... privata mole -etum (sc. a ceteris elementis). HEGES. 3, 4, 1 Ascalon urbs tot stadiis ab Hierosolymitana urbe -batur et odiis ingentibus. CLAVD. 3, 381 tum tellus communis erit, tum limite nullo -etur ager (cf. supra l. 39). PAVL. NOL. carm. 27, 482 ut sit porticus una, et paries mediis spatio bipatente columnis culmine -etas aditu sibi copulat aulas (syn. disiunctus). MACR. sat. 1, 22, 8 ordo elementorum temporum numerositate distinctus, ... nexus aeternitate conductus, visione -etus. PHYSIOGN. 68 p. 87, 11 si ... ἰσχία solida et dura et -eta (distenta H) ossibus fuerint. 72 p. 90, 11 pedes imi -eti nervis et articulis (cf. 90 p. 119, 17 imi pedes -eti articulis. v. etiam p. 1306, 33 sqq.). MART. CAP. 2, 156 dehinc a lunari circulo usque in terram quidquid interpatet interstitii proprii partitione -itur (syn. disparare). 8, 838 haec ... tot signa circuli interiacentis ambitu -untur. ALC. AVIT. carm. 1, 15 iam pater omnipotens librantis pondere verbi undique collectis -erat arida lymphis. PRISC. periheg. 28 alii terris malunt -ere terras. ENNOD. epist. 1, 3, 8 p. 6, 25 barbaras nationes et a nostro limite toto paene orbe -etas. CASSIOD. in psalm. 17, 33 p. 132^{D} deus trinitas est inseparabilis personarum tantum, non substantiae distinctione -etā. NOVELL. Iust. 62, 2 pr. aliud ... capitulum propter honorem dignitates comitantem praesenti lege -endum esse perspeximus. ARATOR act. 1, 113 quattuor est laterum -etus partibus orbis. per: PRISC. periheg. 27 per mare ... fluviosque duos -itur orbis. nota: PORPH. Hor. carm. 3, 3, 46 sq. (medius liquor secernit Europen ab Afro) inde (i. a medio liquore sive mari Gaditano) ... -i incipiunt Europa et Libya. indicatur, a qua re disiungatur: ablat. separat. (cf. supra l. 9): CVLEX 375 vastum Phlegethonta pati, quo (instr.? loc.?), maxime Minos, conscelerata piā -is (-it codd.) vincula sede. PLIN. epist. 1, 8, 17 plebem ... limine curiae parietibusque (fort. instr., sc. a me). SIL. 14, 195 Messena ... minimum ... revulsa -eta Italia. AVIEN. Arat. 1238 signa (sc. Capra et Haedi) membris -eta aliis (i. Aurigae). PAVL. NOL. carm. 26, 222 exiguam Segor Sodomis -it (sec- al.) iniquis Lot fugiens (fere i. q. exitio eximit). 26, 342 daemone ... animam. DRAC. carm. 16, 1 corpore mentem. a, ab (additur abl. instr. v. supra l. 9): VAL. MAX. 4, 5, 6 divinus spiritus mortali -batur a corpore. POMPON. dig. 15, 1, 4 pr. peculii est id quod dominus ipse separaverit suam a servi rationem -ens. VLP. dig. 1, 1, 1, 1 aequum ab iniquo separantes, licitum ab illicito -entes. TERT. adv. Prax. 8 p. 238, 3 Valentinus probolas suas -it et separat ab auctore et ita longe ab eo ponit, ut eqs. p. 238, 26 nec frutex ... a radice nec fluvius a fonte nec radius a sole -itur, sicut nec a deo sermo (ibid. coniunctus, indiscretus, cohaerens). PORPH. Hor. carm. 1, 3, 21 sqq. (abscindere) ut terrae ... a mari -rentur. HIL. in Matth. 28, 1 fideles ab infidelibus separabit atque ab infructuosis fructuosa -et filius dei, haedos videlicet ab agnis. AMM. 14, 8, 7 Osdroenam ab hac descriptione (fere i. q. excludere). 21, 14, 5 animas a colluvione peccandi, immaculata corporis societate, -etas. cf. p. 1307, 29. 27, 9, 10 -vit ab aedibus sacris privatorum parietes isdem inverecunde conexos. AVG. civ. 11, 9 ab aquis utique terra -eta est. VINDIC. med. 9 p. 214, 2 humor tenuatus a lacte -itur (syn. secernere. cf. 32 p. 228, 6). EVSTATH. Bas. hex. 6, 2 p. 922^{A} dies a nocte -etus erat. e: MANIL. 5, 716 quartum quintumque genus -itur omni e numero summaque (aliter p. 1301, 8 sq.). PS. APVL. Ascl. 15 ea, quae vim solam concipiendi habent, ex alterius commixtione naturae ita -enda sunt, ut eqs. inter: PLIN. nat. 4, 103 tot Orcades modicis inter se -etae spatiis (cf. p. 1297, 14 sq.). indicatur, quas in partes dividatur: in: sensu finali (acced. ablat. causae l. 19): OV. met. 5, 324 septem -etus in ostia Nilus. PLIN. nat. 2, 110 vastitas caeli immensā -etā altitudine in tot signa. AVIEN. Arat. 970 orbita ... ista poli (i. circulus tropicus Cancri) partis si -atur in octo. 1496 totum -e in tempora mensem. MART. CAP. 1, 45 in tot ... caelum omne regiones. 3, 239 litterae consonantes -untur in semivocales et mutas. 3, 268 locus de fastigio in tria -itur. BOETH. mus. 3, 1 p. 269, 12 sesquioctavam proportionem ... in dimidia posse -i. COD. Iust. de emend. cod. 2 constitutiones ... in singula -etas capitula. sensu modali: PHYSIOGN. 52 si quidem longe atque in prolixum -atur mentum. nota dativ.: AVIEN. Arat. 813 nulli ... formae flammarum Iuppiter ignes -vit (fere i. q. nullam in formam eqs.).

β aliquem: STAT. Theb. 4, 524 Styx -etis interflua manibus obstat. TAC. hist. 4, 75 culpabant illum passum iungi (sc. eos), quos -etos intercipere licuisset. ITALA psalm. 67, 15 (Cas.) in -endo caelestes reges (sim. VVLG.; ἐν τῷ διαστέλλειν). PORPH. Hor. carm. 1, 13, 18 ita amoris vinculo inter se constricti sunt, ut numquam -i possint. AVG. civ. 11, 34 non illic apparet, ubi facti sint angeli, sed ubi -eti (cf. p. 1302, 84 sq.). PRISC. perihég. 7 populos ... per orbem -etos (cf. Dionys. perieg. 2 ἀνδρῶν ἄκριτα φῦλα, quae corrigere voluisse videtur PRISC.). COD. Iust. 6, 51, 1, 10e disiuncti (sc. disiunctim heredes scripti) ... ab ipso testatoris sermone apertissime sunt -eti (sc. a coniunctis). indicatur res, qua qui(s) disiunga(n)tur: ablat. instr. (additur a l. 45 sq. al.): LIV. 23, 33, 2 Philippus propior Italiae ac mari tantum Ionio -etus erat (cf. VAL. FL. 7, 13 Medea tam magno -eta mari). 31, 29, 12 alienigenae homines plus lingua et moribus et legibus quam maris terrarumque spatio -eti (TAC. hist. 1, 9 longis spatiis -eti exercitus ... non miscebantur. 4, 46. cf. p. 1297, 15 sqq.). CVRT. 10, 10, 7 a ceteris sui quisque imperii regione -eti (cf. l. 76). PLIN. nat. 4, 109 Tarne ... amne -eti a Tolosanis Petrocori (cf. 6, 29. TAC. hist. 1, 65 uno amne -etis conexum odium). TAC. hist. 1, 51 exercitus finibus provinciarum -bantur (v. p. 1297, 12. cf. 3, 15 discordes animis, -etos viribus hostium exercitus). 4, 64 illi Rheno -eta gens. ann. 13, 5 Agrippina velo -eta, quod visum arceret, auditus non adimeret (PLIN. epist. 4, 19, 3). TERT. nat. 1, 7 satis ... est nobis sola ver⟨itate⟩ a vestra positione -i. adv. Marc. 5, 18 p. 639, 4 creatoris extranei et longa separatione -eti. AMM. 16, 11, 14 illum cum exercitu quem regebat ... Gallico vallo -etum. 25, 4, 21 ab his consortiis (i. a municipalium ordinum coetibus) privilegiis aut origine longe -etos. PAVL. NOL. carm. 11, 52 donec ... -ar orbe (ab orbe B O) quolibet. ENNOD. dict. 18, 8 p. 477, 23 nescio qua sint criminum diversitate -eti, interim ... poena iungendi sunt. ablat. limit. (additur a l. 64, per l. 66): TAC. Germ. 38 Suebi propriis nationibus nominibusque -eti (cf. p. 1301, 2 sqq.). hist. 5, 5 Iudaei separati epulis, -eti cubilibus (sc. a ceteris nationibus). AVIEN. orb. terr. 1298 -eti populi, -eti finibus (ἀπὸ κοινοῦ?) agri ... Arieni. DICT. 4, 22 p. 85, 19 se Antenorem eadem stirpe, qua Priamum Graecis coniunctum, animo semper ab eo -i. AVSON. 166, 13 -eti quamquam tumulis et honore iacetis, commune hoc verbi munus habete: vale. AVELL. p. 20, 12 licet essent corpore -eti per intervalla regionum. ENNOD. epist. 4, 34, 2 p. 121, 25 inter habitatione -etos (9, 34, 1 p. 258, 22). per: cf. supra l. 66 et infra l. 82. 84. indicatur, a qua re disiungatur: ablat. separat.: homine: PAVL. NOL. carm. 26, 204 Christus inter iniquos condemnatus obit, nos ut -at iniquis. CARM. de Sod. 133 Loth -etus patruo. re: PAVL. PETRIC. Mart. 2, 564 templi faetorem chrismate Christi. COD. Iust. 10, 35 (34), 2, 9 extraneum ... heredem propinquitatis ... iure -etum. nota dativ.: CYPR. GALL. Ios. 161 femina ... fuit meritae donata saluti, civili -eta neci. a, ab (adde supra l. 40. 59 et p. 1299, 3, ab c. gerund. l. 81, accedit per l. 82. 84): CVRT. 10, 9, 18 CCC fere ... a ceteris -etos (cf. l. 45). TAC. hist. 4, 57 a legionibus. HIL. in psalm. 1, 9 p. 24, 28 cum per confessionem dei ab impietate -eti sint. myst. p. 8, 1 Cain per ipsam interpretationem (-is cod.) nominum (sc. Cain et Abel i. risus et fletus) -etus a sanctis. AMM. 14, 7, 21 a societate noxiorum insontes (cf. AVG. civ. 12, 9). 18, 5, 5 ab impetranda magisterii dignitate per obscuritatem adhuc longe -etus. 23, 6, 54 illi omnes paene collibus altis undique circumsaepti, ideo a mari -eti. SIDON. epist. 8, 2, 2 per dignitates solebat ultimo a quoque summus

[Graeber]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quisque -i. inter: TAC. hist. 4, 46 victores constituit modicis inter se spatiis -etos (*cf. p. 1297, 15 sqq.*).

nota se -ere (*accedit* a *l. 6 sq.*, e *l. 3*): AMM. 26, 6, 3 e medio se conspectu -vit. 29, 5, 54 manibus repens et pedibus longius (longius de *V*) sese -vit. AVG. civ. 16, 2 Cham ... medius Noe filius, tamquam se ab utroque -ens et inter utrumque remanens. VINCENT. LER. 24, 34, 7 quis umquam haereses instituit nisi qui se prius ab ecclesiae catholicae ... consensione -erit?

γ **absolute**: AVG. epist. 186, 12 p. 55, 8 quae sola *gratia* sic -it a poena, ut *eqs.*

b *subi. est res* (*nomen verbale infra l. 38. 40. exempla verbi passivi cum ablativo rei efficientis coniuncti sub αα collocare malui, cf. p. 1297, 7 sqq.*): α **aliquid**: VARRO rust. 2, 7, 10 inter singulas *equas* a praesepibus intericere longarios, qui eas -ant, ne inter se pugnare possint. SALL. Iug. 79, 3 neque flumen neque mons erat, qui finis eorum -ret (PORPH. Hor. carm. 3, 29, 28. AVIEN. orb. terr. 1031 Cydnus *flumen* ... mediae -it moenia Tarsi. *cf.* AVSON. 391, 6 maesti ... parentis oscula et amplexus -erat invidus amnis [*meton. i. parentem* oscula dare ... cupientem]). OV. fast. 2, 194 ubi -etas insula rumpit aquas (*Tiberis*). MANIL. 1, 635 *circulus meridianus* medium praecidit Olympum -itque diem. 1, 705 veluti virides -it semita campos. CELS. 4, 1 p. 121, 11 *saeptum transversum* non solum intestina, sed iecur quoque lienemque -it (*cf. l. 35 sq.*). PLIN. epist. 2, 17, 26 vicus, quem una villa -it (*sc. a mea villa*). PAPIN. dig. 31, 77, 18 permutatio rerum -ens communionem intervenit. CENS. 23, 8 p. 51, 1 partes diei bifariam tum divisi meridies -bat. AVIEN. Arat. 995 *aequator circulus* dividit ima noti -itque alta aquilonis. *indicatur res, qua quid disiungitur: ablat. instrum.*: CLAVD. 28, 364 *Rubicon* spatiis -ens gaudia parvis (*cf. p. 1297, 14 sqq.*). CARM. de aegr. Perd. 60 *sol* diem sextā magnum -erat horā. ISID. orig. 19, 31, 8 discriminalia capitis mulierum sunt vocata ex eo, quod caput auro -ant (*cf.* discerniculum 1 *p. 1295, 74 sqq.*). *indicatur, a qua re disiungatur: ablat. separat.*: PRISC. periheg. 16 Libyam Europae -it finibus amplis linea, quam *eqs.* (21 *syn.* disiungere). a, ab: CELS. 7, 4, 2 p. 267, 19 saeptum id, quod transversum a superioribus visceribus intestina -it (*cf. supra l. 22 sq. et infra l. 42 sq.*). 8, 1 p. 323, 18 duae *suturae* super aures tempora a superiore capitis parte -unt. PLIN. nat. 18, 185 runcatio ... segetem ... -it a caespite. AVIEN. orb. terr. 46 *sinus* Libycis Asiam -it ab oris. VEG. mil. 4 praef. p. 128, 10 agrestem ... hominum ... vitam a communione ... ferarum urbium constitutio prima -vit. POL. SILV. fast. Ian. 5 nonus dies *nonas* -it ab Idibus. CAEL. AVR. acut. 2, 34, 180 *membrana* (*i. diaphragma*) a visceribus -it intestina (*cf. l. 22 sq. 35 sq.*).

β **aliquem**: AMM. 22, 9, 13 qui locus Cappadocas -it et Cilicas. AMBR. obit. Valent. 79 p. 1382^{B} non vos -vit tumulus, quos non -bat affectus (*syn.* separare). PAVL. NOL. carm. 21, 287 quos -it sexus, consociat pietas. ENNOD. epist. 9, 5, 1 p. 231, 26 quos -it itinerum prolixitas, ... iungit affectio. CARM. epigr. 739, 3 -vit nos vita quidem, se⟨d⟩ vivet amoris indivisa fides. *indicatur, a qua re disiungatur*: a, ab: AMM. 17, 13, 16 ⟨quos⟩ a nostrorum acie ulterior -erat ripa.

γ **absolute**: PLIN. nat. 31, 4 *aquae* alibi frigidae alibi calidae, alibi iunctae ... tenui intervallo -ente. *acced. abl. instr.*: CATVLL. 64, 179 *patriae* petam montes? a, gurgite lato -ens (*sc. patriae montes a me, vel me a patriae montibus*) ponti truculentum ubi dividit aequor! inter: PS. HIL. libell. 5 *ut* esset, quod inter humana et divina -ret (*de caelo*). ISID. orig. 14, 5, 11 *ille mons* -it inter fecundam terram et harenas.

2 *speciatim de* ***praedestinatione*** *et salvatione i. q. seiungere, eligere servandi causa: subi. est deus sive qualitates eius personatae: accus.*: ITALA I Cor. 4, 7 (Aug. corrept. 7, 12 praed. sanct. 5, 9. 10) quis ... te -it? (*item* VVLG.; διακρίνει). HIL. myst. p. 3, 12 *Christus praefiguratione* ecclesiam -it (*sc. ortu Isaac*). AVG. epist. 186, 12 p. 55, 12 cum parvulos ipse -at deus, quos merita nulla -unt (*cf. l. 79*). *acced. ablat.* (*additur* a, ab *l. 68 sqq.*): AVG. civ. 14, 26 *deus* non eos iam meritis ..., sed gratiā -ens. corrept. 7, 12 -untur ... non meritis suis, sed per gratiam mediatoris. 7, 13 quicumque ... ab illa originali damnatione ista divinae gratiae largitate -eti sunt (*cf. infra l. 73*). c. Iul. 4, 131 ab eis dei misericordiā. c. Pelag. 3, 3, 5 quos ... deus a filiis diaboli non solum lavacro regenerationis, sed ipsius etiam ... fidei probitate -it. *acced.* a, ab: AVG. corrept. 7, 12 non sunt ab illa conspersione -eti, quam constat esse damnatam. *ibid.* ab illa perditionis massa (*cf. supra l. 68 et infra l. 78 sq. 80*). in euang. Ioh. 76, 2 dilectio sanctos -it a mundo. enchir. 99, 25 sola ... gratia redemptos -it a perditis, quos in unam perditionis concreverat massam ab origine ducta causa communis (*cf.* c. Iul. 4, 124 Israelitas ... pios ab his ... non -bat natura, sed gratia. *v. etiam l. 66 sqq.*). ex: AVG. c. Iul. 4, 131 quos ex massa perditionis non humana merita, sed gratia divina -it (*cf. supra l. 68. 73. 80*). de: AVG. epist. 214, 3 de massa illius perditionis ... non -it hominem ... nisi deus (*cf. supra l. 68. 73. 78*).

B ***latiore sensu: distinctio*** *indicatur*: **1** *i. q.* ***distinguere, dinoscere***; *passivum saepius i. q. differre*: **a** *subi. est persona*: α ***aliquid***: VARRO ling. 8, 48 his -etis (decr- *F*) partibus singulas perspice (*cf.* rust. 3, 1, 8 quae ipsa pars [*i. pastio*] duplex est, tametsi ab nullo satis -eta, quod altera est villatica pastio, altera agrestis). 9, 94 similitudinum -endarum causa (9, 109 *cf.* 108 quom similitudo saepe sit confusa, ut -i nequeat, nisi *eqs.* SEN. epist. 45, 6 quid mihi vocum similitudines distinguis ...? res fallunt: illas -e). 10, 20 (19) non enim idem oppidum et Roma, cum oppidum sit vocabulum, Roma nomen, quorum discrimen ... alii -unt, alii non. rust. 2, 5, 6 -untur in prima *aetate* vitulus et vitula, in secunda iuvencus et iuvenca *eqs.* CIC. de orat. 2, 139 ut genera rerum -rent eaque paulo subtilius explicarent (PLIN. nat. 37, 98. *cf. p. 1301, 8 sqq.*). part. 86 in -endis bonis malisque (*cf. l. 16.* AVG. in psalm. 148, 3 per intellectum -endi bonum et malum). fin. 2, 33 sunt et in animo praecipua quaedam et in corpore, quae cum leviter agnovit *animal*, tum -ere incipit, ut *eqs.* ac. 2, 40. Tusc. 5, 114 Democritus luminibus amissis alba ... -ere et atra non poterat, at vero bona mala, aequa iniqua ... poterat. off. 3, 7. LVCR. 4, 555 necessest verba quoque ipsa plane exaudiri -ique articulatim. NEP. Lys. 4, 2 alterum *librum* pari magnitudine et tanta similitudine, ut -i non posset, ... subiecit. VITR. 4, 4, 2 in concluso ... aere si quae extenuatae erunt *columnae*, non -entur. CELS. 3, 13 -endae ... singulae *febres* sunt. SEN. nat. 1, 3, 6 nec dispiciuntur intervalla, quibus singulae *solis facies* distant, spatio prohibente -i. COLVM. 3, 10, 9 PLIN. nat. 33, 157. 34, 67. QVINT. inst. 2, 2, 11 probanda atque improbanda. 2, 8, 7. 3, 8, 2. 8, 3, 11. 9, 1, 3. 12, 2, 10 ambigua aperire et perplexa -ere. PLIN. nat. 14, 125 Liguriae maxime Circumpadanisque mustis (*dativ.*) utilitas -itur hoc modo: *eqs.* (*cf. infra l. 74*). FRONTIN. aq. 92 omnes *aquas*. PS. FRONTIN. strat. 4 praef. p. 2, 26 στρατηγικῶν et στρατηγημάτων perquam similem naturam. TAC. Agr. 16 *non* sexum in imperiis (*cf.* AMM. 24, 3, 12 sexus *palmarum v. p. 1301, 32*). ann. 2, 65 ius et iniuriam. 3, 1 *non* -res proximos alienos, virorum feminarumve planctus, nisi quod *eqs.* 3, 10 vera ... aut in deterius credita iudice ab uno facilius -i. 6, 12 vera *carmina Sibyllae* (*sc. a falsis*). PLIN. paneg. 75, 5 acclamationes veras falsasque. IAVOL. dig. 46, 3, 78 *nummos*. EPIST. imp. Sev. et Carac. ad Tyr. (Corp. III 781) 22 *promercales res* professionibus ad -enda munifica mercimoniorum edendas esse. GAIVS inst. 4, 4 sic ... -etis actionibus. VLP. dig. 18, 1, 11 pr. minus *peritus* -endarum materiarum. TERT. adv. Marc. 2, 16 p. 356, 25 substantias. 4, 11 p. 451, 18 nova et vetera (*cf. in seq.* separare, *hoc loco consulto, ut videtur, non positum*). ITALA I Cor. 11, 29 (Pacian. paraen. 7 p. 112, 18) non -ens corpus domini *sc. a pane et vino* (διακρίνων, VVLG. diiudicans). PORPH. Hor. epist. 1, 10, 29 (vero distinguere falsum) veram Tyriam et fuco Aquinate tinctam. CENS. 14, 13 p. 27, 11 duos istos numeros subtiliter -erunt (decrev- *codd.*, dis- *Vatic. in marg. manu recent.*, dicrev- *Hultsch. cf. p. 1296, 13 sq.*). DON. Ter. Ad. praef. 1, 4 *quinque actūs* a veteribus doctis -eti atque disiuncti sunt. HIL. trin. 4, 41 p. 126^{B} quid exaequata (*i. dei filium et deum patrem*) discriminas? quid comparata -is? (*cf.* in Matth. 20, 5). syn. 15 quomodo inter filium atque patrem natura -itur generis indifferentis? (*ibid.* indiscreta ... indissimilisque natura. 20 si in *patre et filio* differentis essentiae -eta natura est. 27. 36. AMM. 18, 3, 8 profutura ... et nocentia. 22, 4, 7 auri et lapillorum varietates. VVLG. II reg. 19, 35 suave aut amarum. HIER. monogr. 15 p. 233 casus *declinationis*. RVFIN. hist. mon. 27 p. 449^{A} gratia (*i. donum*, χάρισμα) -endorum spirituum. AVG. civ. 7, 9 factorum prima ... et summa. 10, 9. 11, 6 si ... recte -untur aeternitas et tempus. 15, 7 cum *deus* sacrificia -isset amborum, in illius respiciens, huius despiciens. 15, 19 *generationes* -untur (*fere i. q. dinumerantur*) *inde* a progenie Cain. gen. ad litt. 1, 10 p. 16, 13 *syn.* dinoscere. epist. 120, 3 p. 706, 27 procul dubio -vit *propheta* haec duo (*sc. credere et intellegere*). BENED. reg. 2 p. 10, 36 non ab *abbate* persona in monasterio -atur. ISID. diff. 2, 2 invicem haec vocabula (*sc. deus et dominus*) -untur. *aliquid et aliquem*: TAC. ann. 1, 55 ipsi tempus fore, quo crimina et innoxios -ret. *indicatur instrumentum, quod ad distinguendum adhibetur sive nota distinctionis: ablat. instrum. sive limit.* (*additur* a *l. 82. p. 1301, 14. 18 al.*): VARRO ling. 9, 44 quas (*sc. extremas litteras*), qui audit voces (*sc. crux Phryx*) auribus -ere potest nemo. 9, 60 quibus (*i. praenominibus*) -rentur nomina gentilicia. 10, 62 *sexti* casus litterarum discriminibus facilius reliquorum varietate⟨m⟩ -ere poterit (LIV. 34, 54, 5 omnia discrimina talia, quibus ordines -rentur, et concordiae et libertatis aequae minuendae esse. QVINT. inst. 10, 2, 10 ut non res, quae simillimae quaeque pares maxime videantur, utique discrimine aliquo -antur). rust. 2, 1, 12 in *pecore maiore* sunt ... ad tres species natura -eti boves asini equi (QVINT. inst. 2, 4, 39 utilitas ... interim natura -itur, interim tempore. FAV. EVL. p. 20, 7 *ut analogia* coniungat faciatque eadem, quae fuerant natura -eta). VERG. Aen. 3, 201 diem noctemque ... caelo. MANIL. 1, 72 variosque dies incertaque noctis tempora nec similes umbras, iam sole regresso, iam propiore, suis poterant -ere causis (AVIEN. Arat. 1389 certis singula signis [*v. p. 1303, 34*] tempora. *adde p. 1301, 5*). CELS. 1 pr. p. 7, 12 *remedia* usu -eta. 5, 27, 12 p. 204, 33 *fungi inutiles* et specie quidem -i possunt ab utilibus. 7, 6 p. 271, 34 aliis ... vocabulis quaedam *tubercula* alii -unt. SEN. epist. 124, 5 non oculis, sed tactu minuta -ere (*syn.* dinoscere; *cf.* SALON. in eccles. p. 1004^{A} oculis mentis). COLVM.

[Graeber]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 10, 35 sapore . . . nihilo differt *cicera* a cicercula, colore tantum -itur. PLIN. nat. 8, 63. 192 Gallicis . . . nominibus *tomentum* -itur (15, 137 silvae nominibus *Caesarum* -etae. 21, 27. 33, 31 decuriae . . . pluribus -etae nominibus fuere. QVINT. inst. 9, 3, 25 tam parva momenta nominibus. CENS. 24, 1 p. 51, 6 noctis et diei tempora . . . propriis . . . -eta nominibus. FAV. EVL. p. 3, 19 virtutes sexu . . . nominibusque -etae. AVG. civ. 15, 22. 17, 21 nomine. *v. etiam p. 1302, 49 sq.*). 9, 131 *purpurarum* genera plura pabulo et solo -eta (14, 29 praeciae *uvae* duo genera magnitudine acini -untur. 19, 125 alii colore et tempore satus genera *lactucae* -vere [22, 38. *v. etiam l. 38 sq. p. 1300, 75*]. 20, 222 amplitudine folii [*cf. l. 13*]. QVINT. inst. 12, 10, 58 *illa divisione* -i posse . . . recte dicendi genera inter se videntur). PLIN. nat. 14, 32 -itur *vitis minor a maiore* folio circinato (20, 134 *Pythagoras* in *ruta* marem minoribus . . . foliis a femina -vit [*cf. infra l. 79*]). 16, 40 aliquid visu (37, 128). 16, 48 nos ista Romano -imus iudicio. 19, 55 aquae . . . separantur et ipsa naturae elementa vi pecuniae -eta sunt. 22, 50 radix *pseudoanchusae* in oleo non fundit rubentem sucum et hoc ab anchusa -itur. 25, 79. 35, 155 ab illo facta poma et uvas nemo posset aspectu -ere a veris. QVINT. inst. 8, 3, 18 clara . . . atque sublimia . . . materiae modo -enda sunt. 9, 3, 65 *distinctione* similia -untur (*cf.* AVG. civ. 6, 9. *v. etiam p. 1300, 3 sqq.*). 11, 2, 13 ut . . . membra . . . nulla nota possent -ere (TAC. Germ. 10 *surculos* notis quibusdam -etos. *v. p. 1303, 9*). decl. 276 p. 127, 8 -eta sunt ipsā legis scripturā: mortem vel nuptias (*opp.* iungere). TAC. hist. 4, 7 sorte et urna mores non -i. 4, 33 pauci prudentiā honesta ab deterioribus, utilia ab noxiis -unt. PLIN. paneg. 2, 3 -atur orationibus nostris diversitas temporum. DON. gramm. IV 387, 8. VLP. dig. 43, 12, 1, 1 flumen a rivo magnitudine -endum est aut existimatione circumcolentium. PS. APVL. herm. p. 268 *verbo* praecipue etiam in illis proprietatibus *pars propositionis declarativa* a pari subiectiva -itur. TERT. adv. Val. 29 p. 205, 5 animas ipsas duplici proprietate -unt, bonas et malas *eqs.* ARNOB. nat. 1, 59 p. 40, 23 sexus . . . femininis generibus masculinisque -etos (*cf. p. 1300, 29*). 2, 15 p. 60, 10 sententiae . . . *non* infinita varietate -etae. PS. IVL. RVF. schem. lex. 22 (rhet. p. 53, 23) παραδιαστολή (*latine* discriminatio) est, cum similes res -untur contrariis redditis. HIL. trin. 12, 40 p. 459^{A} caeli, terrae . . . creatio ne levi saltem momento operationis -itur. in Matth. 20, 5 comparatio omnis per se absoluta est: sed personis distinguenda et -enda temporibus est. HIER. epist. 52, 6, 3 saporibus avium -o provincias (*cf.* SVLP. SEV. dial. 1, 16, 1 vim radicum sapore). RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 16 p. 161, 22 discretionis donum, quo -i et intellegi possit a bono quod melius est. AVG. civ. 10, 16 p. 428, 10. 12, 3 p. 516, 12 *mente capaci intellegibilis lucis* -itur iustum ab iniusto. 14, 13 p. 33, 20 *differentia magna* civitas . . . utraque -itur. PHYSIOGN. 79 ruborem *vultūs* oculorum indiciis. 104 *iuxta pos.* noscere. MART. CAP. 9, 968 omnis . . . numerus (*i. rhythmus*) triplici ratione -itur: visu audituque vel tactu. a: VARRO ling. 6, 78 a qua 'facie' (*sc. a rem faciente rei, quam facit, velut imposita*) -itur (*sc. id quod fit*), ut dici possit aliud esse vestimentum, aliud vas *eqs.* in (*additur* a *l. 51. 52*). PLIN. nat. 16, 45 omnia ea *genera non* facile -untur in fronde etiam a peritis. AVG. civ. 20, 9 in quo -atur *regnum sanctorum cum Christo per mille annos* a regno aeterno. BOETH. in Porph. comm. pr. p. 119, 14 in quo differentia ab specie -retur. ex *accedente* a: VLP. dig. 43, 20, 1, 3 ex proposito utentis et ex natura locorum aquam aestivam a cotidiana -i. pro: TERT. anim. 27 seminis *corporis et animae* . . . -enda sunt tempora pro statu ordinis (*syn.* dividi; *ibid.* indiscretus. *cf. etiam p. 1300, 77 sqq.*). resurr. 54 p. 113, 6 -e pro sensibus communionem verborum (*sc. quae sunt* mors *et* mortale). per: VIRG. gramm. epit. 5 p. 33, 21 cetera . . . *nomina* primae positionis sicut nec componi ita nec per modos -i *habent. adde p. 1303, 31.* de: AVG. in epist. Ioh. 7, 8 non -untur facta hominum nisi de radice charitatis. secundum: AVG. epist. 149, 23 p. 369, 12 -entes cibos secundum culturam angelorum atque ita de hoc mundo decernentes dicunt. *indicatur, a qua re distinguatur:* *ablat. separat.*: MANIL. 2, 692 pacata infestis signa ut -ere (perdiscere *codd.*) possis. TERT. cult. fem. 2, 2 si deus . . . facto stupri concupiscentiam non -it in poena. PORPH. Hor. epist. 1, 10, 29 ('vero distinguere falsum') vera bona falsis. ALC. AVIT. carm. 2, 203 sic sancta ut noxia nosse, iniustum recto, falsum -ere vero (*cf. infra l. 74*). a, ab (*adde supra l. 49. p. 1300, 65*): VARRO ling. 5, 33 Gabinus *ager* quoque peregrinus, sed quod auspicia habe[n]t singularia, ab reliquo -etus. CIC. de orat. 1, 50 eorum . . . in dicendo ubertatem et copiam ab eorum exilitate, qui *eqs.* ac. 2, 22 qualia visa a falsis -i non possent (2, 25. *cf.* PLIN. nat. 37, 197 veras *gemmas* a falsis. AVG. c. Cresc. 1, 15, 19 verum . . . a falso. *v. etiam supra l. 68*). MANIL. 5, 494 pacem a bello. CELS. 5, 28, 2 p. 207, 8 cacoethes . . . a carcinomate. SEN. benef. 7, 7, 3 a sacris profana. PLIN. nat. 8, 63. 21, 27 *violae purpureae* solae . . . Graeco nomine a ceteris *violis* -untur. 21, 115 *accedente abl. caus.; syn.* distinguere. 22, 50. 34, 135. 162. 35, 56 in pictura marem a femina (*cf. supra l. 14*). 35, 155 ab *illo* facta poma et uvas . . . aspectu -ere a veris. QVINT. inst. 1, 4, 6 consonantes a vocalibus. 8, 6, 35. TAC. ann. 1, 70 incerta ab solidis, brevia a profundis. FRONTO p. 161, 2 N. vestem interpolem a sincera. SATVRN. dig. 48, 19, 16, 6 furta manifesta a nec manifestis -i solent, rixae a grassaturis, expilationes a furtis, petulantia a violentia. VLP. dig. 21, 1, 19, 2 dictum a promisso. 49, 4, 1, 11 propriam causam ab aliena. TERT. resurr. 55 p. 113, 25 -enda est . . . demutatio ab omni argumento perditionis: aliud enim demutatio, aliud perditio. adv. Marc. 5, 3 p. 576, 22 *non* laborasset *apostolus* fidem a lege -ere, quam diversitas ipsius divinitatis ultro -isset, si fuisset. HIL. in Matth. 11, 9 p. 982^{C} non idem est opus virtutis et virtus, et efficiens -itur ab effecto. trin. 6, 31 p. 183^{A} quantum interest nasci et adesse, tantum a se (*cf. p. 1306, 84*) uterque sermo -itur (*sc.* 'a patre venisse' et 'ex deo exisse'). AVG. civ. 2, 29. 6, 5. 8. 9 *al.* 13, 23 ab spiritali . . . hoc quod nunc est animale -ere (*cf.* 13, 24). 15, 6 deus a vasis misericordiae irae vasa -ens. 21, 8 ut nisi inter se similes essent *homines*, non -retur species eorum ab animalibus ceteris *eqs.* (*cf. infra l. 81 sq.*). *al.* conf. 2, 2, 2 p. 30, 3. 8, 9, 21 p. 188, 3 vix a servitio . . . imperium. *al.* DRAC. Orest. 920 a licito -o nefas. inter: QVINT. inst. 12, 10, 58 inter se (*cf. p. 1301, 11 sq.*). VVLG. lev. 10, 10 ut habeatis scientiam -endi inter sanctum et profanum, inter pollutum et mundum. III reg. 3, 9 inter bonum et malum (AVG. civ. 14, 17 SALON. in eccles. p. 1004^{A}). PELAG. in Rom. 2 p. 656^{B} eligis maiora et inter minora -is. ISID. diff. 1, 553 inter temperantiam et temperationem sic -itur, ut *eqs.* 2, 89 inter intelligibilia et sensibilia taliter veteres -erunt: *eqs.*

β aliquem: CIC. har. resp. 39 uxorem sororemque non -is (*i. cum sorore cois tamquam cum uxore*). CAES. Gall. 7, 75, 1 ne tanta multitudine confusa nec moderari nec -ere suos . . . possent. LIV. 40, 10, 1 -e, dispice insidiatorem et petitum insidiis. SEN. contr. 7, 5 (20), 2 lumen (*cf. p. 1303, 19*) attulisti, ut -res [erat] illic, quem leviter vulnerare deberes (*cf.* γ). TAC. Germ. 21 notum ignotumque, quantum ad ius hospitis, nemo -it. PLIN. epist. 7, 19, 10 utram magis *dilexerim*, nescio nec -i volebant. TERT. adv. Marc. 5, 13 p. 622, 9 duos deos, iustum alium, bonum alium. HIL. syn. 14 -itur persona accipientis et dantis (*cf.* OPTAT. 7, 1 p. 163, 24 cum patrum et filiorum et personae -antur et nomina). CLAVD. 8, 211 Eurotas proprios -ere nescit alumnos (*sc. Ledae filios geminos*). AVG. civ. 21, 8 admiramur, quando duos ita similes reperimus, ut in eis -endis aut semper aut frequenter erramus. quaest. hept. 4, 34 p. 349, 11 in psalm. 106, 14. PHYSIOGN. 50 liberalem atque obscurum et malignum -ere. COD. Iust. 6, 22, 10 pr. -etis surdo et muto (*i. distinguentes inter surdum et mutum*) . . . sancimus *eqs.* NOVELL. Iust. 112, 1 p. 524, 9 in *constitutione* scientes et ignorantes emptores -vimus (διεκρίναμεν). *aliquid et aliquem: v. p. 1300, 62 sq.* *adiungitur alter accusativ. praedicative*: VARRO ling. 9, 55 nullius nostrum filium et filiam non apte -i marem ac feminam, ut Terentium et Terentiam. TERT. pudic. 16 *Paulus* illam *virginem* beatiorem -it, quae *eqs.*

indicatur instrumentum, quod ad distinguendum adhibetur sive nota distinctionis: *ablat. instrum. sive limit.* (*additur* inter *l. 49,* a *l. 51. 54 sq. 58 al.*): MANIL. 4, 322 (*de Libra, Scorpio, Centauro denas Geminorum partes capessentibus*) nec quisquam numero (*partium sideris sibi attributarum*) -itur. QVINT. inst. 11, 3, 74 qua *observatione* servi, lenones *etc.* inter se -untur. TAC. Germ. 38 nominibus (*cf. p. 1301, 2 sqq.* RVFIN. hist. 5, 1, 52). FRONTO p. 143, 7 N. quis dubitat sapientem ab insipiente vel praecipue consilio et dilectu rerum et opinione -i? PAPIN. dig. 28, 7, 24 eos heredes institutos, sed emolumento portionum eventu nuptiarum -etos. TERT. resurr. 49 p. 101, 20 *Christus* nihilo ex ista substantiarum condicione a choica qualitate -itur. LAMPR. Alex. 27, 3 equites Romani a senatoribus clavi qualitate. ARNOB. nat. 7, 48 p. 282, 18 *si* sequentia tempora malos omnes generarent et nulla diversitate -etos. RVFIN. hist. 5, 1, 34 ut vultu ipso et aspectu -rentur a ceteris (διαδήλους . . . εἶναι). AVG. civ. 7, 30 qua pietate -atur a creaturis creator. 9, 8 nullum bonum eorum commemoravit, quo boni -untur a malis. praed. sanct. 5, 10 *natura* -imur a pecoribus. *ibid. natura* in ipsis hominibus a deformibus pulchri vel ingeniosi -untur a tardis (*cf. p. 1301, 54*). MART. CAP. 4, 438 cum . . . hominem animal risibile dixerimus, eo a ceterorum animantium generalitate -vimus. PRAEDEST. 1, 53 p. 606^{B} presbyterum ab episcopo nulla differentia debere -i. per *accedente* a: MART. CAP. 4, 348 hominem a leone per violentiam volentes -ere. ex: COD. Iust. 6, 2, 21, 4 ex tempore omnibus -etis. *adverb.* (*additur* a *l. 69*): AVG. civ. 19, 1 illud quidquid est, unde philosophi Cynici -untur a ceteris. c. Iul. op. imperf. 5, 30 p. 1468 cum quaeritur unde fecerit *deus mundum*, ibi -imur (*sc. a Manichaeis*).

indicatur, a quo distinguatur: *ablat. separat.*: ALC. AVIT. carm. 4, 405 nec dominos famulis -ere noverat ordo. a, ab (*adde supra l. 46. 68*): CIC. Font. 23 ubi -i *possit* stultus auditor et credulus ab religioso et sapienti iudice. MANIL. 5, 494 nec pacem a bello, civem -et ab hoste. CVRT. 10, 2, 10 ab integris sumptuosos. 10, 5, 9 nec poterant victi a victoribus in communi dolore -i. PLIN. nat. 7, 55 QVINT. inst. 7, 3, 15. decl. 367 p. 401, 27 ab inimicis amicos. TAC. ann. 6, 7 alienos a coniunctis, amicos ab ignotis *eqs.* (*cf. supra l. 27*). TERT. nat. 1, 9 p. 74, 3. AVG. civ. 8, 14 deos a daemonibus tam diligenter copioseque -it (*cf.* 10, 9 a daemonibus angelos). 21, 8 nisi inter se dissimiles essent *homines*, non -rentur singuli ab hominibus ceteris. inter (*adde supra l. 49*): VVLG. act. 15, 9 nihil -vit inter nos et illos (διέκρινεν). AVG. civ. 11, 19 (*notione ad A declinante*) inter sanctos angelos et immundos fuisse -etum, ubi dictum

[Graeber]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est: et divisit deus inter lucem et tenebras (*cf. p. 1298,34sq.*). ISID. diff. 1,499 inter sapientem et prudentem ita -i solet, ut *eqs.*

nota s e -ere: PRISCILL. tract. 6,101 p. 75,16 *deus* in nullo se secundum mundi elementa -ens.

γ sequitur interrogatio indirecta (*additur ablat. instr. l. 6. 34*, e x *l. 21*, per *l. 31*): VARRO ling. 7,17 id quo -itur, homo mas an femina sit. 9,4 *v. infra l. 36 sqq.* rust. 1,2,12. 1,3,1 quae diiungenda essent a cultura cuiusmodi sint, quoniam -etum *est* (*syn.* 1,1,11 secerno). CIC. rep. 2,6 ne nota quidem ulla, pacatus an hostis sit -i ac iudicari potest (*cf. p. 1301,22*). Tim. 27 *animus* -it...quid sit eiusdem generis quid alterius et cetera diiudicat. LVCR. 4,384 eadem ... sint lumina necne ... hoc animi demum ratio -ere debet. SALL. Catil. 25,3 pecuniae an famae minus parceret, haud facile -res. OV. Pont. 4,15,25 erroris nam tu vix est -ere nostri sis argumentum maius an auxilium. LIV. 7,9,7 nec qui poterentur, incertis viribus satis -i poterat. 8,34,10 nec -atur, interdiu nocte, aequo iniquo loco, iussu iniussu imperatoris pugnent. 21,4,3. 21,18,8 quoniam -i placet, quid publico consilio, quid sua sponte imperatores faciant. ? SEN. contr. 7,5 (20),2 *v. p. 1302, 26 sq.* VAL. MAX. 5,4,6 SEN. benef. 5,9,3 COLVM. 1 praef. 23. PLIN. nat. 2,95 ut facile -i posset ex eo, non modo an obirent ac nascerentur *stellae*, sed an ..., item an *eqs.* 35,133 TAC. hist. 3,28 ann. 5,6. 6,7 quid repens aut vetustate obscurum. SVET. Cal. 25,1 matrimonia contraxerit turpius an dimiserit an tenuerit, non est facile -ere (*cf.* SOL. 1,48). VLP. dig. 27,5,1 pr. PAVL. dig. 18,1,1 in permutatione -i non potest, uter emptor, uter venditor sit (*cf.* 19, 4,1 pr.). APVL. met. 2,25 ut ne deus quidem Delphicus ipse facile -ret duobus nobis iacentibus, quis esset magis mortuus. 8,17. PORPH. Hor. ars 273 (inurbanum lepido seponere dicto) hoc est: -ere quid inurbane dictum sit, quid lepide. epist. 2,2,44 (curvo dinoscere rectum) id est per ethicam partem philosophiae discer⟨ner⟩e quid sit vitium, quid sit virtus. ARNOB. nat. 2,23 p. 66,25 *iuxta pos.* discriminare. AVG. gen. ad litt. 12,1 p. 380,18 *syn.* dinoscere. in psalm. 40,6 PHYSIOGN. 46 *al.* 54 ceteris ... signis -es, utrum ... an *eqs.* (55 *cf. l. 84 et p. 1300, 79*).

δ ***absolute*** *sive obi. omisso*: VARRO ling. 9,4 ea quae dicam quo facilius pervideri possint, prius de trinis copulis (*cf. vol. IV p. 918, 61sqq.*) -endum (nam confusim ex utraque parte pleraque dicuntur, quorum alia ad aliam referri debent summam): primum de copulis naturae et ⟨u⟩suis: ... secundum de copulis multitudinis ac finis, utrum ... an *eqs.* 9,60 -endi causa. QVINT. decl. 363 p. 395,20. GELL. 1,3,29 *Theophrastus* cum -endi magis disceptandique diligentia quam cum decernendi sententia atque fiducia scripsit. TERT. adv. Hermog. 7 p. 134,14 AVG. civ. 21,10 p. 511,29 c. Cresc. 1,15,19. in psalm. 32,2 serm. 2,5 p. 288 confundunt illi male -endo creaturam cum creatore. *ibid.* illi -unt et confundunt. 148,3 pecora etsi ... mentem intellegentem atque -entem non habent. *acced. abl. instr.*: PLIN. nat. 16,67 Graeci situ -unt *acera*. 22,97 quidam -vere *fungos* arborum generibus *eqs.* 24,142 *ille* satu -vit *aron et dracontium*. VVLG. Rom. 14,23 qui ... -it, si manducaverit, damnatus est (διακρινόμενος). MART. CAP. 7,752 *numeri* ut re ipsa -eti sunt, sic etiam vocabulis -am (*sc. eos*).

b *subi. est res* (*saepe sensu causativo i. q. diversum reddere*): *α* ***aliquid***: VARRO ling. 9,42 si analogia rerum dissimilitudines assumat ad -endum vocis verbi figuras ('vocis *fort. del. vel scrib.* voce' *L. Spengel*). 10,7 duae res (*sc. tempora et casus*) vel maxime -unt analogias. CIC. ac. 2,27 ut *visa* vel falsa esse possent neque ea posset ulla notio -ere. PHAEDR. 4,24,22 fabella talis hominum -it notas eorum, qui *eqs.* SEN. nat. 1,14,3 cum acies nostra non -at (*fere i. q. dispiciat, cf. p. 1305, 35. 38*) transitum *chasmatum*, sed quacumque cucurrerunt, id totum igneum credat. epist. 82,6 quae sit illa ratio, quae appetenda ac fugienda -at. PLIN. nat. 36,144 adulteratum haematiten -unt venae rubentes et friabilis natura. TAC. ann. 1,34 vexilla praeferri *iubet*, ut id saltem -ret cohortes. PRISC. gramm. III 157,9 *pronominis* proprium est -ere personas. SERG. gramm. IV 525,28 altitudinem -it accentus. TERT. adv. Marc. 5,3 p. 576,23 (*cf. p. 1302, 4 sq.*). SOL. 1,71 ipsum dentium numerum -it qualitas sexus. 1,95 pudoris disciplinam etiam inter defuncta corpora natura -vit. FILASTR. praef. 2 p. 1,9 tempus aetatis -ens (*sc. genus pullorum a perdicis, matris affectatae*). AMM. 25,5,6 nomen *Iuliani* una littera -bat (*sc. a Ioviani nomine*). RVFIN. Adamant. 1,28 p. 59,13 istud capitulum (*i. scripturae sacrae locus*) non naturas -it, sed hominum propositum. PAVL. NOL. carm. 16,69 (*narratur miraculum*) ignotus notusque suis fit civibus idem (*sc. Felix*), -ente fide vultum credentibus ipse, hostibus alter erat. AVG. civ. 19,20. MART. CAP. 9,989 *rhythmus* διάγυιος ... dictus est id est quasi duplicia membra -at. INST. Iust. 3,28 pr. hoc dividatur secundum imaginem rerum proprietatis et usus fructus, quam nostra -vit constitutio (*cf. ibid.* secundum ... constitutionis nostrae divisionem). BENED. reg. 63 p. 61,11 in omnibus ... locis aetas non -at ordines nec praeiudicet. *indicatur instrumentum, quod ad distinguendum adhibetur, sive nota distinctionis: ablat. instr.* (*additur* a *p. 1304,2. 4*, in *l. 7*): MANIL. 1,65 *mundum* (*i. astra*) fatorum ... vices certis -ere signis (*cf. supra l. 34*). GERM. 337 *Sirion* -it ... ortu longe sata: vivida firmat, *alia* exanimat. CELS. 1 prooem. p. 6,25 D. medicinam ortam ... aliorum salute aliorum interitu perniciosa -entem a salutaribus. PLIN. epist. 5,3,9 *vultus, oculi, nutus, manus, murmur, silentium* satis apertis notis iudicium ab humanitate -unt (*cf. p. 1301, 22*). APVL. apol. 38 quibus membris et causis -erit natura viviparos *piscium* et oviparos. LACT. opif. 10,13 *lingua* vocem motibus suis in verba -it. MAR. VICTORIN. ad Iust. 4 p. 1001^D *silva* omne lignum materie -vit specierum, arborum genere dispar atque dissimile. per: ENNOD. epist. 3,31,2 p. 93,25 per *paginas* amicitiam (*i. veram a fucata*) -ere absentia vix (*fort.* iudex *Hartel*) praesumit. *indicatur, a qua re distinguatur*: a, ab (*adde l. 2. 4*): SEN. contr. exc. 2,1 census equitem Romanum a plebe -it (*P*, secern- *M*). QVINT. inst. 1,6,30 nonnumquam etiam barbara ab emendatis conatur -ere *etymologia*. AVG. civ. 19,4 quid illa virtus, quae prudentia dicitur, nonne tota vigilantia sua bona -it a malis, ut *eqs.* inter: PS. PRIMAS. in Hebr. p. 712^B (*notione ad A declinante*) sermo ... dei patris in tantum est efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti, ut -at inter opera carnis et opera spiritus, inter carnalia peccata et spiritalia *eqs.* (*cf.* VVLG. Hebr. 4,12 discretor cogitationum et intentionum cordis).

β ***aliquem***: LVCAN. 3,605 -vit mors saeva viros, unumque relictum agnorunt ... parentes. APVL. met. 2,3 nec aliud nos quam dignitas -it quod *eqs.* *indicatur instrumentum, quod ad distinguendum adhibetur, sive nota distinctionis: ablat. instr.* (*additur* a *l. 30*): PANEG. 9 (12),13,2 eadem sub numine tuo tela inimicos aut supplices tuos pernicie aut conservatione -unt. HIL. syn. 33 omnis ... sermo in nullo patrem et filium essentiae ac naturae diversitate -vit. AVG. quaest. hept. 3,41 p. 276,27 quod ... dicitur cicatrix signi ... ideo dicitur ..., quod ipsum hominem signo quodam -it a ceteris, hoc est notabilem reddit. *indicatur, a quo distinguatur*: a, ab: PLIN. nat. 28,133 butyrum barbararum gentium lautissimus cibus et qui divites a plebe -at. SATVRN. dig. 48,19,16,5 tempus -it emansorem a fugitivo et effractorem vel furem diurnum a nocturno. 48,19,16,7 quantitas -it furem ab abigeo. VLP. dig. 50,16,46,1 matrem ... familias a ceteris feminis mores -unt atque separant. TERT. adv. Marc. 2,29 p. 376,6 antitheses Marcionis ... gestientes ex qualitatibus ingeniorum ... -ere atque ita alienare Christum a creatore. AVG. praed. sanct. 5,10 illa natura ... non -it ab homine hominem; ipsa vero fides -it ab infideli fidelem.

γ sequitur interrogatio indirecta: AVG. civ. 10,16 satis deberet pietas ipsa -ere, quid horum de fastu superbiae, quid de vera religione descenderet.

δ absolute (*sive obi. omisso*): GREG. M. moral. 1,49 mentis custodia -endo virtutes a vitiis separat. BENED. reg. 63 ordines suos in monasterio ita conservent *monachi*, ut conversationis tempus, ut vitae meritum *monachos* -it.

2 *i. q.* ***discutere, singillatim examinare***: **a** *aliquid* (*acced. abl. instr. l. 50. 53*): PLIN. epist. 1,22,3 dubitat diversitate rationum, quas acri magnoque iudicio ab origine causisque primis repetit, -it, expendit. CYPR. epist. 33,2 p. 568,1 peto -atis desideria vestra. 41,1 p. 587,17 et aetates et condiciones ... et merita. *ibid.* p. 588,4 neve ea ... possent diligentiae vestrae examinatione -i. CLAVD. MAM. anim. 1,4 p. 37,15 -endarum naturarum causas ingressus. GREG. M. moral. 3,23 p. 611^A si non hoc quod die agitur etiam subtiliter -atur. *cum reprehensione*: CASSIAN. inst. 4,41,3 nihil ... -ens, nihil diiudicans ex his, quae tibi fuerint imperata. **b** *aliquem*: GREG. M. moral. 10,26 quisquis iam prava a se opera exterius resecat, necesse profecto est, ut ... sollerter sese in mentis intentione -at. **c** *absolute sive obi. omisso*: AVG. epist. 147,39 p. 313,13 testium pondera -endo perpende. GREG. M. moral. 2,81 p. 595^A vestimenta scindimus, cum -endo nostra opera retractamus. 3,23 p. 611^A oblata ... recte dividere est quaelibet bona nostra sollicite -endo pensare. 3,24 -ere caute neglegimus. BENED. reg. 64 p. 63,34 *in operibus iniungendis* -at et temperet cogitans discretionem sancti *illius*.

3 *i. q.* ***diiudicare, iudicare, dirimere, disceptare*** (*inde a* CAES. *p. 1305,14*): **a** *subi. est persona*: *α aliquid* (*acced. abl. modi l. 70. 72*): SEN. Herc. O. 1559 Aeacos inter geminosque Cretas facta -ens. CALP. ecl. 6,90 hoc alius possit -ere iudex. HOMER. 879 sedet illic aequus utrisque iudex et litem -it fronte severa (serena *codd. dett.*) (NEMES. ecl. 1,52 ruricolum ... lites. BOETH. in Porph. comm. sec. p. 142,16 hanc litem ... tali ratione. *cf. p. 1305, 2 sq.*). ITALA Matth. 16,4 (codd. e ff[1]) faciem quidem caeli nostis -ere, signa autem temporum non potestis scire? (διακρίνειν, VVLG. diiudicare). VVLG. III reg. 3,11 sapientiam ad -endum iudicium (Bar. 6,53). psalm. 42,1 iudica me, deus, et -e causam meam de gente non sancta (*i. adversus gentem non sanctam*). COD. Iust. 7,62,34 pr. *suggestionem. ibid.* in scriptis relationem. PALLAD. hist. mon. I 12 p. 289^A tantum ... habuit in -enda rerum ambiguitate iudicium (διακριτικός). *acced. abl. instr.*: VELL. 2,118,1 quod ... solita armis -i iure terminarentur. VLP. dig. 5,1,14 sorte res -i solet (SCHOL. Cic. Bob. p. 162,11 St. quoniam -i huiusmodi magistratus [*i. aediles*] nisi sorte non possent). CLAVD. rapt. Pros. 1,250 veterem qua lege tumultum -vit Natura parens. CASSIOD. in psalm. 32,5 p. 227^C di-

[Graeber]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ligit ... iudicium, cum pios sequestrat ab impiis et merita eorum aequitatis qualitate -it. ex: COD. Iust. 7, 62, 37 pr. *lis* ex ipsa ... sententia iudicis -enda (*cf. p. 1304, 72*). *β aliquem* (*cf.* AVG. civ. 20, 24 [*v. l. 6*] -ere ... populum suum, quid est nisi per iudicium separare bonos a malis, tamquam oves ab haedis): ITALA psalm. 49, 4 (Aug. civ. 20, 24 *ter. v. l. 4. cf.* SACR. Leon. 309 p. 16, 22) populum (VVLG. *item*, LXX διακρῖναι). 81, 1 (Cypr. testim. 2, 6. *cf.* Psalt. Rom. 81, 1 Hier. epist. 22, 4, 4) deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos -ens (διακρινεῖ, VVLG. diiudicat). Ier. 15, 10 (Hier. adv. Rufin. 2, 24. *cf.* epist. 39, 2, 2) mater ... quid me genuisti virum, qui iudicer et -ar omni terrae (δικαζόμενον καὶ διακρινόμενον, VVLG. *aliter*). *nota*: BENED. reg. 2 p. 10, 45 solummodo in hac parte apud ipsum *deum* -imur, si meliores ... inveniamur.

γ sequitur interrogatio indirecta: CAES. civ. 1, 35, 3 neque sui iudicii neque suarum esse virium -ere, utra pars iustiorem habeat causam. LIV. 22, 61, 10 quam quid veri sit -ere queas (*cf.* PLIN. nat. 7, 112). PLIN. nat. 25, 23 qui gravissimi ex his (*i. morbis*) sint, -ere stultitiae prope videri possit. QVINT. inst. 2, 8, 3 cui quisque certamini praeparandus sit. AMM. 24, 8, 7 nec ... aere concreto -i potuit quidnam esset. Ps. AVG. categ. 2 haec ... cur unam rem tot *nomina* significent, nec -i nec definiri potest.

b *subi. est res*: *α aliquid*: VERG. Aen. 12, 898 saxum ... limes agro positus, litem ut -ret arvis (*dat.* [*cf. p. 1304, 71*]; *parum probabiliter alii pro abl. accipiunt, ut sit* -ret *i. q.* '*arceret*'). Ps. PRIMAS. in Hebr. p. 712C subtilitatem cogitationum et intentionum cordis -it et diiudicat sermo dei (*cf.* VVLG. Hebr. 4, 12 [*ibid.* p. 712B] discretor cogitationum et intentionum cordis. *v. p. 1304, 16 sqq.*). *β sequitur acc. c. inf.*: OROS. hist. 1, 2, 38 hoc ita non esse -it fluvius Euphrates.

II ***vi praepositionis debilitata***: A *i. q. discernendo sive distinguendo **plane cognoscere*** (*cf.* dinosco *II*), *interdum i. q. dispicere*: 1 *aliquid*: CELS. 4, 2 p. 124, 19 si parum causa -itur. SEN. epist. 90, 29 quemadmodum -antur vitae aut vocis ambigua (*cf. infra l. 49*). PERS. 4, 11 rectum -is, ubi inter curva subit. PLIN. nat. 8, 116 nec potest aetas -i, sed dentibus senecta declaratur. VAL. FL. 5, 394 si vivos (*i. natura, non arte factos*) possis -ere calles (*fere i. q. dispicere*). AVG. c. acad. 3, 3, 6 istos adulescentulos vix ... posse -ere quae acute ac subtiliter disseruntur. POMER. 1, 5, 1 p. 423C ut quod nunc in aenigmate cernunt nec perfecte -unt, tunc in illa revelatione conspiciant (*cf.* VVLG. I Cor. 13, 12 videmus). GREG. M. moral. 2, 52 p. 581B iuxta litteram (*i. ad verbum*) historiam audierant, sed virtutem eius -ere spiritaliter nesciebant. *subi. est res*: AMM. 23, 5, 9 oracula dubia ... quae non nisi casus -vere postremi. APRING. in apoc. 2, 18 *filii dei* intuitus universa -it. *indicatur instrumentum, quod ad cognoscendum adhibetur, sive nota, qua quid cognoscitur*: *abl. instr.*: [*dub.*: CIC. part. 77 temperantia ... duobus ... modis ... -itur (*E vulg.*, cernitur *A*), ... non expetendo et ... abstinendo.] CELS. 5, 26, 31 p. 196, 26 *cancer* aliis aliisque signis -itur. SEN. nat. 1 praef. 2 *altera pars philosophiae* lumen admovet, quo -antur ambigua vitae (AVG. epist. 120, 10 p. 713, 5 lumen, quo cuncta ista -imus [*syn.* diiudicare]. *cf. l. 32. p. 1302, 26 sq.*). TAC. ann. 2, 83 eloquentiam *non* fortuna -i. AMM. 15, 4, 5 quod ni ita agi ipse doceret aspectus, nulla vi credebatur posse -i. 2 *sequitur enuntiatum*: ALC. AVIT. epist. 6 p. 33, 29 -ite, quod reddantur in centuplum non quae tribuuntur Christi nomine, sed quae pro Christi nomine relinquuntur. 3 *absolute*: OROS. hist. 6, 15, 16 si Apollo iste Pythius paulatim -ente experientia contemptus, relictus atque abolitus est. Ps. RVFIN. in Am. 1, 1 p. 1058C quasi -endi luminibus effossis tenebras ... populus diligebat (*cf. l. 49 sq.*).

B *i. q. **decernere, determinare**, destinare, statuere*: 1 *aliquid* (*acced. dat. l. 61, in l. 63*): TERT. adv. Marc. 4, 34 p. 536, 23 ad inferos -it Abrahae sinum pauperi (*syn.* determinat). adv. Val. 16 p. 196, 5 *Soter feminam Achamoth* ab omnibus iniuriis *Passionis* expumicat, non eadem neglegentia in exterminium -etis, quam acciderat in casibus matris. 2 *sequitur interrogatio indirecta*: OPTAT. 5, 7 p. 134, 21 per quem baptizentur *gentes*, nulla exceptione -etum est.

syn. et iuxta posita: *ad I A 1*: cernere (MANIL. 1, 635), digerere (PLIN. nat. 2, 33), discludere (MAR. VICTORIN. defin. p. 24, 22), disiungere (PRISC. perieg. 21. *cf.* 27. 28), disparare (MART. CAP. 2, 156), dividere (CATVLL. 64, 180), rumpere (OV. fast. 2, 194), secernere (VINDIC. med. 9 p. 214, 2), separare (POMPON. dig. 15, 1, 4 pr. VLP. dig. 1, 1, 1, 1 TERT. adv. Marc. 4, 22 p. 492, 8 *al.* AMBR. obit. Valent. 79 p. 1382B). *ad I B 1*: diiudicare (CIC. Tim. 27 AVG. epist. 120, 10 p. 713, 5), dinoscere (SEN. epist. 124, 5 AVG. gen. ad litt. 1, 10 p. 16, 13. 12, 1 p. 380, 18), disceptare (GELL. 1, 3, 29), discriminare (ARNOB. nat. 2, 23 p. 66, 25), dispicere (LIV. 40, 10, 1 SEN. nat. 1, 3, 6 QVINT. inst. 2, 8, 6), distinguere (SEN. epist. 45, 6 PLIN. nat. 21, 115 HIL. in Matth. 20, 5). dividere (TERT. anim. 27), internoscere (CIC. ac. 2, 85), iudicare (CIC. rep. 2, 6), noscere (PHYSIOGN. 104. *cf.* ALC. AVIT. carm. 2, 203), notabilem reddere (AVG. quaest. hept. 3, 41 p. 276, 27), seiungere (MART. CAP. 4, 348), separare (PLIN. nat. 19, 55 VLP. dig. 1, 1, 1, 1. 50, 16, 46, 1). *ad I B 2*: diiudicare (CASSIAN. inst. 4, 41, 3), expendere (PLIN. epist. 1, 22, 3). *ad II A*: diiudicare (AVG. epist. 120, 10 p. 713, 5).

nota annominationem: cernere (POMER. 1, 5, 1 p. 423C *v. p. 1305, 37 sq.*), decernere (GELL. 1, 3, 29 *v. p. 1303, 43.* AVG. epist. 149, 23 p. 369, 12 *v. p. 1301, 61 sqq.*), disserere (AVG. c. acad. 3, 3, 6 *v. p. 1305, 36 sq.*). *opp. ad I A 1*: concrescere (PLIN. nat. 34, 121 AVG. enchir. 99, 25), conectere (TAC. hist. 1, 65 AMM. 27, 9, 10), coniungere (DICT. 4, 22 p. 85, 19), consociare (PAVL. NOL. carm. 21, 287), iungere (QVINT. decl. 276 p. 127, 7 TAC. hist. 4, 75 PLIN. epist. 2, 6, 7 TERT. pudic. 15 ENNOD. epist. 9, 5, 1 p. 231, 26 dict. 18, 8 p. 477, 23 carm. 2, 151, 1), miscere (TAC. hist. 1, 9), permiscere (LVCR. 6, 790 PLIN. paneg. 32, 3), sociare (PLIN. paneg. 32, 3 AVSON. 10, 5). *ad I B 2*: confundere (AVG. in psalm. 32, 2 serm. 2, 5 p. 288), decernere (GELL. 1, 3, 29).

adv. part. praes. act. **discernenter**: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 81 alii ... -r aiunt hoc adiutorii genus sic adhibendum, ut *alii* statim ... phlebotomentur, *alii* in tertium diem ... differantur (*nisi forte pro* -r *scribendum* discernentes *absol. sensu i. q. distinguentes v. supra I B 1 a δ*).

part. perf. pass. pro adi. (*vel subst. cf. infra l. 50 sq. p. 1307, 1 sq. 19 sqq.*) **discrētus**, -a, -um. *compar. v. p. 1307, 83. superl. v. p. 1307, 68. 1308, 13.* A ***disiunctio sive separatio sive divisio** indicatur*: 1 *strictiore sensu i. q. disiunctus, separatus, divisus, interruptus*: a *de rebus*: *α corporeis*: VARRO rust. 2, 9, 4 *canes* digitis -is (PLIN. nat. 11, 248 *digiti elephanto* indivisi ac leviter -i ungulisque ... similes). 3, 6, 4 cubilia. VAL. MAX. 2, 4, 3 -is ... locis (*cf.* MART. CAP. 1, 44 -is plurimum locis deorum singuli mansitabant [*ibid.* per diversas caeli regiones]. *v. etiam p. 1296, 41*). SEN. Med. 735 haec (*i. veneficia*) scelerum artifex (*sc. Medea*) -a ponit (*fere i. q. disponit*). Oed. 66 non ossa tumuli sancta -i tegunt. LVCAN. 7, 804 petimus non singula busta -osque rogos. VAL. FL. 2, 633 montis (*i. bicipitis, cf. Langen ad v. 631*). PAPIN. dig. 28, 6, 41, 4 -as portiones coniunctis pluribus *heredibus* separatim dedit. ARNOB. nat. 6, 16 p. 228, 2 utinam liceret Olympiacos illos ... Ioves diducere in membra resolutos omnesque illas partes, quibus summa concluditur corporum, -as ac singulas contueri. PHYSIOGN. 5 p. 8, 11 nodis et articulis summorum pedum et summarum manuum ... prope imum seiunctis atque -is (92 p. 121, 1 articulis. *cf.* 122 p. 139, 4 pedes imos et manus ... -as atque seiunctas. *v. etiam p. 1297, 54 sq.*). 58 p. 79, 5 umeri ... bene -i. 61 p. 83, 6 pectus latum dispositum et -um, cuius clarae sunt singulae partes, quod Graeci dicunt διηρθρωμένον (*cf.* 69 p. 89, 5 ⟨κρῆμαι⟩ ... solidae et -ae, quod Graeci appellant διηρθρωμένον). 109 p. 132, 14 ⟨γλαφυρὸν intellegendum est⟩ quod non uniforme est nec congestum, sed -um tamquam interrasum vel insculptum. SACR. Leon. p. 405 -is terrarum partibus. ENNOD. epist. 3, 10, 1 p. 77, 24 -arum ... damna regionum (*cf. infra l. 51*). 3, 14, 1 p. 81, 22 terrarum. dict. 1, 10 p. 426, 1 -arum nationum concordem sententiam non revolvo. carm. 2, 151, 1 una domus duplici -a iungitur aede (*ibid.* gemina tecta, *syn.* divisus; *fort. de ecclesia christiana ex orientali et occidentali coniuncta*). ARATOR act. 1, 929 lateris *Christi sanguis* fluxit ab ictu -ae coniunctus aquae. *acced. abl. limit.*: PLIN. epist. 8, 8, 5 praeter illum *fontem* quasi parentem ceterorum sunt minores *fontes* capite -i. *nota usum substant.* (*cf. supra l. 17 sq.*): ENNOD. epist. 5, 4, 1 p. 127, 9 per -a regionum caritas damna non sentit (*cf. supra l. 43*). *β incorporeis*: OV. met. 11, 699 nec mors -a fuisset. SEN. nat. 20, 2 potestas. PLIN. epist. 2, 6, 7 *luxuria sordesque* cum sint turpissima -a ac separata, turpius iunguntur. PROB. inst. gramm. IV 84, 13 quaecumque nomina ... nominativo casu numeri singularis ia litteris -is definiuntur (85, 23. 108, 3 ui [126, 19. 185, 32]. 126, 25 io. 129, 20 ua. 183, 22 uo [184, 31]. app. gramm. IV 194, 38 per duas u litteras -as scribuntur. *cf.* MART. CAP. 3, 271 *Catul-lus Sallus-tius* consonantes -as habent). PAPIN. dig. 46, 3, 96, 3 temporibus -is (*cf.* SACR. Leon. p. 344). AMBR. exc. Sat. 1, 21 quae -a umquam voluntas? quod non commune vestigium? MAXIMIN. c. Ambr. 17, 36 *homousianorum* secta non confusas et concretas personas, sed -as et distinctas credebat (CONSENT. Aug. epist. 119, 4 p. 701, 3 deus indiscretus est, personae -ae sunt. EXPOS. fid. Caspari Anecd. p. 651D trinitatem in distinctis atque -is personis). RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 66D rerum ... proprietas unicuique -a servatur. MART. CAP. 4, 371 quantitas (*i.* ποσότης) bipertita est, quod alia -a est (*sc. multitudo*), alia continua (*sc. magnitudo*). -a ut numeri et orationes, continua ut lineae ac tempus (BOETH. mus. 1, 6 p. 193, 8 sqq. 2, 3 p. 228, 7 sqq. CASSIOD. art. 3 p. 1170B. 4 p. 1204C). CYPR. GALL. num. 128 tribuum proceres pia dona ferentes -os habuere dies (καθ' ἡμέραν. VVLG. num. 7, 11 per singulos dies; *cf.* 142 -is ... diebus). BOETH. mus. 5, 5 p. 356, 11 non ... -a est *vox*, sed a gravi in acutum ita deducitur, ut continua videatur (5, 6 p. 357, 3 -ae *voces* ... habent proprios locos veluti colores impermixti. *syn.* disgregatae. p. 357, 7). COD. Iust. 6, 22, 10, 2 sin autem infortunium (*sc. fandi et audiendi impotentia*) -um est (*opp.* si quis utroque morbo simul laborat). CASSIOD. art. 4 p. 1207C -us numerus est qui a -is monadibus continetur ut verbi gratia 3 a 4, 5 a 6 (*opp.* continens. *cf.* ISID. orig. 3, 7, 1). *acced. abl. limit.* (*acced.* a *infra l. 84*): VARRO rust. 3, 1, 1 dubium non est quin hae *vitae* (*sc. rustica et urbana*) non solum loco -ae sint, sed etiam tempore diversam originem habeant. BOETH. arithm. 1, 2 p. 12, 28 *ca* quae nulla rationis proportione iunguntur et a se (*cf. p. 1302, 8*) omni substantia naturaque

[Graeber]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-a sunt. *nota usum substant.* (*cf. p. 1306, 17*): TERT. anim. 10 agant in -o aliquid ambo: seorsum anima, seorsum spiritus, *eqs.*

b *de hominibus*: TAC. Germ. 16 colunt -i ac diversi. AVG. in psalm. 47, 11 *o filiae Iudae* -ae vivite, etsi concretae natae estis. SIDON. epist. 7, 11 (10), 1 inter -os separatosque. *additur* a: TERT. adv. Marc. 4, 22 p. 492, 8 longe ... -i a claritate Christi, qui voces et litteras ipsas eorum ab euangelio suo erat separaturus.

2 *latiore sensu i. q. remotus, reconditus, abditus, absconditus, ultimus* (*additur* longe *l. 14. 29. 47. 64 al.*, longius *l. 23*, procul *l. 18. 25*): **a** *de rebus*: ?HOR. carm. 2, 13, 23 sedes ... piorum (*cf. p. 664, 13*). PORPH. Hor. epist. 1, 11, 26 (locus effusi late maris arbiter) arbitrum pro ⟨re⟩moto posuit *eqs.* maris arbiter est locus, qui trans mare longe positus atque -us ⟨est⟩ (*cf.* AMM. 17, 13, 30 ad loca ... longe -a). AMM. 19, 11, 6 terras ... longe -as. AVG. civ. 15, 21 p. 105, 23 ad -os proprios ac debitos fines. ENNOD. epist. 4, 9, 2 p. 105, 3 -i maris ignota ... lana. *additur* a, ab *accedente accus. sive abl. mensurae*: PLIN. nat. 4, 52 *insulae* -ae a Corcyra (AMM. 14, 8, 14 Cyprum ... insulam procul a continenti -am). PS. AVR. VICT. epit. 40, 2 in villa sex milibus ab urbe -a. *nota usum substant.*: AVIEN. ora 666 -a in aethrae flectitur *sol* curvo ambitu. AMBR. exc. Sat. 1, 73 possunt ... animae altiora et -a (*fere i. q. secreta, arcana*) perspicere.

b *de hominibus* (*et deis l. 24*): AMM. 17, 12, 19 ad Victohalos -os longius confugerunt. *additur* a (*accedente ablat. mensurae l. 27*): APVL. Socr. 3 p. 123 deos in sublimi aetheris vertice locatos, ab humana contagione procul -os. AMM. 15, 11, 4 *Belgae* ab humaniore cultu longe -i (*cf.* CAES. Gall. 1, 1, 3 longissime absunt). 31, 12, 3 barbari quindecim milibus passuum a civitate -i. *inde de hominum animis et natura i. q. abhorrens, alienus* (*acced. ablat. separat. sive* a): AMM. 14, 9, 1 forensibus iurgiis longe -us. 21, 14, 5 *v. p. 1298, 6 sq.* AVG. epist. 103, 4 p. 581, 21 innocentes ... et eos, quos a crimine constat esse os.

B ***distinctio** et **diversitas** indicatur*: **1** *sensu passivo*: **a** *i. q. distinctus, diversus* (*inde a* VARRONE *infra l. 63*): **α** *de rebus* (I) *corporeis*: CELS. 2, 18 quamvis haec (*genera alimentorum*) ita -a sunt, tamen etiam, quae sub eadem specie sunt, magna discrimina recipiunt. MAR. VICTORIN. adv. Iust. 4 p. 1001^D penes -a confusio *est* (*sc. diversae arborum materiae in unitatem silvae coniunguntur*). HIL. myst. p. 21, 16 *manna* -um (*sc. inaequaliter collectum*) partibus sumebatur expletis (*cf. exod. 16, 17 sq.*). *acced. abl. limit.*: PAVL. FEST. p. 109 impares tibiae numero foraminum -ae.

(II) *incorporeis*: FRONTIN. strat. 1 praef. p. 2, 6 quo magis ... -a *exempla* ad rerum varietatem apte collocarentur, in tres libros ea diduximus. TRYPH. dig. 34, 9, 22 -a sunt ... iura ...: aliud tutoris aliud legatarii. VLP. dig. 43, 22, 1, 1 -ae sunt servitutes ductus aquae et haustus aquae. TERT. anim. 8 proprietatum privata discrimina ... ut sint tam -a quam paria *eqs.* LACT. inst. 4, 3, 4 philosophia et religio deorum disiuncta sunt longeque -a. HIL. syn. 23 ne -ae ac dissimilis naturae existimarentur esse missus et mittens, cum diversae essentiae esse non possint natus et gignens. trin. 12, 44 p. 461^B verborum distinctas -asque virtutes. PHYSIOGN. 26 p. 41, 2 *oculi* χαροποί varietatem in se habent et ipsa varietas -a est. 104 p. 127, 2 *animalium* unum quidem genus est atque unum nomen, animus autem et corporis qualitas diversa atque -a. ENNOD. dict. 10, 2 p. 456, 2 declamationibus etsi pari favor sermone, -is tamen mentibus exhibetur. 21, 23 p. 489, 16 votorum bonorum est causa consimilis nec -a sunt studia benignitatis. VIRG. gramm. epist. 1 p. 111, 2 ut sub his nominibus generum -us quidam ordo dictorum sententiarumque describi facilius possit (*ibid.* discretio). *adde*: FORTVN. rhet. 1, 24 p. 99, 18 *ambiguitas fit* per -um sive indiscretum modo obscuro (*ibid.* p. 99, 21 per -um et indiscretum; *cf. Theo progymn. p. 81, 30 Sp.* τοῦ ἀδιαιρέτου τε καὶ διῃρημένου). *acced. abl. limit.*: QVINT. inst. 1, 7, 15 ea (*sc. ratio scribendi*) casibus numerisque -a est. *acced.* a, ab: VARRO ling. 7, 91 quod ... a fero -um, id dicitur cicur. MART. CAP. 9, 961 *ab his tribus tetrachordis* divisum longeque -um quod est quartum *tetrachordum*. NICET. psalm. 2 p. 69, 8 sicut aestus a frigore -us est, sic tacens a loquente diversus est. **β** *de animantibus*: PHYSIOGN. 8 p. 13, 8 animalia. AVG. c. Iul. op. imperf. 5, 30 p. 1469 cum quaeritur unde *eqs.* -issimi reperimur (*ibid.* quanta diversitate distemus). *acced. abl. limit.*: QVINT. inst. 5, 10, 21 regionibus litoribusque *genera piscium* -a sunt. AMBR. virg. 3, 1, 2 *filius dei* non impar generantis, non potestate -us. *acced.* ab: AVG. virg. 22, 22 p. 257, 12 divisam dicit *apostolus* innuptam et virginem ab ea, quae nupta est, id est distinctam atque -am, ut *eqs.* *additur* a *accedente abl. limit.*: HIL. syn. 47 patre a filio non naturae nomine, quia nec diversitate substantiae, sed sola innascibilitatis auctoritate -o.

b *i. q. abhorrens, alienus accedente praep.* a, ab: ARNOB. nat. 7, 23 p. 256, 13 quicquid ... mite est ..., ab nocendi procul est usu et cogitatione -um (*syn.* p. 256, 5 dimotus et disiunctus). AMM. 14, 5, 6 crimina ... multa ... a veritate longe -a. 31, 2, 4 *aedificia* velut ab usu communi -a sepulcra declinant. AVG. epist. 120, 12 p. 714, 26 quanto est *trinitas* ab omnium qualitatum et quantitatum corporalium comparatione -ior. BOETH. in Porph. comm. sec. p. 155, 17 nec haec quidem *divisio* ab huius libri utilitate -a est.

c ἐμφατικῶς *i. q. egregius, singularis*: CORIPP. Ioh. 2, 316 -a mente (7, 243). Iust. 1, 224 hic bene suscepti primordia prospera regni -a ratione vocans (*i. celebrans*).

2° *sensu activo i. q. iudicandi peritus, iustus*: **a** *de hominibus*: CORIPP. Iust. 1, 297 alma ... -o placuit concordia vulgo. GREG. M. moral. 8, 5 p. 804^B quatenus inter cor et linguam aequus quidam -usque arbiter sedeat, subtiliter pensans, si *eqs.* 11, 65 p. 982^D vir ... fortis quilibet et -us vocatur, mulier vero mens infirma vel indiscreta accipitur. *ibid.* saepe contingit, ut etiam -us quisque ... labatur in culpam. p. 983^A. **b** *meton. de rebus*: GREG. M. moral. 7, 61 p. 802^B quatenus os -um (*i. -endi peritum*) et congruo tempore vox aperiat et rursum congruo taciturnitas claudat (*cf. opp.* 60 indiscretum silentium). 20, 4 p. 137^B huius ... -issimae dispensationis suae sancta ecclesia ... reminiscatur. epist. 6, 41 p. 417, 17 ut ita se circa eos fraternitas vestra -a moderatione exhibere studeat. 7, 3 p. 443, 20 pia -aque cautela. 9, 85 p. 99, 31 plus virium habet -ă in coercitione remissio, quam in exequenda ultione districtio. 12, 12 p. 359, 17 laudabile -umque est ... honorem debitum exhibere prioribus.

syn. et iuxta posita: *ad A 1 a α*: dispositus (PHYSIOGN. 61 p. 83, 6), seiunctus (PHYSIOGN. 5 p. 8, 11. 122 p. 139, 4), singuli (ARNOB. nat. 6, 16 p. 228, 2). *ad A 1 a β*: disgregatus (BOETH. mus. 5, 6 p. 357, 3), distinctus (MAXIMIN. c. Ambr. 17, 36 EXPOS. Caspari Anecd. p. 651^D), separatus (PLIN. epist. 2, 6, 7 *cf. l. 25*). *ad A 1 b*: dimotus et disiunctus (ARNOB. nat. 7, 23 p. 256, 5), separatus (SIDON. epist. 7, 11 [10], 1 *cf. l. 24*). *ad B 1 a α (II)*: disiunctus (LACT. inst. 4, 3, 4), dissimilis (HIL. syn. 23), distinctus (HIL. trin. 12, 44 p. 461^B AVG. virg. 22, 22 p. 257, 12), diversus (HIL. syn. 23 PHYSIOGN. 104 p. 127, 2 NICET. psalm. 2 p. 69, 8). *ad B 2 b α*: aequus (GREG. M. moral. 8, 5 p. 804^B).

opp.: *ad A 1 a β*: continens (CASSIOD. art. 4 p. 1207^C), continuus (MART. CAP. 4, 371 CASSIOD. art. 3 p. 1170^B. *cf.* BOETH. mus. 5, 5 p. 356, 11), indiscretus (CONSENT. Aug. epist. 119, 4 p. 701, 3). *ad A 1 b*: concretus (AVG. in psalm. 47, 11). *ad B 1 a α (II)*: par (TERT. anim. 8 ENNOD. dict. 10, 2 p. 456, 2), unus (PHYSIOGN. 104 p. 127, 2). *ad B 2 b α*: indiscretus (GREG. M. moral. 11, 65 p. 982^D).

adv. **discrētē** (*cf.* discretim): **1** *i. q. disiuncte* (*syn.* distincte *l. 42*, *opp.* simul *l. 40*, confuse *l. 43*. *adde l. 45*): PRISC. gramm. III 98, 4 subdisiunctivae *coniunctiones* sunt, quae voce disiunctivarum utrumque tamen esse significant vel simul ... vel -e. 98, 11 -e utrumque tamen esse significat, ut 'toto die vel legit iste vel cogitat' (*syn.* distincte). AVG. quant. anim. 34, 77 p. 1078 solus deus animae (*dativ.*) colendus est neque -e neque confuse. BOETH. herm. sec. 2, 8 p. 182, 23 hoc est ... quod dixit 'neque enim est aliquis homo equus' et hoc sub uno legendum est, non -e pronuntiandum homo et rursus equus, sed homo equus, ut ex his iunctis appareat *eqs.* **2** *i. q. diversa ratione*: PS. PRIMAS. in Hebr. p. 838^A unum habemus patrem in caelis, ille (*i. Christus*) proprium, nos adoptivum, ... et ipse et nos ex uno deo patre sumus, licet -e. *nota i. q. discretione adhibita*: GREG. M. moral. 3, 68 p. 632^B aliquando discretionis imaginem oculis obicit *diabolus*, et ad indiscretionis laqueos perducit: sicut est, cum impulsu eius pro infirmitate nobis plus alimentorum quasi -e concedimus, sed indiscrete contra nos bella carnis excitamus. 7, 61 p. 802^B -e ... vicissitudinum pensanda sunt (*cf. p. 1304, 63 sq.*) tempora (*i. tempus tacendi et tempus loquendi*).

deriv.: indiscrete (*cf. l. 53*).

adv. **discrētim** [*a* discernere, discretus. *Th.*]. *cf. A. Funck, Archiv 8 (1893), 104. 109.* *i. q. disiunctim* (*cf.* discrete *1*), *iuxta pos.* singillatim *l. 61*, *opp.* coacervatim *l. 62*: APVL. met. 6, 1 haec singula Psyche curiose dividit et -m remota (se- *Rohde*, seiuncta *Michaelis*) rite componit. flor. 9 p. 37 quae utinam possem ... non singillatim ac -m, sed cunctim et coacervatim (concertatim *F*) tibi ... offerre. HIL. in psalm. 138, 23 p. 760, 1 per haec superiora -m ex utroque, in quo erat, naturae genere praedicavit, dei scilicet atque hominis. AMM. 28, 1, 36 *illum illumque* apparitores aliquotiens -m trudi iubebat. 29, 6, 13 dum -m grassatores adoriri festinant. CYPR. GALL. gen. 345 fecundas iubet *deus Noe filios* -m sumere terras. *i. q. semotim* (*cf.* discretus *p. 1307, 8 sqq.*): AVIEN. Arat. 591 *Electram* sede carere sororum atque os -m procul abdere (edere *cod.*). *nota activo sensu i. q. dissecando*: CYPR. GALL. gen. 63 Tigris ... Assyriam celeri -m flumine sulcans.

deriv.: indiscretim (*cf. l. 56*). *Graeber.*

×discerpo, -psī, -ptum, -ere [*a* dis- *et* carpere. *Th.*]. GLOSS. ἀπομερίζω. διαμερίζω. διασπαράσσω. διαχωρίζω. lacero. -it devorat. -ere membra laniare vel lacerare. -psit diripuit. -ptus διασπαραχθείς. -ptum (discretum *trad.*) devastatum aut ab arbore detractum.

legitur inde ab ENN. *et* ACC. [COLVM. 4, 6, 4 disc- *SA pro* dec-. LVCAN. 2, 121 -isse *VUG*, discessisse *al.* (*sim.* HOMER. 417 *E*[1], dec- *cett.*).] [*it.* scerpare. *M.-L.*]

1 *proprie i. q. dilacerare, distrahere, dilaniare, divellere*: ENN. ann. 404 undique nitendo corpus -ere ferro. ACC. trag. 543 cupienter mālis membra -at suis. CIC. nat. deor. 1, 27 distractione humanorum animorum -i et lacerari deum. Tusc. 1, 71 *animus* nec secerni nec dividi nec -i nec distrahi potest. ac. frg. 20 *Liberum* incomptis un-

[L.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

guibus bacchantes asperoque ore -ant. LVCR. 4, 96. VERG. georg. 4, 522 *Orphea* -ptum. LIV. 1, 16, 4. 39, 13, 5 indicem manibus suis (45, 38, 2. VAL. MAX. 9, 9, 1 Cinna ... populi manibus -ptus est. CVRT. 6, 11, 8. PS. QVINT. decl. 10, 1 SVLP. SEV. chron. 1, 27, 3). VAL. MAX. 3, 7, 1ᵈ librum ... -psit (discessit *trad.* EDICT. imp. Constant. de accus. [Corp. V 2781] *famosos libellos* statuis detrahere ad⟨que discerper⟩e vel igni debebit exurere. COD. Theod. 9, 34, 9 [*a. 386*] famosum libellum). 9, 7, 4 PHAEDR. app. 16, 7. SEN. nat. 2, 7, 1 quidam aëra -unt et in particulas diducunt. LVCAN. 7, 842 non omnis populus *occisus* pervenit (*i. redactus est*) ad ossa inque feras (*i. volucres*) -ptus (disceptus *M U V*) abit. PLIN. nat. 30, 59 -pti vespertilionis sanguine (PLIN. med. 2, 11). HOMER. 990 -ptum (direptum *codd. meliores*) more ferarum. MART. 5, 67, 5 *syn.* lacerare. SVET. Iul. 17, 2. 81, 3 Cal. 2. 28 Nero 47, 2. Dom. 15, 3 ut ... semiustum cadaver -rent canes (*syn.* lacerare). FLOR. epit. 1, 1, 17. FRONTO p. 16, 12 N. sive *naufragos* volucres -ant. APVL. met. 1, 13. 2, 26 laceratus atque -ptus domo proturbor. 9, 30 -ptae comae. ITALA iud. 8, 7 (Lugd.) -o carnes vestras (ἀλοήσω, VVLG. conteram). PORPH. Hor. epod. 16, 13 ars 50 SOL. 15, 22. ARNOB. nat. 2, 41 viscera. FIRM. err. 6, 8. 29, 2 POTAM. tract. 2 p. 1416ᴮ PS. AVR. VICT. epit. 25, 2 AMM. 14, 7, 6. 14, 10, 2. 15, 3, 1. 15, 13, 2 SERV. auct. Aen. 1, 430 HYG. astr. 2, 7 p. 43, 10. *ibid.* p. 44, 12 SCHOL. Germ. Bas. p. 88, 8 HIER. epist. 1, 13, 2. 14, 8, 3 VVLG. iud. 14, 6. Marc. 1, 26 -ens eum spiritus immundus (σπαράξαν. 9, 25). act. 23, 10 ne -retur (διασπασθῇ) Paulus ab ipsis. RVFIN. Greg. Naz. orat. 3 p. 114, 22. 5 p. 170, 9 Vind. hist. 6, 4, 1. 6, 41, 4. 8, 9, 2 -ptis despicatisque visceribus. AVG. civ. 3, 15. 28. 7, 25 CYPR. GALL. gen. 1242 SVLP. SEV. chron. 1, 31, 2. 1, 39, 4 RVT. NAM. 1, 609 MART. CAP. 3, 326. 8, 840. OROS. hist. 3, 23, 6 *syn.* dilaniare. SIDON. epist. 1, 5, 5 *Padus* ab alveo principali molium publicarum -ptus (*i. divisus*) obiectu. carm. 23, 279. CARM. epigr. 787, 37. IORD. Get. 261 (*in imag.*) nisi ... se ipsos -rent fortissimae nationes. GREG. TVR. Franc. 8, 30. PASS. coron. 8 abreptus a daemonio -ens se expiravit. *al.*

t. t. de scisso obsonio: HOR. sat. 2, 8, 86 pueri ... -pta ferentes membra gruis. *accedit* in, per (*cf. l. 46*): LVCR. 2, 829 in parvas partes (*cf.* SEN. Thy. 61 membra *liberorum Thyestis* per partes eant -pta, *ut coquantur*. CLAVD. MAM. anim. 3, 13 p. 180, 5 in diversas partes). PANEG. 12 (2), 44, 1 in frusta (GREG. TVR. vit. patr. 4, 2 Andr. 18 PASS. Thom. p. 99, 13. *cf.* HIER. epist. 15, 1, 1 per frusta). MVTIAN. Chrysost. hom. 33, 4 per plura -itur. *sim.* APVL. met. 9, 37 adulescentem frustatim. AMM. 19, 8, 7 membratim (SCHOL. Germ. Bas. p. 84, 12. 152, 15 MARCELL. chron. II p. 86, 455, 19).

2 *translate*: **a** *i. q. dividere*: CIC. de orat. 3, 24 *homines leviter eruditi* quae complecti tota nequeant, haec facilius divulsa et quasi -pta contrectant (*cf.* 3, 132 num ipsas litteras ... tam -ptas fuisse, ut nemo genus universum complecteretur *eqs.*). 3, 49 non -ptis sententiis *dicere*. 3, 132. top. 28 partitionum *definitiones*, cum res ea, quae proposita est, quasi in membra -itur (IVL. VICT. rhet. 3, 3 p. 378). *c. praep.* ab *i. q. separare*: AVG. epist. 87, 1 virum ab ecclesia catholica ... -ptum doleo. *cf.* in Iob p. 543, 14 ab ipsa pace aut a memet ipso -psit, ut ab adversariis ... dilacerarer. **b** *i. q. dissipare*: CATVLL. 64, 142 quae cuncta aerii -unt irrita venti. VERG. Aen. 9, 311 aurae omnia -unt et nubibus irrita donant. **c** *i. q. diffamare*: CATVLL. 66, 73 si me infestis -ent (diserpent *trad.*) sidera dictis. GELL. 6, 18, 10 ut contempti vulgo -ptique sint (disreptique *R*, despretique *Lipsius*). AVG. quaest. hept. 4, 49 *v. p. 1070, 70*. *i. q. divulgare*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 9 p. 959 quando ergo diffunditur peccatum et longius malitia procedit et peccatores sua inter se peccata -unt. **d** *i. q. macerare, conficere*: SEN. epist. 51, 8 inter tot affectus distrahar, immo -ar. RVFIN. Orig. in gen. 8, 3 ut ... cogitationibus -atur (AVG. serm. ed. Mai 23, 3). ITALA Iob 16, 12 (Aug. in Iob p. 543, 14) in pace cum essem, -psit me (διεσκέδασε, VVLG. contritus sum. *aliter interpretatur* AVG. *supra l. 48*). DAMAS. epigr. 2, 4 caedibus adsiduis ... -ere plebem (*de Paulo*).

deriv.: discerptim, discerptio, discerptor.

discerptim *adv. a* discerpere. *i. q. separatim*: BOETH. herm. pr. 2, 11 p. 151, 22 -m multa signant. p. 151, 27.

discerptio, -ōnis *f. a* discerpere. *i. q. dilaceratio*: [LIV. 41, 24, 10 *coni. Madvig*, dissertio *trad.*] HIER. tract. in Marc. p. 336, 12 corporis. VVLG. IV Esdr. 12, 32 incutiet coram ipsis -es eorum. RVFIN. hist. 3, 36, 9 -es membrorum (συγκοπαί). GILD. Brit. 11 chron. III p. 32, 9.

discerptor, -ōris *m. a* discerpere. GLOSS. glabrio faciei -r. *i. qui pilos evellit.*

discertātio, -ōnis *f. a* discertari. *i. q. dissensio, disputatio*: GELL. 10, 4, 1 rem sane in philosophiae -bus celebrem. ITALA act. 15, 39 (cod. d) facta est autem -o ita, ut *eqs.* (παροξυσμός, VVLG. dissensio).

discertor, -ārī *a* dis- *et* certari. *i. q. discordare*: ITALA Ioh. 6, 53 (cod. e) -bantur itaque Iudaei adinvicem dicentes *eqs.* (ἐμάχοντο, *cett. codd. fere omnes et* VVLG. litigabant). discerto, -āre: GLOSS. -at plus certat (*cf. Götz, Archiv 2, 347*). NOT. Tir. 34, 83 -at. *L.*

discessio, -ōnis *f. a* discedere. *i. q. actio discedendi. legitur inde a* TER. *plural. p. 1310, 74.*

I ***proprie***: **A** *vi praepositionis integra*: **1** *indicatur velut dissolutio unitatis cuiusdam*: **a** *generatim* (*cf.* discedo *p. 1275, 71sqq.*): MACR. sat. 1, 5, 3 ni tempus noctis ... necessariae -is nos admoneret (*cf.* 1, 5, 17 discedentes). 3, 20, 8 ita facta -o est (*utroque loco de dialogo finito, cf.* discedo *p. 1275, 77. 80sq.*). *i. q. itio in partes*: CIC. Sest. 77 oritur saepe seditio ... ex clamore primum, deinde aliqua -e contionis. **b** *speciatim de more pedibus sententiam ferendi* (*v.* discedo *p. 1276, 52sqq.; Liebenam, PW. V 1172sqq.; Mommsen, Staatsr. III 983sq. 991sqq.; cf. Cass. Dio 41, 2* διαψηφίσεως ... ἐν τῇ ἐπὶ τάδε καὶ ἐπ' ἐκεῖνα τοῦ βουλευτηρίου μεταστάσει γενομένης): CIC. Verr. 5, 146 cum iam non solum -o facta esset, sed etiam perscriptum atque in tabulas relatum (Sest. 74 sine ulla varietate. Phil. 6, 3. 14, 21 has in sententias meas [Att. 12, 21, 1 TAC. ann. 3, 69] si consules -em facere voluissent. epist. 1, 2, 2. 1, 4, 2. HIRT. Gall. 8, 53, 1 sententiis dictis. PLIN. epist. 2, 11, 22. 8, 14, 19 *lex* ita -em fieri iubet: 'qui haec sentitis, in hanc partem, qui alia omnia, in illam partem ite, qua sentitis'. GELL. 14, 7, 13). Phil. 3, 24 senatus consultum de supplicatione per -em fecit (HIRT. Gall. 8, 52, 5. LEX de imp. Vesp. [Corp. VI 930] 4 utique ei ... senatus consulta per relationem discessiónemque facere liceat. TAC. ann. 6, 12 SVET. Tib. 31, 1 S. C. de nund. salt. Beg. [Corp. VIII 23246] 10. GELL. 3, 18, 2 cum senatus consultum per -em fiebat, nonne universi senatores sententiam pedibus ferebant? 14, 7, 19 *opp.* per singulorum sententias exquisitas). Phil. 8, 1 tua voluntas in -e fuit ad lenitatem propensior. SEN. dial. 7, 2, 1 cum de beata vita agetur, non est quod mihi illud -um more respondeas: 'haec pars maior esse videtur' *eqs.* TAC. ann. 14, 19 postquam -em consul permiserat, pedibus in sententiam eius iere. PLIN. epist. 9, 13, 20 consul citatis nominibus et peracta -e mittit senatum. GELL. 14, 7, 13 quia in omnibus senatus consultis ... -o esset necessaria.

2 *indicatur disiunctio quaedam* (*cf.* GLOSS. διαχωρισμός): **a** *i. q. discidium, divortium* (*cf.* discedo *p. 1277, 11sqq.*): TER. Andr. 568 si eveniat, quod di prohibeant, -o (EVGRAPH. si fiat divortium). HIL. in Matth. 4, 22 si alii ex -is necessitate nubenda sit. AVG. adult. coniug. 1, 18, 22 -o coniugis fidelis ab infideli. **b** *i. q. actio deserendi* (*cf.* discedo *p. 1277, 37sqq.*): AMBR. Abr. 1, 4, 26 p. 521, 12 fugientis *servae* -em. SVLP. SEV. dial. 1, 12, 4 graviter irascerer -e fugitivi (*sc. liberti*). *huc etiam referas*: LEO M. serm. 68, 2 p. 373ᶜ ut *Iesum* non solum pater relinqueret, sed etiam ipse se quadam ratione desereret, non trepida -e, sed voluntaria cessione. **c** *de sideribus* (*cf.* discedo *p. 1281, 44sqq.*): GELL. 14, 1, 8 stellarum motus et vias et -es et coetus.

B *vi praepositionis evanescente*: *i. q. decessio, abitus, reditus* (*cf.* discedo *p. 1277, 58sqq.*) *acced. genet. l. 41. 54. 56, pron. poss. l. 48. 52*: TAC. ann. 1, 30 primum octava, dein quinta decima legio *in hiberna* rediere: nonanus ... desolatus aliorum -e *eqs.* DON. Ter. Phorm. 440 repentina (*sc. personae a scaena*). AVSON. 422, 15 foeda -o *Graecorum a Troia* ab Vlixe cohibetur (*cf. p. 1312, 78sq.*). SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 695 Troianos stellam ducem -is habuisse. 2, 703. SCHOL. Cic. Bob. p. 172, 10 St. *exilium suum* maluit -em vocare quam poenam (*falso; apud* CIC. *nusquam -io sic, sed semper hoc sensu legitur* discessus, *cf. p. 1311, 48sqq. 79sqq.*). HEGES. 5, 16 l. 153 accepto pretio -is fidem fregere. VVLG. act. 20, 29 intrabunt post -em meam lupi rapaces in vos (ἄφιξιν). SVLP. SEV. dial. 1, 22, 3 causam -is (*sc. ex eremo*) et consilium. MACR. sat. 3, 9, 14 (*ad* VERG. Aen. 2, 351 excessere ... di) evocationem numinum -emque. OROS. hist. 2, 19, 9 -is *Gallorum* pretium. EVGRAPH. Ter. Andr. 708 -em tuam complere (*ibid.* discedere). Haut. 190 (abitio) hoc est -o. Hec. 228. ENNOD. epist. 2, 4, 1 p. 43, 3 in aucupio -is. 9, 32, 1 p. 256, 7 tantum me *illius* perculit ... -o ut *eqs.* opusc. 1, 40 p. 272, 6 ne ascriberetur casui prima ⟨? clades *suppl. Hartel*⟩ et -o perfugarum. *nota sensu collectivo*: ITALA I Macc. 2, 15 (Lucif. non parc. 12 p. 235, 8) venerunt qui erant a rege et compellebant -em (ἀποστασίαν, VVLG. qui confugerant) in Modiin civitatem, ut sacrificarent.

II ***metaphorice*** *de anima* (*cf.* discedo *p. 1284, 25sqq.*): **A** *vi praepositionis integra*: HIL. in psalm. 53, 14 p. 146, 12 morti ... id est -i ... tamquam animae corporisque. **B** *vi praepositionis evanescente* (*additur* e *infra l. 64, a infra l. 65*): PS. APVL. Ascl. 28 cum fuerit animae e corpore facta -o (*cf. p. 1312, 61sqq.*). HIL. in psalm. 63, 9 p. 231, 5 mortem ... esse ... -em *animae* a corpore. HEGES. 5, 53, 1 l. 36 infusione animae mortuus resurgit, -e vivus exanimatur.

III ***translate***: **A** *vi praepositionis integra*: **1** *indicatur dissolutio quaedam* (*cf.* GLOSS. διχόνοια, διχοστασία): *i. q. discidium*: GELL. 2, 12, 1 si ob discordiam dissensionemque seditio atque -o populi in duas partes fiet. **2** *indicatur disiunctio quaedam*: **a** *i. q. separatio* (*sic* GLOSS.): SALL. hist. frg. 1, 11 -o plebis a patribus aliaeque dissensiones domi fuere (OROS. hist. 2, 5, 5). **b** *i. q. defectio, seditio* (*cf.* GLOSS. ἀποστασία). **α** *generatim*: HEGES. 2, 6, 2 erupit in seditiones graves, latrocinia, -es eorum insolentia. 2, 6, 4. 3, 3, 7. 3, 8, 2. RVFIN. hist. 1, 5, 6 (ἀποστασίαν). IORD. Get. 50, 260. *additur* a: VVLG. act. 21, 21 quia -em doceas a Moyse eorum qui *eqs.* (ἀποστασίαν ἀπό). AVG. epist. 173, 10 recessisse a domino *Iesu tot* discipulos et arbitrio suae malae atque impiae -is fuisse permissos. **β** *speciatim*: *a deo* (*cf.* discedo *p. 1286, 11sqq.*): ITALA II Thess. 2, 3 (cod. g *al.*) nisi venerit -o primum (VVLG. *item*; ἀποστασία). HIL. in psalm. 118 samech 10 p. 493, 10 differt ... a peccato -o (*sc. apostatae*), quia peccato venia per paenitentiam reservatur, -o vero cum ipsa paenitentiae -e se damnat (*ibid. saepius* discedere). 120, 8 p. 564, 2 cum ab eo per peccata discessimus ..., -em nostram ab eo consequi-

[Graeber]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tur abscessio eius a nobis. AVG. bapt. 5, 2, 2 id erratum cooperiebat caritas unitatis, quamdiu inerat ista non diabolica -o, sed humana temptatio. HESYCH. in lev. 17, 1/7 p. 1003^{D} fornicatio (*i. idololatria*) dicitur ab *deo* -o. FVLG. RVSP. ad Monim. 2, 1 p. 179^{B} nec deum praedestinasse -em hominis a se, cum causa ipsius -is sola voluntaria esset aversio peccatoris. *ab ecclesia* (*cf.* discedo *p. 1285, 75 sqq.*): CYPR. epist. 52, 3 ut ... iudicium sacerdotum voluntaria -e praecederet (*opp.* eici de ecclesia et excludi). AMBR. hex. 4, 2, 7 p. 115, 12 *ecclesia sicut luna* aliquorum quidem in persecutionibus -e minuitur, ut ... impleatur. RVFIN. Greg. Naz. orat. 4 p. 151, 5 Engelbr. *fratrum* -e et separatione affligimur et discerpimur. AVG. c. Gaud. 2, 4, 4 p. 259, 10 quare vos ... ab unitate huius ecclesiae nefario schismate disceditis et haeretica praesumptione in eadem -e (*f*, disciss- *vulg.*) persistitis? 2, 10, 10 p. 267, 12 cum et schismaticus sis sacrilega -e et haereticus sacrilego dogmate.

B *vi praepositionis evanescente fere i. q. intermissio, absentia* (*cf.* discedo *p. 1289, 46 sqq.*): SYMM. epist. 1, 34, 1 veteris in te amoris nulla -o est. CASSIOD. in psalm. 104, 16 quamvis fames substantialis non sit, sed sola est -o copiarum, sicut nox appellatur solis absentia.

discessīvus, -a, -um *a* discedere. VIRG. gramm. epit. 8 p. 70, 13 adverbia congregandi non unius sunt status: aut enim coniungunt et stabilia sunt, ut 'invicem sumus' aut controversia ut 'invicem insurgimus' aut -a (*i. disiunctionem significantia*) ut 'abinvicem disiungimur' aut agapeta ut 'pro invicem laboramus'.

1. discessus, -a, -um *v.* discedo *p. 1275, 19 sqq.*

2. discessus, -ūs *m. a* discedere. *i. q. actus discedendi. legitur inde a* VARRONE (*v. infra l. 42 et 77*), *apud poetas non nisi* LVCR. 4, 41 VERG. Aen. 6, 464. 8, 215 STAT. Theb. 11, 671. *plur. v. p. 1312, 69. dub.*: CAES. Gall. 7, 74, 1.

I ***vi praepositionis integra*:** **A** *proprie de hominibus* (*cf.* GLOSS. χωρισμός): **1** *generatim*: CIC. Cato 84 non longinquum inter nos digressum et -um fore. **2** *speciatim: i. q. desertio* (*cf.* discedo *p. 1277, 37 sqq.*): CAES. civ. 3, 76, 4 militum.

B *per imaginem vel translate de rebus*: **1** *indicatur dissolutio quaedam*: LVCR. 4, 41 cum corpus simul atque animi natura perempta in sua -um dederint (*i. discesserint; cf. p. 1283, 2 sq.*) primordia quaeque. *accedit genet.*: CIC. Tusc. 1, 71 est ... interitus quasi -us et secretio ac diremptus earum partium, quae ante interitum iunctione aliqua tenebantur. nat. deor. 2, 60 te nec terrae fremitus nec caeli -us ... terrebunt. **2** *indicatur disiunctio quaedam* (*additur* a *l. 43*): VARRO ling. 5, 60 animae et corporis (*cf. p. 1310, 62*). CIC. Tusc. 1, 18 -um animi a corpore ... esse mortem (1, 82; *cf. Plat. Phaed. p. 64e* τὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγήν).

II ***vi praepositionis evanescente*:** **A** *de hominibus*: **1** *proprie*: **a** *generatim* (*inde a* VARRONE *infra l. 77*): *i. q. discessio, secessio, decessus, abitus* (*cf.* GLOSS. ἀποχώρησις. ἀναχώρησις. κατάβασις) *interdum* (*cf. p. 1312, 7*) *i. q. absentia*: CIC. dom. 15 quod in meo reditu spes otii et concordiae sita videbatur, in -u autem cotidianus seditionis timor (*sic* CIC. *saepius de exilio suo tristitiam rei verbi lenitate mitigans, cf.* Planc. 73 in illo tristi et acerbo luctu atque -u. Rab. Post. 47. Mil. 103 *opp.* reditus. SCHOL. Cic. Bob. p. 168, 21 St. qui ... patientiam -us illius ... susceperit. *v. etiam infra l. 79 sqq.*). p. red. ad Quir. 7 in -u civium exercitu se armisque revocavit. Scaur. 11 -ūs ... solitudo ei ... fuit quaerenda. Tusc. 1, 18 nullum ... fieri -um (*sc. animi; cf. supra l. 42*). Att. 5, 1, 1 ego ... et tuum in -u vidi animum et meo (*sc. animo*) sum ipse testis (*cf. p. 1312, 3*). 9, 13, 4 eo tardior ad discedendum fui, quod difficile est de -u voluntario sine ulla spe reditus cogitare. 12, 50 *opp.* adventus. 16, 3, 4 multa me movent in -u, in primis ..., quod diiungor a te. *ibid.* tempus ... -ūs subabsurdum. epist. 4, 2, 4 quod consilium in -u, quae loca sequamur. ATT. Cic. Att. 9, 10, 6 ego ... subitum -um et praecipitem profectionem cum tibi, tum ipsi *illi* inutilem et periculosam puto. PLANC. Cic. epist. 10, 23, 3 dedi operam ..., ut et celeriter me reciperem et hic -us nihil fugae simile haberet (*cf.* CAES. Gall. 5, 53, 7 magnas Gallorum copias ... discessisse, adeo ut fugae similis -us videretur. *v. etiam p. 1312, 4. 33*). VERG. Aen. 6, 464. FRONTIN. strat. 1, 5, 25 Darius ut falleret *illos* -u. IVST. 2, 11, 1 *opp.* introitus in Graeciam. 12, 11, 5 retenti veteranorum -um (*sc. ceterorum qui dimissi erant*) aegre ferentes missionem et ipsi flagitabant. HIL. in psalm. 143, 10 cum deo ... -us et accessus adscribitur, quia secundum meritorum nostrorum differentiam ... aut desit aut absit. AMM. 15, 4, 8 nec aliud vitae subsidium nisi -u sperare veloci (*cf.* 30, 1, 5 neque aliam nisi cito -u salutis reperiens viam). 23, 6, 8 vix ipsi tutum invenere -um. 31, 12, 16 inerti -u primordia belli foedarunt. COD. Theod. 9, 43, 1, 2 (*a. 321*) *opp.* reditus. *acced. genet. sive pron. possess.* (*adde* CIC. dom. 15 *supra l. 48 sqq.*): VARRO Men. 324 inter medici[s] -um et adventum pollictoris. CIC. Catil. 1, 7 -u ceterorum, nostra tamen, qui remansissemus, caede te contentum esse. dom. 17 -u meo (*opp.* reditus; *de exilio suo v. supra l. 48 sqq., cf.* 59. 60. 85. 95 meus ille -us [*item* Pis. 31]. 115 Sest. 49. 60. 128. 133 p. red. in sen. 3. 19 Vatin. 6 prov. 45. Pis. 21 -u tum meo. 32 Planc. 86 Brut. 273 *ille* nescio quomodo -u meo discessit [*cf. p. 1288, 48 sqq.*] a sese ceciditque. parad. 30 meo -u exulasse rem publicam. *adde*: dom. 96 unius. 122 eius civis. Vatin. 7 eius viri). Phil. 2, 109 -u nostro laetatus est (*cf. ibid.* metu perterriti *ex senatu* diffugimus. *cf. etiam* Att. 6, 4, 1. 7, 17, 3. 10, 8, 9 quantus ... animus in -u nostro [*cf. p. 1311, 57*]. ad Q. fr. 2, 12, 1. 3, 8, 1). Phil. 5, 30 post -um latronis vel potius desperatam fugam (*cf. p. 1311, 66*). Brut. 308 oratorum aut interitu aut -u aut fuga. Tusc. 1, 7 tuum post -um (Att. 1, 18, 2. 12, 48. 13, 45, 1. 15, 8, 1 epist. 1, 2, 3. 1, 9, 23. 7, 10, 3. 11, 27, 2 tuus ... -us isque diuturnus. 15, 14, 6 accessit post tuum -um familiaritas mihi cum *illo* maxima. STAT. Theb. 11, 671 moenia lustra -u Thebana tuo). Att. 1, 13, 2. 1, 16, 5 summo -u bonorum, pleno foro servorum. 1, 17, 6 fratris. 11, 7, 1 *senatus consulta* post -um tribunorum facta sunt. 15, 20, 1 nunc dubitare quemquam prudentem quin meus -us desperationis sit, non legationis? epist. 10, 28, 1 post Antoni foedissimum -um. ad Brut. 2, 7, 2 post -um *illius* consulis. PLANC. Cic. epist. 10, 18, 2 post -um legatorum. CAES. Gall. 2, 14, 1 Belgarum. 4, 4, 6 Germanorum. 4, 14, 2 *opp.* adventus. 5, 3, 6 omnis nobilitatis. 6, 41, 2 hostium (HIRT. Gall. 8, 16, 1 QVINT. decl. 377 p. 422, 13. *cf.* AMM. 31, 14, 19 post ... -um ... hostilem). 7, 5, 7. 7, 20, 1 *ibid.* discedere. 7, 41, 4. 7, 54, 2 civ. 1, 74, 1. 1, 80, 3 nostrorum equitum. 2, 35, 5. 3, 9, 6 BELL. Afr. 67, 3 LIV. 28, 31, 3. 35, 45, 2 *ibid.* discedere. SEN. dial. 6, 7, 1 -u, non solum amissione carissimorum necessarius morsus est. FRONTIN. strat. 2, 11, 3. TAC. hist. 3, 59 tam pavidus *illius* -us. 4, 39 citeriorem Hispaniam ostentans -u *illius* vacuam. ann. 2, 44 Romanorum. IVST. 2, 12, 19 sociorum. 23, 2, 7. AMM. 16, 12, 2 ducis fugati (*cf.* 25, 3, 14). RVFIN. hist. 4, 3, 2 non tantum salvatore praesente, sed et post -um eius (ἀπαλλαγέντος). SVLP. SEV. Mart. 6, 4 -u sancti *illius*, quem ad exilium haereticorum vis coegerat, turbatam ecclesiam. dial. 2, 8, 8. 3, 4, 7. SIDON. epist. 7, 1, 3 primorum populariumque. 7, 15, 2 hac ... condicione -um impetraturi, ut aut vicissim redeatis aut serius. *additur unde*: **a**: CIC. Att. 1, 13, 2 post -um a me tuum (epist. 7, 18, 1. *cf.* Att. 3, 25 post tuum a me -um [*ibid.* discedere]. ad Brut. 1, 14, 1 de *illius* abs te -u). CIC. Att. 8, 3, 3 quid foedius ... hoc (*om. M*[1]) ab urbe -u sive potius turpissima fuga? (*cf. l. 4. p. 1311, 66*). ad Brut. 1, 15, 5 animus ... qui semper infixus in patriae caritate -um ab eius periculis ferre non potuit. CAES. civ. 3, 80, 4 -u exercituum ab Dyrrachio cognito. LIV. 28, 37, 10 *illius* ab Oceani ora. IVST. 7, 4, 1 post -um a Macedonia Bubaris Amyntas rex decedit. 23, 3, 12 turpem ... ab Italia -um. **de**: CIC. p. red. in sen. 25 *Metelli* quondam de patria -us honestus omnibus ... visus est. **e**: AMM. 16, 10, 16 cuius e Perside -um supra monstravimus. *abl.*: CIC. Att. 11, 18, 1 de illius Alexandrea -u nihil adhuc rumoris. *additur quo fiat* -us: **ad**: DICT. 1, 14 post -um *Herculis* ad deos. *acc.*: CIC. Att. 9, 5, 1 sunt ista quidem ... difficillima, iter ad superum, navigatio infero, -us Arpinum, ne hunc fugisse, mansio Formiis, ne obtulisse nos gratulationi videamur.

b *speciatim de feriis aestivis*: CIC. Att. 12, 40, 3 si quis requirit, cur Romae non sim: quia -us est. *acced. genet.*: CIC. epist. 3, 9, 4 ⟨in⟩ ipsum -um senatus incidisse ... meas litteras (*cf. alio sensu*: Att. 7, 12, 2 nec eum rerum prolatio nec senatūs magistratuumque -us nec aerarium clausum tardabit). *acced.* **a**: LIV. 4, 36, 3 per -um hominum ab urbe. **2** *in locutionibus per imaginem expressis*: **a** *de excessu, decessu, morte* (*cf.* discedo *p. 1283, 32 sqq.*): CIC. div. 1, 47 o praeclarum -um ... e vita, cum ... in lucem animus excesserit (*cf.* RVFIN. hist. 4, 15, 5 iniquae huius vitae ultro velocem expetisse -um [ὡς τοῦ ἀδίκου ... βίου αὐτῶν ἀπαλλαγείη]). *absol.*: APRING. in apoc. 2, 10 in primordiis ecclesiae catholicae post ipsius -um apostoli. EVGIPP. Sev. cap. 44 p. 12, 12 post -um eius. EXC. barb. p. 320, 5 Fr. **b** *de morientis discessione a huius vitae rebus et hominibus* (*cf.* discedo *p. 1283, 46 sqq.*): CIC. fin. 5, 32 quin ... *sapiens* -u a suis atque ipsa relinquenda luce moveatur. Tusc. 1, 83 illud angit vel potius excruciat, -us ab omnibus iis, quae sunt bona in vita. vide, ne 'a malis' dici verius possit. **c** *de animae ex corpore discessione* (*cf. p. 1310, 62 sqq. et* discedo *p. 1284, 25 sqq.*): TERT. anim. 53 rapida quaeque mors ... nullam animae moram praestat nec -um eius in momenta discruciat (SCHOL. Cic. Bob. p. 131, 1 St.).

B *de bestiis* (*cf.* discedo *p. 1281, 33 sqq.*): VERG. Aen. 8, 215 -u mugire boves (*syn.* abitus). PLIN. nat. 18, 314 post ciconiae -um. 25, 90 *illius herbae genera* florent adventu hirundinum, -u marcescunt.

C *de rebus* (*cf.* discedo *p. 1281, 44 sqq.*): CIC. nat. deor. 2, 19 solis accessūs -ūsque solstitiis brumisque cognosci (*cf.* PS. RVFIN. in Am. 5, 7/8 p. 1077^{A} nimirum solis [*sc. ministerio uteretur deus*], qui -u quidem noctem, nobis regressu diem pararet). CAES. civ. 3, 9, 1 -u Liburnarum ex Illyrico *ille* cum iis, quas habebat, navibus Salonas pervenit (*cf.* BELL. Alex. 20, 5 navium). FRONTIN. strat. 3, 9, 1 Scipio apud Carthaginem sub -um aestus maritimi ... ad muros urbis accessit (*cf.* SOL. 1, 91 fluctuum). OPTAT. 6, 8 p. 156, 17 post -um noctis ante lucis adventum.

accedunt adiectiva: **a** *attributive*: acerbus: CIC. Planc. 73. citus: AMM. 30, 1, 5. diuturnus: CIC. epist. 11, 27, 2. foedus: CIC. epist. 10, 28, 1 (foedissimus; *cf. infra l. 84*). hostilis: AMM. 31, 14, 9. iners: AMM. 31, 12, 16. pavidus: TAC. hist. 3, 59. praeclarus: CIC. div. 1, 47. subitus: ATT. Cic. Att. 9, 10, 6. tristis: CIC. Planc. 73. tutus: AMM. 23, 6, 8. velox: AMM. 15, 4, 8 RVFIN. hist. 4, 15, 5. voluntarius: CIC. Att. 9, 13, 4. **b** *praedicative*: acerbus: CIC. Mil. 103 (acerbior). foedus: IVST. 2, 11, 1 (*cf. supra l. 78 sq.*). inutilis: ATT. Cic. Att. 9, 10, 6.

[Graeber]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

longus: CIC. epist. 7, 10, 3. luctuosus: COD. Theod. 9, 43, 1, 2 (luctuosior). molestus: CIC. p. red. in sen. 25. periculosus: ATT. Cic. Att. 9, 10, 6. summus: CIC. Att. 1, 16, 5. turpis: IVST. 2, 11, 1. 23, 3, 12.
accedunt praepositiones: in: CIC. p. red. ad Quir. 7 in -u civium exercitu ... se revocavit. Planc. 73 Att. 5, 1, 1. 10, 8, 9. 16, 13, 4 ad Q. fr. 2, 12, 1. per: LIV. 4, 60, 3 captatum ... tempus ab tribunis militum, quo per -um hominum ab urbe ... senatus consultum fieret. post: CIC. dom. 59 post meum -um. 60 p. red. in sen. 3. 19 Sest. 60 Phil. 5, 30 Tusc. 1, 7 Att. 1, 13, 2 *et saepissime*. sub: FRONTIN. strat. 3, 9, 1 sub -um aestus maritimi. *Graeber.*

disceus, -ī *m.*, δισκεύς (LYD. mens. 4, 116 *ex Apuleio*). *genus cometae*: PLIN. nat. 2, 89 (*de cometis*) quos *radios* et -us, nomini similis, colore autem electro, raros e margine emittit. SERV. auct. Aen. 10, 272 p. 422, 26 cometes in tympani modum, qui nec valde lucet et electri colorem habet, quem -um vocant. iste ... caedes, rapinas, bella ... significat.

discibilis, -e *a* discere. *comp. l. 21. i. quod (facile) disci potest*: BOETH. categ. 4 p. 277^A *Aristotelis* sententia est virtutes non esse scientias, ut Socrates ait, neque, ut Stoici, naturaliter eas esse, sed -es *eqs.* syll. categ. 1 p. 793^C per introductionem est facilior -iorque doctrina. *D.*

discidiōsus, -a, -um *a* discidium. AMBR. epist. 76, 9 ut in homine uno et novus homo et vetus sublato pariete maceriae, qui utrumque -o (diss- *codd.?*) obice dividebat (*cf.* VVLG. Eph. 2, 14), inter se convenirent. DON. Ter. Hec. 617 haec inter illas (*socrum et nurum*) est -a coniunctio.

discidium, -ī *n.* [*non a* discindere, *sed a* dis- *et* cadere *ductum esse censet Stowasser, Dunkle Wörter II 11sq. cf.* excidium. *Th.*]. *vocem derivandam esse a* scindendo (*cf. nostratium* 'Scheidung, Spaltung, Trennung') *probatur ex. gr. his locis: l. 54. 58. p. 1314, 33. proprie significat discissionem, diruptionem, hinc violentam diiunctionem, distractionem, separationem hominum vel animorum. saepius in codd.* (*ut* CIC. Att. 1, 17, 7. 4, 1, 1 *M* TAC. ann. 12, 2) *corrupta est in* dissidium, *quod latinum vocabulum non esse iam Madvig, Cic. fin. p. 812sqq. evicit* (*legitur hodie non nisi in editionibus, quarum fides de his rebus nulla est, ut Mignii*). GLOSS. διαχωρισμός, χωρισμός. δίεσις. separatio per vim facta. NOT. Tir. 11, 55 excidium -um. *legitur inde a* PLAVTO, *plur. inde ab* ACC. trag. 161 (*poet.*: OCTAVIA 746).

I *proprie de rebus corporeis i. q. discissio, dissolutio, diruptio, fissura sim.*: LVCR. 1, 220 quáe *vis* partibus eius -um (διάκρισιν) parere et nexus exsolvere posset. 1, 249 omnes *res* -o redeunt in corpora materiai. 1, 452 permitiali. 2, 120 *corpora* conciliis et -is exercita crebris. 3, 347 *animae* (*cf.* RVFIN. Orig. princ. 2, 10, 5 *syn.* dissolutio atque divulsio, *et infra l. 51*). APVL. mund. 34 flammarum *Aetnae* fluenta divino separata -o. TERT. pall. 2 tota illa plaga -i (*sc. Rhegii*). LACT. inst. 7, 3, 23 *seminibus* iterum resolutis -um atque interitum *mundi* secuturum *putat Epicurus* (*fort. huc pert.* GLOSS. IV 409, 46 -um eversionem hoc est infernum, *ubi* interitum *emend. Bücheler*). CASSIOD. var. 5, 38, 1 *murorum*. *acced. gen.*: LVCR. 3, 342 animai (3, 581. *cf.* 3, 839 corporis atque animai [PS. LACT. inst. interpol. 7, 5, 27 § 12]. TERT. resurr. 19 p. 51, 15 carnis atque animae. *cf.* RVFIN. Orig. princ. 2, 1, 2 animorum). LVCR. 6, 293 *imber* -o nubis ventique procella mittitur (*antea* fulmen perscindit ... nubem). SEN. nat. 6, 30, 2 vides et urbium fieri gentiumque -um (*cf.* VERG. Aen. 3, 418 Hesperium Siculo latus abscidit). TERT. paenit. 12 maris *Rubri* (AMM. 31, 4, 7 *de perfossione Athonis*). SOL. 1, 91 humi. 23, 13 orbis (*postea* scissis montibus). ARNOB. nat. 5, 6 -o partium *membri* sanguis fluit. SYMM. epist. 6, 70 corruptorum parietum -a sarciuntur. AMM. 27, 4, 7 -um panditur terrarum angustum (*de Hellesponto*).

ˣ**disicio** (dissicio), -ēcī, -ctum, -ere [*a* dis- *et* iacere. *Th.*]. *de formis: prima syllaba nusquam correpta (v. M. W. Mather, Harvard studies in class. phil. 6 [1895] 126 sqq.). in codicibus verbi praesentis formae saepe scribuntur* dissic- (*v. Fleckeisen, Jahrb. Phil. 87 [1863] p. 199 adn., Engelbrecht, Wien. S.-B. 110 [1885] p. 527, Mather l. c. p. 125*), *haud raro* dissec-, *qua ratione scribendi factum est, ut confunderetur cum verbo q. c.* dissecare, *quod conferas. quod vero Ribbeckius (Frg. Com.² Coroll. p. XIII sqq.) aliique eum potissimum verbi usum, qui infra est sub I B 1, a* disicere *prorsus segregaverunt et ad peculiare* dissecendi *verbum a **secĕre (*i. secare*) *ductum pertinere statuerunt, recte refutaverunt Engelbrecht l. c. p. 523 sqq., Mather l. c. p. 123 sq. in libris praeterea* -ere *et* deicere *persaepe confunduntur nec facile potest diiudicari, utrum sit praeferendum. sub* deicio *igitur inveniet, quae quis hic desiderabit.* disiic- *scriptum est*: VERG. Aen. 7, 339 *V(?)*. 12, 308 *P*. PRVD. perist. 2, 209 *pars codd.* diiec-: LIV. 42, 20, 4 *V (cf. quae adnot. Heraeus ad l.)*. *de notione*: NON. p. 382 rumpere (*Verg. ecl. 8, 71*) -ere. GLOSS. (*praemisi glossas ad formas perf. act. et pass. pertinentes, quoniam de interpretamentis verbi praesentis interdum dubitari potest, num recte huc referantur*): -ecit: dispersit disiunxit. dissipavit. disruit. disrumpit. -ctus: διασκεδασθείς. -ctum: dispersum. -ctas: disparsas aut distantes. dissicit: disturbat. discernit vel submergit, dissipat. separat. dispergit, tollit. desicit (deicit?): detrudit. dissice: disperge, effuga, discute. separa. divide. dissipa. tolle, rumpe, frange. dissi[s]cere: disrumpere, dispergere. -itur (digegitur *cod.*): dissipatur. *cf. etiam* disseco. *legitur inde a* NAEV. *et* ENN., *deest ex. gr.*: TER. TIB. PROP. SEN. rhet. CVRT. LVCANO PLIN. iun. VVLG. CLAVD.; *singulis locis habent* PLAVT. PLIN. nat. *al.*, *binis*: CAES. HOR. VELL., *ternis*: CIC. SALL. APVL. TERT.; *frequentant* VERG. (*12ies*) LIV. (*18ies*) SEN. (*18ies*) SIL. (*13ies*) TAC. (*40ies*) AMM. (*24ies*).

I *proprie*: A *generatim*: 1 *res corporeas*: **a** *i. q. discutere, dirumpere, frangere, funditus evertere, diruere sim.*: NAEV. com. 57 saxa, silvas, lapides, montes -is dispulveras. ENN. scaen. 89 arae . . . fractae et -ctae iacent. VARRO frg. Gell. 3, 14, 3 si scyphus . . . in duas partes -ctus sit (*i. fractus, divisus*). RHET. Her. 4, 27, 37 Numantiam delevit, Karthaginem sustulit, Corinthum -ecit, Fregellas evertit. CIC. Arat. 427 -ctaque saxa revellens (*cf. Arat. 642* ἀναρρήξασα). BELL. Alex. 63, 4 munitiones (NEP. Eum. 5, 7). NEP. Hann. 7, 7 domum (VELL. 2, 45, 3. GREG. TVR. *v. Bonnet p. 122 adn. 3*) a fundamentis (Tim. 3, 3 arcem . . . a fundamentis). Tim. 3, 2 moenia (SEN. Phoen. 343. *aliter p. 1383, 83*). VERG. georg. 1, 283 fulmine montes. Aen. 2, 608 moles (8, 191). 8, 290 urbes (VAL. MAX. 1, 5, 1). 8, 355 -ctis muris (LIV. 27, 16, 9 murus . . . dirutus est ac -ctus. VITR. 10, 15, 7 VAL. MAX. 5, 1, 5 SVET. Nero 25, 1 ITIN. Alex. 17). HOR. carm. 2, 19, 15 tectaque Penthei -cta non leni ruina. OV. epist. 1, 47 vestris -cta lacertis Ilios. met. 15, 523 ni rota . . . fracta ac -cta fuisset. LIV. 25, 11, 10 alia *opera hostium* -erunt, alia igni corruperunt. 42, 20, 4 quae *rostra* tempestas -isset (*ibid.* 2 *syn.* discutere). 44, 8, 5 quae -cta ac vastata ab Romanis erant, reficit. VAL. MAX. 6, 9, 6 (*trop.*) quasi perruptis et -ctis nequitiae . . . claustris (PRISC. Anast. 190). SEN. Ag. 896 *aper* cupit . . . caecos sinus -ere. nat. 6, 24, 6 loca. SIL. 2, 691 mapalia. 7, 523 vallo. 9, 539 -e telo flagranti (*i. fulmine*) . . . arces. STAT. Theb. 10, 69 tumulum (TAC. ann. 2, 7 tumulum . . . aram). TAC. hist. 3, 74 -cto aeditui contubernio. 4, 63 ea sedes (*sc. colonia Agrippinensis*) . . . -cta. 5, 19 -ctis quae morabantur (*i. diruta mole*). ann. 14, 22 *fulgure* Neronis . . . ictae dapes mensaque -cta erat. SVET. Iul. 75, 4 statuas (Cal. 34, 1 *statuas* subvertit atque -ecit). 81, 1 sepulcra. Tib. 48, 2 -ctis terrae motu civitatibus (*i. oppidis*). 63, 1 oracula. AVSON. 432, 3 ictu lapidis porta -itur (*Peiper*, discicitur *P*, discutitur *Paris.*). AMM. 17, 13, 13 -ctis culmis (*i. tuguriis*). 31, 16, 7 bellorum officinis. PRVD. perist. 2, 209 membra morbus -it. SVLP. SEV. chron. 1, 28, 6 *Samson* columnas -ecit. CYPR. GALL. exod. 1012 idola (deut. 66).

b *i. q. dissipare, dispellere, dispergere, dividere, separare*: LVCR. 1, 651 partibus . . . -ctis <dis>que supatis (*opp.* conductis; *cf.* PAVL. FEST. p. 225 supare significat iacere et -ere. p. 311 supat iacit, unde dissipat -it). 1, 1020. 2, 939 materies -cta. 3, 639 dispertita . . . vis animai et discissa simul cum corpore -etur. BELL. Afr. 47, 6 tentoriis aquarum . . . vi subrutis -ctisque. HOR. sat. 1, 4, 62 (*trop.*) -cti membra poetae (*cf.* SEN. Phaedr. 1256 -cta . . . membra laceri corporis. LACT. inst. 3, 2, 2 membra *philosophiae* . . . quasi -cta et dissipata). VERG. Aen. 1, 43 *Pallas* -ecitque rates evertitque aequora ventis (1, 128 -ctam . . . toto videt aequore classem [LIV. 30, 39, 2]. LIV. 23, 41, 9 *naves* metus haud secus quam tempestas passim -ecit. 30, 19, 5. 30, 24, 7 TAC. ann. 2, 23 HYG. fab. 125 p. 109). Aen. 1, 70 -e corpora ponto. AETNA 451 -ctaque saxa (SEN. nat. 3, 27, 9 rupes). OV. epist. 12, 63 -ctam comas (*i. crinibus passis*; met. 11, 386 -it hos ipsos [*sc. capillos*]. SEN. dial. 10, 12, 3 -cta coma restituitur. SIL. 2, 558 -ctaque crinem Eumenis [5, 203. *aliter* 16, 60 cudone comantes -ecit crines]). met. 1, 328 nubila (10, 179 nubes [SEN. Tro. 395. PLIN. nat. 2, 134 -cta . . . verius quam rupta. APVL. mund. 22]. LIV. 29, 27, 12 nebula -cta [AVIEN. Arat. 1614. *trop.*: BOETH. cons. 3, 9 carm. 25 -e terrenae nebulas et pondera molis]. APVL. met. 11, 7 nubilosa caligine -cta [*trop.*: TAC. hist. 2, 80 offusam oculis caliginem]. AVIEN. Arat. 1748 aëra. AMM. 19, 4, 8 -cto concreto spiritu. 20, 11, 26 umoris spiramina . . . -cta in aspergines parvas. *al.*). OV. met. 12, 252 -ctisque ossibus oris (SEN. Tro. 650. 1111). LIV. 25, 1, 10 apparatus sacrorum. 33, 18, 7 quae *praesidia* multifariam -cta erant. VAL. MAX. 5, 10 ext. 2 tura. SEN. epist. 94, 57 -cto terrarum pondere (SIL. 6, 185 tellure). COLVM. 2, 5, 2 fimum (VLP. dig. 43, 24, 7, 6 acervum stercoris). 11, 2, 38 palos. PETRON. 123, 208 tela (deiec- *codd.* PS. SALL. rep. 2, 2, 4 inimicorum arma). VAL. FL. 4, 167 *caestuum ictibus* -cta . . . lumina (*i. oculos*). 4, 412 -ctaque longe verbera (*i. flagella Tisiphones*). SIL. 2, 200 -cto . . . collisa per ossa cerebro. HOMER. 919 umeris . . . fluctus. STAT. Theb. 5, 210 veste. Ach. 1, 876 donis. TAC. hist. 3, 27 -ctam fluitantemque testudinem. 3, 56 sacrificii apparatu. ann. 1, 61 *v. vol. I p. 1311, 48.* 2, 61 -ctas . . . et vix pervias harenas. 16, 13 villas, arbusta, fruges passim -ecit *turbo ventorum*. SVET. Iul. 11 tropaea. GRAN. LIC. p. 33, 3 corpus. APVL. met. 7, 26 partibus *cadaveris* (*opp.* concinnare). TERT. resurr. 53 animam . . . humi elisam, -ctam, dissolutam. SER. SAMM. 966 -ctos vulnere nervos. AVIEN. Arat. 610 sidera. 984. 1550. orb. terr. 925. 964. 1174. AMM. 16, 8, 10 *pontis* -ctos asseres (*i. dissolutos*; *opp.* compaginare). 20, 11, 20 hiatu . . . violento -ctis operimentis (*i. cratibus*). SERV. auct. Aen. 1, 43 *genus fulminum* quod dicitur -ens idemque fragosum. AVG. gen. ad litt. 2, 25 p. 35, 24 aquas. ord. 2, 18, 48 *dolor* id, quod unum erat, -ere nititur. VINDIC. med. 8 accepti cibi -cta materies in corpuscula. CAEL. AVR. acut. 2, 31, 163 -i corpora per omnes viarum particulas. 2, 32, 171. 2, 37, 212 vehementer corpus in solutionem -i.

2 *homines (bestias l. 75. 81. p. 1383, 2)*: *i. q. dissipare, disturbare, dispergere (saepe apud* TAC.): LVCR. 5, 403 -ctosque redegit equos. OV. fast. 3, 325 plebs . . . virides passim -cta (*i. passim iacens*) per herbas. PANEG. in Mess. 109. LIV. 21, 49, 5 qua *tempestate* ipsi -cti forent. SEN. dial. 6, 10, 4 -etur iste comitatus. epist. 74, 4 (*trop.*) quos . . . popularis ira aut invidia . . . inopinantes . . . -ecit procellae more. SIL. 13, 444 quaecumque ante animae tendent potare cruorem, -e. TAC. hist. 1, 40 -cta plebe. 2, 61 civitas . . . fanaticam multitudinem -ecit. 3, 10 ann. 1, 23. 65 equi . . . -ere obvios, proterere iacentes. 1, 70 manipuli . . . subtracto solo . . . -cti aut obruti *undis*. 4, 46. 14, 8. 61. PS. AVR. VICT. orig. 20, 1 imbribus tonitrubusque, quae (*sc. comites*) cum illa erant, -ctis. AMM.

[Gudeman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

20, 7, 15 plebis immensae ponderibus effuse -cti sunt. 25, 3, 6 quos *candidatos* -erat terror. MART. CAP. 9, 912 Anguis *sidus* Parrhasias -ens feras (*i. separans*). *reflexive*: MAR. VICTOR aleth. 3, 282 in partes populus se -it.

nota i. q. deicere: EPIST. Paul. et Cor. II rec. B 32 Helisaei prophetae mortuis ossibus quidam -ctus (missus rec. A) a filiis Israel (*cf. IV reg. 13, 21, ubi* VVLG. proiecerunt).

B ***speciatim*:** **1** *i. q. diffindere, dissecare aliquo instrumento vel vi qualibet* (*interdum dubites, an exempla ad A potius referenda sint*): PLAVT. Curc. 424 clupeatus elephantum ubi machaerā -it (diligit *i.* dividit NON. p. 290 *v. p. 1177, 15*). ?CAES. Gall. 3, 15, 1 -ctis ... antemnis (*αh*, deiectis *a¹ prob. Meusel.*). VERG. Aen. 12, 307 securi adversi frontem mediam mentumque reducta (*sc. ad ictum*) -it (discidit *R*). VAL. FL. 3, 141 ora securi -ecit cervice tenus. SIL. 7, 568 altos -ecit postes. 12, 184 portis. 15, 727 colla -it ense (*Heins.*, destitit *codd.*). STAT. Theb. 1, 590 proiectum temere ... canum rabies ... -it. LACT. inst. 2, 7, 8 hanc cotem ... novacula -e. 3, 17, 26 ut *litterae* nulla ferri acie -i valeant (*syn.* secari ac dividi). AMM. 26, 8, 10 catenam ... bipenni concidens ita confregit, ut -cta *eqs.* PROB. Verg. georg. 1, 20 cerebro ... cornibus -cto. SIDON. carm. 5, 418 sinciput ense. CYPR. GALL. exod. 818 membra ... ferro. iud. 550 *leonem* impete dextra. CLAVD. MAM. anim. 1, 18 p. 66, 19 in partes. 1, 27 p. 98, 9. 2, 9 p. 132, 5. *i. q. compagem membrorum iniecta mole discutere*: OV. met. 12, 366 hunc procul ut foedo -ctum vulnere ... vidit. STAT. Theb. 2, 568 quattuor ... -cti mole sub una congemuere. TAC. hist. 3, 29 *ballista* -ecit obruitque quos inciderat. AMM. 24, 4, 28 -cta compage membrorum. **2** *t. t. rei militaris*: **a** *de dissipatis in proelio i. q. fugare, pellere*: VARRO rust. 2, 4, 2 se *hostes*, ut scrofa porcos, -urum. LENT. Cic. epist. 12, 15, 6 *naves*. CAES. Gall. 1, 25, 2 *phalangem*. SALL. Catil. 61, 3 Iug. 50, 6. 53, 3. NEP. Milt. 2, 1 copiis. VERG. Aen. 11, 870 duces. 12, 402 **agmina** (12, 689. LIV. 22, 50, 9 cuneo ... hoc laxum ... agmen ... -as [*Gronov.*, visscias *P*]. VAL. FL. 3, 162. 222 AMM. 19, 8, 10. 29, 6, 14 -cta agminis mole). PANEG. in Mess. 109 Pannonius *miles* ... passim -ctus in Alpes. TAC. Agr. 37 acrius pulsos in fugam -isset. hist. 2, 12 caesi -ctique. 3, 2 rebus adversis -ctam ... aciem. 4, 78. ann. 3, 42 inconditam multitudinem. 12, 31 -ctos consectatus. SVET. Galba 12, 2 classiarios. ITIN. Alex. 26. 30. 38. AMM. 16, 12, 42 pulsis -ctisque equitibus. 17, 13, 9. 19, 5, 8. 19, 11, 15 aliis trucidatis, aliis terrore -ctis (de- *V*). 20, 6, 7. 20, 7, 15 effuse (22, 8, 18). 21, 3, 3. 24, 4, 4 residuis -ctis in fugam. 27, 10, 15.

b *non nisi passive de dispersim collocatis, iter facientibus sim.*: CIC. Att. 8, 12ᴮ, 1 -cta manu (*opp.* contractis copiis). CAES. Gall. 3, 20, 4 nostros -ctos adorti. LIV. 28, 4, 3 -ctum passim per provinciam exercitum. 33, 18, 7 praesidiis, quae multifariam -cta erant. TAC. Agr. 20 -ctos coercere (*i. ab agmine discedentes*). hist. 3, 22 ordinem agminis -cti. 3, 69 -ctos eoque minus validos (ann. 6, 44 -ctos et longinquitate itineris fessos). ann. 2, 45 nec vagis incursibus aut -ctas per catervas. AMM. 18, 8, 8 sparsim -cti. 31, 12, 12 -ctis adhuc per itinera plurimis. *i. q. dividere*: TAC. hist. 5, 22 -cto agmine (*i. pars militum in naves imposita erat, pars terrestri itinere ducem sequebatur*).

II ***translate*:** **A** *res incorporeas (corpoream l. 70): i. q. dissipare, dissolvere, discutere, prohibere, impedire sim.*: CATO or. frg. 26 tumultus maturissime -eci atque consedavi. PS. SALL. in Tull. 3 res publica -cta. NEP. Att. 8, 4 ille consensionis globus huius unius dissensione -ctus est. VERG. Aen. 7, 339 -e compositam pacem (SIL. 2, 295). LIV. 2, 35, 5 rem. 25, 14, 3 haec consilia ducis ... clamor militum ... -ecit (ITIN. Alex. 24 IVL. VAL. 1, 43). VELL. 1, 10, 2 cogitationem (cunctationem *Acidalius*) regiam Romana -ecit constantia. SEN. epist. 23, 6 -e et conculca ista, quae extrinsecus splendent. 79, 12 vitia *animus*. STAT. Ach. 1, 311 hospita sacra (*i. q. disturbare*). TAC. ann. 1, 50 adeo cuncta incuria -cta erant (*i. neglecta, dissoluta*). 4, 27 coniurationem. 14, 2 Neroni cupitum id memorat eiusdemque libertae astu -ctum. SVET. Iul. 42, 2 -cta novarum tabularum expectatione. ITALA Is. 44, 25 (Tert. Marc. 4, 25 p. 504, 20) -et signa ventriloquorum (διασκεδάσει, VVLG. irrita faciens). IVVENC. 2, 622 -it (dissicet *plerique codd.*) ille mei pecoris per devia pastus (*cf.* VVLG. Matth. 12, 30 qui non congregat mecum, spargit). PRVD. cath. 1, 96 somnum. MAR. VICTOR aleth. 1, 110 limite certo tempora (*i. dividere, distinguere*). CAEL. AVR. acut. 2, 38, 219 mentem (*fere i. q. disturbare. cf.* disiecto *p. 1384, 21 sq.*). ENNOD. epist. 7, 29 p. 196, 9 -ecit lacrimas medela cordis. opusc. 3, 19, 8 p. 382, 21 singultus verba (*acc.*) -unt. *i. q. profundere (pecuniam)*: CAECIL. com. 239 dide ac -e. VAL. MAX. 3, 5, 2 pecuniam ... flagitiis -i. *i. q. per famam differre*: VAL. MAX. 8, 14 ext. 5 *ut* nomen eius per totum terrarum orbem -retur.

B *homines*: *i. q. cum contemptu removere* (*cf.* c. abicere): DICT. 5, 6 contempti -ctique ab regulis. *i. q. discerpere, vellicare*: HIER. adv. Iovin. 2, 37 me carpe, me -e, obice crimina, quae volueris.

part. perf. pass. pro adi. **disiectus**, -a, -um. *i. q. dissipatus, separatus, diffusus*: *de rebus*: RHET. Her. 4, 2, 3 res varias et dispares in tot poematis et orationibus sparsas et vage -as. CIC. Q. Rosc. 7 haec (*sc. adversaria*) sunt -a, illae (*sc. tabulae*) sunt in ordinem confectae. HIRT. Gall 8, 7, 8 *pabulatio*, quae ... cum exigua tum -a esset. 8, 10, 3 raris -isque ex aedificiis. LIV. 24, 2, 9 in vasta urbe lateque moenibus -is. 24, 33, 9 vastam -amque spatio urbem. SEN. nat. 7, 8, 2 turbinum motus vagus est et -us. 7, 10, 3 *ignis* longus est et -us. *de hominibus*: TAC. ann. 1, 32 quod ... neque -i nec paucorum instinctu, sed pariter ardescerent *milites seditiosi*. 3, 2 consules ... et senatus ac magna pars populi viam complevere, -i et ut cuique libitum flentes. 4, 46 ut -i aliisque nationibus permixti diversas in terras traherentur. *substantivi vice*: *m. plur.*: HIRT. Gall. 8, 3, 1 accidit, quod imparatis -isque (deiect- *codd.*) accidere fuit necesse. SEN. epist. 48, 8 (*trop.*) ut -is (*i. vagantibus*) et errantibus clarum veritatis lumen ostendas. *n. plur.*: SEN. nat. 2, 6, 2 aer ..., si in atomos inciditur, sparsus est; tendi (*Schultess*, teneri *codd.*) vero -a non possunt. AMM. 29, 4, 7 dum hostium -a (*i. catervas fusas*) frangeret timor.

adv. **disiectē**: PS. ASPER gramm. V 554, 4 composite requisite -e constricte (*i. dispersim, qui sensus opposito sequenti declarari videtur*).

disiectio, -ōnis *f. a* disicere. *i. q. dissolutio*: CAEL. AVR. acut. 2, 32, 172 -e occulta, quam Graeci ἄδηλον διαφόρησιν vocant. 2, 33, 175 aiunt -em sive diaphoresin diraratis partibus fieri totius corporis (*de febre*). [*corrupt.*: EVGRAPH. Ter. Haut. 195 *v.* disiunctio *infra l. 81*.]

disiecto (-āvī, -ātum), -āre [*cf. c.* dis(s)icere *et c.* iactare. *Th.*]. *i. q. disicere, disturbare, discutere*: LVCR. 2, 553 -are solet magnum mare transtra *eqs.* 2, 563 primordia ... aevom debebunt sparsa per omnem -are aestus diversi materiai. 3, 501 desipientia fit, quia vis animi ... conturbatur et ... divisa seorsum -atur. STAT. Theb. 4, 381 trifidam ... huc ... et illuc ... pinum -at. *t. t. rei militaris*: AMM. 16, 3, 3 conspiratas gentes. 19, 7, 2 ballistae propugnatores -bant. 23, 4, 5 muro saxeo ... moles imposita -at, quidquid invenerit subter, concussione violenta. 25, 1, 17 ne sagittariorum procursus nostrorum cuneos -ret.

1. disiectus, -ūs *m. a* disicere. *i. q. dissolutio, dissipatio*: LVCR. 3, 928 maior enim turbae (turba et *Goebel*) -us materiai consequitur leto.

2. disiectus, -a, -um *et* **disiectē** *v.* disicio.

?**dis(i)ex** *v.* disex. **disinteria** (-ericus) *v.* dysent-.

di(s)indico *v.* diiudico. **disiug-** *v.* diiug-. *Gudeman.*

di(s)iūnctē *v.* disiungo.

disiūnctim *a* disiungere. *praeter l. 36 semper scriptum* disi-. GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357ᴬ. διιούνκτιμ (*sic*)· διαζευκτικός (*i.* -ῶς). *t. t. iur. i. q. seorsum, separatim* (*opp.* coniunctim): GAIVS inst. 2, 199 si duobus pluribusve per vindicationem eadem res legata sit, sive coniunctim sive -m (*ibid.* coniunctim ... ita legatur: ... disiunctim ita: *eqs.* 2, 205. 215. 223 VLP. reg. 24, 12. 13 INST. Iust. 2, 20, 8). PAVL. dig. 28, 7, 5 si *heredi plures condiciones* -m *datae* sint. MOD. dig. 35, 1, 51 sub diversis condicionibus -m positis. COD. Iust. 6, 51, 1, 10ᵃ coheredes sunt omnes coniunctim vel omnes -m. *ibid.* 10ᶜ. 10ᵈ. 11ᵇ. 11ᵍ. *cf.* disiungo *p. 1387, 19 sqq.*

deriv.: indisiunctim.

*di(s)iūnctio, -ōnis *f. a* di(s)iungere. diiunct-: CIC. Sest. 42 *P¹* de orat. 3, 207 ac. 2, 91 fat. 37 epist. 6, 6, 4 *M* QVINT. inst. 9, 1, 35 GELL. 2, 7, 22 TERT. scorp. 13. *plur. v. l. 62.* GLOSS. διαστολή, διάζευξις. *i. q. actio disiungendi, separatio*:

I *proprie de loco*: CIC. inv. 1, 109 duodecimus *locus*, per quem -o deploratur ab aliquo, cum diducaris ab eo, quicum libentissime vixeris. Sest. 47 (*de exilio*) in ... tanta -e. TERT. anim. 27 p. 345, 2 -o corporis animaeque. *ibid.* si -o simul utrique substantiae accidit. ITALA II Tim. 4, 6 (Tert. scorp. 13) tempus -is instat (ἀναλύσεως, VVLG. resolutionis). ARNOB. nat. 3, 35. CAEL. AVR. chron. 2, 12, 142 est ... motus cohaerentium partium -o.

II *translate*: **A** *generatim*: *personarum* (*fere i. q. discidium*): CIC. epist. 6, 6, 4 -e *Pompei et Caesaris* civile bellum excitari (*opp.* coniunctione). Lael. 76 ut non statim alienatio -oque faciunda sit. *animi, sententiae*: CIC. agr. 2, 14 animorum -o dissensionem facit. prov. 40 ut in -e sententiae coniuncti tamen amicitia maneremus. *nuptiarum*: NOVELL. Iust. 22, 14, 1 factis -bus (διάζευξιν). *i. q. distinctio*: ARNOB. nat. 3, 8 quae dubitationis exceptio dare nos diis sexum -e ex ipsa declarat. 3, 8 generum. *i. q. divisio*: BOETH. arithm. 1, 11 non usque ad unitatem progreditur aequalis illa -o *numerorum*. **B** *speciatim*: **1** *t. t. dialect., rhet., gramm.*: **a** *i. q. figura, qua verba, sententiae, notiones disiunguntur* (POMP. gramm. V 266, 7 -is est, quod sensum disiungit. *cf. Ernesti, Lex. techn. lat. rhet. s. v.*): RHET. Her. 4, 27, 38 ad festivitatem -o est apposita (*cf. ibid.* 37 disiunctum est, cum *eqs.*). CIC. de orat. 3, 207 (= QVINT. inst. 9, 1, 35). top. 56 reliqui dialecticorum modi plures sunt, qui ex -bus constant. *ibid.* quod in -e plus uno verum esse non potest. ac. 2, 91 quae coniunctio, quae -o vera sit. 2, 97 e contrariis -o (fat. 37 *plur.*). nat. deor. 1, 70 in omnibus -bus (de- *codd.*). QVINT. inst. 9, 3, 45 hoc alii συνωνυμίαν, alii -em vocant ..., utrumque ... recte: nam est nominum idem significantium separatio. GELL. 2, 7, 22 deest enim -i isti tertium. PAVL. dig. 50, 16, 28, 1 oratio, quae neque coniunctionem neque -em habet (*fort. referend. ad b, item* 50, 16, 29 coniunctionem ... nonnumquam pro -e accipi Labeo ait). coll. Mos. 2, 6, 2. MART. CAP. 4, 417 quartus modus est, qui per -em efficitur. 4, 418. 421. EVGRAPH. Ter. Haut. 195 ⟨sic⟩ -em collocavimus (*Wessner*, disiect-, dilect *codd.*).

b *significat ipsam particulam disiunctivam* (CLEDON. gramm. V 73, 24 contraria species videtur coniunctioni -o): AMBR. in psalm. 118 serm. 18, 38 nam cum sit 'autem' -o, intellegendum est -em ideo interposi-

[Tafel †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tam *eqs.* c *i. q.* διαστολή: Ps. Prisc. gramm. III 520, 10 diastole, quae -o latine dicitur, quae contraria separat ... fit ita: ,. 2 *t. t. mus.*: Boeth. mus. 1, 20 p. 208, 6 est -o, quae vocatur diazeuxis, tonusque est distantia meses et parameses. p. 209, 25. 210, 12. 1, 25 p. 218, 2. 15.

***di(s)iūnctīvus**, -a, -um *a* di(s)iungere, di(s)iunctus. *scribitur fere* disiunct-. diiunct-: Gell. 5, 11, 8 *VR* (*sed* 5, 11, 9 disiunct- *omnes*). Gloss. διαζευκτικός (*cf.* Dosith. gramm. VII 418, 11). *i. q. disiunctionem efficiens*: 1 *t. t. gramm. de particulis*: Fest. p. 162 'nec' coniunctionem (*sic* Pavl., coniugationem *F vix recte*) grammatici fere dicunt esse -am (Ascon. Scaur. p. 26, 6 St. coniunctio -a. Prob. inst. gramm. IV 143, 27 Mar. Victorin. gramm. VI 203, 5 Don. Ter. Andr. 489 Serv. Aen. 1, 746 *et passim apud* Gramm., *opp.* copulativa. *cf.* Avdax gramm. VII 349, 15 -ae speciei coniunctiones quot sunt. Isid. orig. 1, 12, 2. Gramm. suppl. 264, 11 -ae *coniunctiones* a disiungendo [*v. totum locum*]). Pavl. Fest. p. 369 'vel' conligatio ... est -a. Serv. Aen. 9, 280 particula. 2 *t. t. gromat. de agris determinandis*: Agenn. grom. p. 68, 17 L. effectus ... aut coniunctivus aut -us (deiunctibus *cod.*). p. 68, 23 -us est effectus, cum *eqs.* 3 *t. t. dialect. et iurisc. i. q. contraria opponens contrariis*: Gell. 5, 11, 9 in proloquio -o. Afric. dig. 45, 1, 63 cum ex duabus -is condicionibus altera defecerit. Proc. dig. 50, 16, 12 haec verba ... non solum -a, sed etiam subdisiunctivae orationis sunt. Papin. dig. 35, 1, 78, 1 -o modo condicionibus ascriptis (36, 2, 25. Cod. Iust. 6, 51, 1, 10a non ... tantum coniunctivo modo quaedam relinquuntur, sed etiam -o). *adi. pro subst.* disiunctivum *i. q. disiunctum*: Gell. 5, 11, 8 non ratum id neque iustum -um esse ait. Proc. dig. 50, 16, 12 -um est, veluti cum dicimus *eqs.* *adv.* **disiūnctīvē**: Hier. hom. Orig. in Is. 2, 1 p. 907B in profundum et in excelsum non -e esse dictum.

deriv.: subdi(s)iunctivus.

***disiungo, (diiungo)**, -ūnxī, -ūnctum, -ere *a* dis- *et* iungere. *de* dis- *et* di- *codicum ratio sibi non constat. ex titulis et librorum antiquissimis haec excerpsi*: di-: Corp. VI 22355a, 13 (*saec. I*) diunxisset. Verg. Aen. 1, 252 *F* (*saec. IV*) diiungimur (*addito* s, *ut videtur, manu altera*). Ter. Hec. 161 *A* (*saec. IV/V*) diiunxit. Liv. 42, 46, 6 *et* 59, 4 *V* (*saec. V/VI*) diiungeret, diiunctus. *cf. corruptelam* dilux- *pro* diiunx-: Cic. Pis. 35 *palimps. Taur.* dis-: Corp. VI 26338 disiungere. V 5049, 14 (*saec. I*) disiunct- (*item* VIII 22971, 2 *et* 7). IX 292 disiunxerunt. Tab. devot. Audollent (*saec. I/II*) 272A, 12 disiungantur (*saepius*). Sall. hist. frg. 2, 93 (*palimps. Aurel.*) disiunct- (*item* Fronto p. 131, 1 N. Schol. Cic. Bob. p. 85, 31 St.). Dig. *F ubique* (*5ies*). Itala Wirc. (*saec. V*) exod. 40, 30 disiungebant. *de significatione*: Gloss. διαζευγνύω. -it separat, dividit. *legitur inde a* Plavto, *frequentat* Boeth. *cf. etiam* deiungo.

I proprie: A *strictiore sensu i. q. (iumenta) iugo absolvere, inter se* -ere: Cic. div. 2, 77 nos augures praecipimus, ne iuges auspicium obveniat, ut iumenta iubeant -ere. Hor. epist. 1, 14, 28 bovem ... -ctum (Colvm. 6, 14, 7 priusquam -antur *boves*. Ivv. 5, 119). Ov. met. 14, 648 iuvencos. Tab. devot. Audollent (*saec. I/II*) 272A, 12 cadan(t) frangan(t), -antur, male guren(t) *equi* (278A, 21. 283A, 28. 284, 32 Inscr. Rev. archéol. 4 sér. 2 [1903] p. 175 Inscr. Journ. des savants 1903 p. 261). Porph. Hor. sat. 1, 5, 18 mulam -ctam. (a b) opere (*cf. s. v.* deiungo *p. 413, 49*): Colvm. 2, 3, 1 boves cum ab opere -erit *bubulcus*. 6, 14, 5. 6, 15, 2 opere -ctis *armentis*. *obiecto omisso*: Plin. nat. 18, 251 eas (*peculiares stellas*) ... vespera et ab opere -enti *tibi* ostendo. a se: Pass. Theclae 36 p. 100, 16 animalia (*sc. tauri discurrentes*) a se -cta. *currum*: Val. Max. 1, 8 ext. 9 toto regno -i currus iussit. *obiecto omisso i. q.* ἀναζευγνύναι, *proficisci* (*cf.* Avg. quaest. hept. 2, 176 cum eis hoc signum dabatur -endi, hoc est castra movendi ex eo loco, ubi erant): Itala exod. 40, 30 (Wirc.) cum ... ascendisset nub(e)s de tabernaculo, -bant fili Israhel cum impedimentis suis (ἀνεζεύγνυσαν, Vvlg. 40, 34 proficiscebantur).

B *latiore sensu de separatione locali*: 1 *personas* (*bestias l. 84*): a *inter se*: Plavt. Asin. 665 ne nos -e amantes (de- *codd.*). Mil. 1328 lacrumo, quia -imur. Liv. 32, 21, 7 legiones ... exiguo maris spatio -ctas. Val. Fl. 2, 562 longis -imur oris. Mart. 2, 5, 3 duo sunt, quae nos -unt, milia passum. Corp. VI 22355a, 13 (*saec. I*) neque ullus umquam nos (*conlibertos*) -isset, nisi hic tuus fatalis dies. Fronto p. 131, 1 N. quod tantis terris -ctus ... discruciabor. Arnob. nat. 3, 26 gentes ... terrarum longinquitate -ctas. Filastr. 93, 5 non loci separatione -ctos ostendit *filium et spiritum sanctum*. Clavd. 5, 257 legio ... -cta. *coniuges* (*cf. p. 1386, 11. 82*): Itala Matth. 19, 6 (Tert. adv. Marc. 4, 34 p. 533, 17) quod deus ... iunxit, homo ⟨non⟩ -erit (μὴ χωριζέτω, Vvlg. separet). Tert. *ibid.* p. 535, 3. 14. Cod. Theod. 9, 9, 1, 6 (*a. 326*) qui vero ex lege -cti clam denuo convenerint. Ivlian. epit. novell. 36, 6 liceat domino ... copulatam *alieno ascripticio* mulierem -ere. *morte*: Corp. VI 26338 (= Carm. epigr. 1851) hos ab animo potuit -ere nemo nisi finitio fati. IX 292 (= Carm. epigr. 16) iniqua fata, quae nos tam cito -erunt. *reflexive* (*cf. p. 1386, 66*): Avg. adult. coniug. 1, 8, 8 uterque *coniunx* moechatur, si se alteri iunxerit, etiam cum se a fornicante -erit. *i. q. divellere*: Greg. Tvr. Mart. 4, 7 qui ... tali plaga affligor, tali incisione -or. b a b *aliquo vel aliqua re* (*interdum subintellegendum*): Varro rust. 2, 1, 20 fere ad quattuor menses a mamma non -untur agni (2, 9, 12 duobus mensibus primis ... non -untur a matre *catuli canum*. *cf. p. 413, 50*). Cic. Att. 16, 3, 4 multa me movent in discessu, imprimis ... quod -or a te. Sall. epist. Mithr. 10 *me* -ctum undique regnis et tetrarchiis ab imperio eorum. hist. frg. 2, 93 ⟨mo⟩dica valle -ctis ⟨ab eo⟩ hostibus. Liv. 37, 33, 7 idem dies P. Scipionem ... -erant ab exercitu. 42, 59, 4 equitatus ... a laevo cornu brevi spatio -ctus. Tert. anim. 57 animas ... proba morte -ctas (*sc. a corpore*). Amm. 20, 4, 8 ab imperatore nusquam -i debere praefectum. Schol. Cic. Bob. p. 85, 31 St. millibus passuum ferme *tot* ab urbe -ctum. Carm. epigr. 1829 (Corp. VIII 22971) 2 -ctus in aevom (*sc. a germano superstite*). *ibid.* 7. *a coniuge* (*cf.* Don. Ter. Hec. 796 proprie 'a meretrice segregari' dicitur, 'ab uxore -i'): Tert. uxor. 2, 2 cur, si a gentili inquinamur, non ille -itur? Pass. Petr. 3 uxores nostras a nobis -it. *cf. p. 1385, 72.* c. *abl.*: Verg. Aen. 1, 252 Italis longe -imur oris. Avson. 417, 34 Pirithoo ... Thesea (*syn.* secernere).

2 *res* (*saepe in re geographica i. q. dirimere*): a *plures inter se* (*vel singulas in binas pluresve partes*): Cic. Arat. 266 *Cancer* (*sidus*) totus medius circo -itur. Sall. Iug. 92, 5 quod *flumen* Iugurthae Bocchique regnum -bat. Manil. 1, 464 formas *siderum* -ere tantum contenta *natura*. Vitr. 4, 4, 1 quae *columnae* -ant pteromatos et pronai spatium. 5, 6, 1 linea ... quae -at proscaenii pulpitum et orchestrae regionem. Apvl. mund. 24 maximis intervallis -cta complectitur *deus*. Avien. orb. terr. 351 *Nilus* -ens Asiae medio confinia fluctu. Amm. 29, 1, 30 scriptiles formae ... -bantur spatiis ... dimensis. Cypr. Gall. gen. 5 has (*tenebras*) dum -i iussit *deus*. Sidon. carm. 2, 518 non -ctas ... habenas. Drac. laud. dei 2, 195 sic iuncta ligantur *elementa*, ut -cta tamen concordi lite probentur. Boeth. arithm. 2, 4 p. 88, 1 VI ... et VI nulla spatii intervalla -unt. in Porph. comm. sec. 4, 17 p. 282, 13 fit saepe, ut quae actu -i non valeant, mente et cogitatione separentur (*cf. p. 1387, 69*). *de sono, versu*: Cic. rep. 6, 18 *sonus* intervallis -ctus imparibus. Ter. Mavr. 2288 Creticum si quis velit -ere, fiet trochaeus. b a b *aliqua re* (*interdum subintellegendum*): Cic. Verr. 5, 103 insula est Melita ... satis lato a Sicilia mari ... -cta. 5, 117 Insula mari -cta angusto (*sc. a Syracusis*). Sall. hist. frg. 3, 72 qui *fluvius* quondam Lydiae regna -xit a Persicis. 4, 59 qua in parte Cappadocia ab Armenia -itur. Tac. ann. 4, 67 insulam, trium milium freto ab extremis Surrentini promunturii -ctam. Anth. 426, 1 semoto et vasto -cta Britannia ponto (*sc. a nostro orbe*). Avien. Arat. 478 spatio -cta pari fax aemula flagrat. Amm. 14, 9, 8 villam ... quae ab Antiochia vicensimo et quarto -itur lapide (21, 15, 2 suburbanum ... -ctum exinde tertio lapide. 22, 16, 14 inde). Cypr. Gall. iud. 139 insula ab Assyrio -ens limite Persas. a se: Evstath. Bas. hex. 6, 11 p. 935A civitates ... longis a se spatiis -untur. c *aliqua re*: Cypr. Gall. Ios. 10 Euphrates, Syrio -ens limite Persas. Prisc. perieg. 32 locus hic discrimen dicitur esse Europes Asiae -ens ruribus arva. *i. q. terminare*: Amm. 22, 15, 2 a vespera Issiaco -itur mari *Aegyptus*.

II translate: A *i. q. separare, dirimere*: 1 *personas*: a *inter se*: Liv. 31, 29, 15 Aetolos, Acarnanas, Macedonas ... leves ... causae -unt coniunguntque. 37, 54, 6 non animi nostri ... nos, sed rerum natura ... -it. b a b *aliquo* (*subintellegendum l. 53*): Ter. Hec. 161 ea res multo maxime -xit illum ab illa. Cic. Pis. 35 quem mecum eadem res publica, quae in tribunatu eius -erat (*sc. a me*), ... coniunxit. Sull. 60 -xit ... eos a colonis, ut hoc discidio ac dissensione facta *eqs.* Att. 1, 19, 6 publicanos facile a senatu disiungi (*cf. p. 1388, 9*). ad Q. fr. 1, 1, 32 ordinem ... cum re publica coniunctum et a nobis et a re publica -emus. Tert. adv. Prax. 1 p. 228, 20 nos ... agnitio paracleti ... -xit a psychicis. Ildef. vir. ill. praef.: ut illorum bonae memoriae iungar, a quibus prava operatione -or. c a b *aliqua re*: Cic. Phil. 2, 23 opera mea Pompeium a Caesaris amicitia esse -ctum (*ibid. Pompeium* a mea familiaritate -xit). Arnob. nat. 5, 9 quem pietas diiugare ab infando matris non valuit appetitu, effusa libido -xit? Ambr. Noe 19, 70 numquam ... a virtute -itur. Zacch. 1, 27 ut *homines* ab eius (*dei*) bonitate -ant (*syn.* abstrahere). Cassiod. in psalm. 32, 1 ecclesiam ... ab haereticorum contagione -ens.

se -ere (*cf. p. 1385, 79 sqq.*): a b *aliquo*: Cic. Att. 7, 1, 9 -ere me ab illo volo. Avg. bapt. 6, 4, 6 a quibus se ille ... vitae dissimilitudine et pravi cordis aversione -it. *aliquo* (*an alicui?*): Cypr. Gall. num. 398 tantum vos ne corda deo -ite sancto. a b *aliqua re*: Cic. orat. 222 ab isto cursu invidioso facile nos et saepe -imus. Tusc. 1, 75 -amus ... nos a corporibus (*ibid.* secernere ... a corpore animum. *cf. Plat. Phaed. 67d* λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος). div. 1, 110 vigilantes animi ... -unt ... se a societate divina. epist. 1, 9, 23 me iam (*edd.*, etiam *codd.*, animum *Schmalz*) ab orationibus -o fere. Sen. dial. 9, 5, 5 ab illis *rebus* te ipse -as. Ambr. Abr. 2, 1, 3 -at se ab his tribus. Cassiod. in psalm. 103, 18 qui numquam se a domini soliditate -unt. *v. etiam s. v.* deiungo *p. 413, 56.*

2 *res*: a *statum, coniunctionem aliquam* -ere: Plavt. Poen. 1406 -e inimicitias cum improbo. Cic. Att. 1, 18, 3 ille annus ... ordinum concordiam -xit. Liv. 42, 46, 6 quod veterem amicitiam ... -ret sibi ac Romanis. Tert. patient. 12 p. 19, 1 -cto matrimonio (adv. Marc. 5, 7 p. 594, 9 coniugium. p. 594, 15. 16. *cf. p. 1385, 72*). b *plures res inter se* -ere: Cic. fat. 8 -e longius (*sc. res, ad quas contagio naturae loci non pertinet. videtur esse t. t. dial., cf. infra*

[Tafel †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

l. 3sqq.). TERT. ieiun. 1 si -i omnino potuissent *libido et gula* (*opp.* cum ... tam unita atque concreta sint). TER. MAVR. 2737 *opp.* conectere. *speciatim t. t. dial., gramm., rhet. de separatione verborum, sententiarum, notionum* (*cf. etiam infra l. 36*): RVT. LVP. 1, 4 hoc schema (*sc.* παραδιαστολή) plures ⟨res⟩ aut duas, quae videntur unam vim habere, -it. PALAEM. Char. gramm. I 225, 26 *coniunctiones* -endi sunt hae διαζευκτικοί: ve, vel, an *eqs.* GELL. 5, 11, 8 alterum ex duobus, quae -untur. *ibid.* 10. 16, 8, 13 omnia . . . quae -untur, pugnantia esse inter sese oportet (*ibid. iterum*). PAVL. dig. 50, 16, 28, 1 oratio, quae neque coniunctionem neque disiunctionem habet, . . . vel -cta vel coniuncta accipitur. 50, 16, 53 pr. ut coniuncta pro -ctis accipiantur et -cta pro coniunctis. AQVILA rhet. 43 p. 36, 5 haec figura (διεζευγμένον) ita ornat . . . orationem, ut . . . membra -at ac separet. MART. CAP. 5, 536 cum diversis redditionibus verborum cola -imus sive duo sive plura. PRISC. gramm. III 13, 13 omnia, quae sibi coniunguntur . . . sive -antur seu copulentur. 97, 18 *coniunctiones disiunctivae* . . . sensum -ctum significant. *absolute*: DIFF. ed. Beck p. 79, 3 que semper coniungit, ve -it. *inde apud* ICTOS (*cf. supra l. 9*): GAIVS dig. 46, 1, 70 pr. si eas *condiciones* -am (*opp.* coniungam). VLP. dig. 30, 34 pr. si *legatarii* coniuncti -ctique (-ctive *cod.*) commixti sint. COD. Iust. 6, 51, 1, 10^d (*cf. et* 10^e) hoc non ad solos -ctos *legatarios*, sed ad omnes tam coniunctos quam -ctos . . . perveniat. *cf.* disiunctim. *de syllabis dirimendis* (*cf. infra l. 37*): PRISC. gramm. III 490, 1 alterum *verbum* in 'vi' syllabam, alterum in 'ui' -ctas facit praeteritum perfectum. BEDA gramm. VII 249, 25 -ctis u et a. *ibid.* 35 *syn.* divisis, seiunctis). *absolute*: MART. CAP. 3, 314 tertius *modus* . . . detracta 'a' littera -it (*sc.* '*ui*' *in duas syllabas*). **c** *aliquid* ab *aliqua re*: VARRO rust. 1, 2, 21 -amus . . . pastionem a cultura. 1, 3, 3 (*item* capp. p. 3, 2). CIC. Sull. 62 cum commoda colonorum a fortunis Pompeianorum rei publicae fortuna -erit. nat. deor. 1, 41 Diogenes Babylonius . . . partum Iovis . . . ad physiologiam traducens -it a fabula (de- *codd., prob. Plasb.*). FILASTR. 127, 5 non ergo -endum est unum ab altero (*opp.* coniungere, copulare). AMBR. Abr. 1, 2, 4 rationabile animae suae ab irrationabili -ere debet ac segregare. BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 16, 33 cum dico 'Socrates non vivit', vitam a Socrate -xi. *in re gramm.* (*cf. supra l. 3sqq.*): GREG. M. moral. 7, 51 -cta a superioribus sententia. *de syllabis dirimendis* (*cf. supra l. 23*): DIOM. gramm. I 348, 7 consuetudo . . . a litteram subtrahit et i ab u -it (*velut in* '*tonui*'). **d** in *c. acc. i. q. dividere*: BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 9 p. 22, 15 cum totum corpus in diversa -is. arithm. 2, 27 p. 117, 19 hic *numerus* paritate recepta in gemina aequa -itur (mus. 1, 17 p. 203, 18 tonum).

B *i. q. discernere, distinguere*: **1** *personas*: CIC Vatin. 41 quaero, qui possis eos, quos crimine coniungis, testimonio -ere. de orat. 3, 143 sin eos (*oratorem et philosophum*) -ent (*opp.* si patiuntur *oratorem* eundem esse philosophum). SALON. in eccles. p. 1001^B ut ostenderet, quia . . . multum distat homo a iumento, . . . idcirco -xit dicens *eqs.* BOETH. in Porph. comm. p. 1, 8. p. 22, 1 homo . . . et deus . . . proprio . . . id est risibili . . . -itur. *aliquem* ab *aliquo*: ARNOB. nat. 2, 36 genitorem . . . dignitatis et potentiae gradibus satis plurimis ab imperatore -ctum. AVG. gen. ad litt. imperf. p. 500, 29 quod *hominem* -it a beluis.

2 *res*: **a** *aliquid* ab *aliqua re*: CIC. nat. deor. 1, 16 Stoicos, qui honesta a commodis non nomine, sed genere toto -rent. Tusc. 3, 11 insaniam . . . a furore -imus. QVINT. inst. 3, 4, 10 quae (προσομιλητική) a forensi ratione -itur. BOETH. herm. pr. 1, 3 p. 59, 3 ea . . . a verbi ratione et proprietate -it. 1, 5 p. 77, 21 unum aliquid ab uno aliquo. p. 77, 24. 1, 6 p. 79, 4. 6 *al.* in Porph. comm. pr. 1, 8 p. 22, 8 additum proprium hinnibile equum ab aliis . . . -xit. 1, 17 p. 51, 10 ab . . . differentiis genus dividit atque -it. in Porph. comm. sec. 4, 13 p. 270, 10 mortale appositum -xit nos ab *deis* (διέστησεν). arithm. 1, 11 p. 25, 20 in eo, quod *eqs.* . . . *numerus impariter par* a pariter pari -itur (*syn.* segregatur). 2, 27 p. 117, 7 mus. 1, 29 p. 221, 3. **b** *inter se*: TERT. resurr. 59 p. 120, 18 carnes . . . non materia, sed mercede -xit *propheta* (*syn.* distinxit). ANTH. 466, 6 -ctis mensibus. DON. Ter. Ad. pr. 1, 4* *quinque actus* a doctis veteribus discreti atque -cti sunt. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 27, 2 species . . . differentiis -untur. in Porph. comm. sec. 4, 17 p. 282, 14 animi ratione -ctae qualitates. p. 282, 24 quae omnino separari non possunt, si animo et cogitatione -imus (*cf. p. 1386, 29*). p. 283, 2. arithm. 1, 16 p. 32, 26 his . . . contra se positis . . . et naturali diversitate -ctis.

-ctum esse (esse *subintellegendum p. 1388, 10*, -ctum fieri *p. 1388, 1*, -ctum videri *p. 1388, 25*): **A** *proprie de separatione locali*: **1** *de personis*: CIC. epist. 1, 7, 1 intervallo locorum et temporum -i sumus. 1, 9, 1 si hoc tempore . . . quo -i fuimus, . . . una . . . fuissemus. ab: CIC. Verr. 2, 154 cum ab Italia freto -us esses. **2** *de rebus*: CIC. Verr. 5, 118 nisi *fons* munitione ac mole lapidum -us esset a mari. 6, 6 aditus omnis hominibus . . . non modo -us, sed etiam clausus est. Tim. 14 ut eadem sint ea, quae -a fuerant (de- *codd.*, devincta *Plasberg cum parte codd., vix recte*). VITR. 2, 2, 1 ea *corpora* (*sc. atomi*) cum sint -a. CAPER gramm. VII 101, 2 'ne quidem fieri potest' non dicendum, sed 'ne fieri quidem potest', ut -um sit. EVSTATH. Bas. hex. 3, 4 p. 894^B quod firmum est, cum sit -ctum (distinctum *al.*) spatiis, etiam duritiam possidet. *nota*: DRAC. laud. dei 2, 196 si -a fiant *elementa*. a se: BOETH. arithm. 1, 1 p. 8, 19 alia *pars essentiarum* -a a se (*sc. est*) et determinata partibus . . . ut grex, populus. *de tempore*: CIC. or. pro Q. Gallio frg. (Hier. epist. 52, 8, 3) *Socratis atque Epicuri* aetates non annis, sed saeculis . . . fuisse (esse *al.*) -as.

B *translate* (*cf. p. 1386, 48 sqq.*): **1** *de personis*: CIC. Verr. 6, 182 quasi *homines nobiles* natura et genere -i sint. APVL. Plat. 2, 13 ita discrepantes et inter se -i sunt nec aliorum amici. ab *aliquo*: CIC. Att. 1, 17, 8 nostros equites paene a senatu esse -os (Lael. 41 populum a senatu -um. *cf. 1386, 55*). **2** *de rebus*: **a** *inter se*: CIC. Pis. 3 ea, quae sunt longissime -a, comprehendam. fin. 4, 40 nunc *ultima bonorum* ita separantur, ut -a sint (*syn.* seiuncta). PAVL. FEST. p. 369 earum rerum, quae natura -a⟨e⟩ sunt (*velut* dies . . . nox). *in re dialectica* (*cf. p. 1387, 3 sqq.*): CIC. ac. 2, 97 omne, quod ita -um sit 'aut etiam aut non' non modo verum esse, sed etiam necessarium. GELL. 16, 8, 14 quae -a sunt. **b** ab *aliqua re* (*subintelleg. l. 25*) *fere i. q. abesse a, alienum esse a*: VARRO rust. 1, 23, 4 illa, quae ad hominum victum . . . non pertinent neque ab agri utilitate sunt -a. CIC. S. Rosc. 39 quae vita maxime -a ⟨a⟩ cupiditate et cum officio coniuncta est. Cael. 53 mores M. Caelii longissime a tanti sceleris atrocitate esse -os. har. resp. 53 quorum mentes et res sunt perditae longeque a communi salute -ae. de orat. 1, 12 id . . . quod longissume sit ab imperitorum intellegentia sensuque -um. top. 2, 8 extrinsecus . . . ea ducuntur, quae absunt longeque -a sunt. 6, 29 iam a communitate res -a videbitur. ARNOB. nat. 7, 23 divina illa vis ab nocendi procul est dimota et -a natura. BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 25, 23 Hermini *ratio* . . . a rerum veritate longe -a est. arithm. 1, 13 p. 30, 6 *numerus impar* a paris numeri natura substantiaque -us est. a se: BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 3 p. 141, 17 in his tribus . . . quae proprio triplicique a se fine -a sunt. 1, 8 p. 154, 20 quae omnia a se definitione -a sunt. 2, 6 p. 190, 20 non specie . . ., sed numero.

part. perf. pass. pro adi. **disiunctus** (dīiūnct-), -a, -um. *compar. l. 45 al.* (magis -us *v. infra l. 66*), *superl. l. 36 al.* **1** *proprie de loco*: GLOSS. -as disparsas aut distantes. longe separatas. **a** *de rebus*: CIC. Manil. 9 in locis -issimis maximeque diversis. Marcell. 5 -issimas terras (PLIN. paneg. 15, 1. 25, 5 AMM. 15, 8, 6). ? CAES. Gall. 4, 17, 5 *tigna* duo . . . iuncta (diiuncta β) intervallo pedum quadragenum. PANEG. 10 (4), 11, 5 -arum regionum longinquitas (AMM. 29, 1, 12 -issimis regionibus). AMM. 20, 3, 11 *luna* procedens . . . iam -issima *sc. a sole* (-issima *Petschenig*, -issimo *cod.*, -issime *Valesius*). EPIST. pontif. 321 (*a. 417*) Migne 20, 583^A de -is remotisque provinciis. ab: CIC. Pis. 91 *Aetolia* procul a barbaris -a gentibus. **b** *de personis*: CIC. rep. 2, 63 quae -is populis tribui solent conubia. Att. 13, 11, 1 postea quam sum a te -ior. AMM. 20, 8, 21 longe -us. AVG. civ. 9, 12 deos . . . homines . . . -os locis.

2 *translate*: **a** *i. q. seorsum existens*: CIC. Caecin. 92 ad duas dissimiles res duo -a interdicta sunt. de orat. 3, 57 neque -i doctores, sed idem vivendi erant praeceptores atque dicendi. TERT. adv. Marc. 1, 4 p. 294, 27 duo summa magna . . . distincta atque -a in suis finibus. BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 1 p. 165, 3 -a componere. arithm. 2, 41 p. 138, 12 necesse est habitudinem -am vocari. 2, 43 p. 141, 3 -a medietas (*cf. seq.*). 2, 44 p. 147, 29 proportio (mus. 2, 13 p. 243, 6. 9. 11). ALC. AVIT. carm. 6, 552 -o . . . consilio. 6, 616 coniunctum facinus -a voce fatentur. *speciatim in re rhetorica*: CIC. part. 21 suave . . . erit genus dicendi . . . coniunctione, quae neque asperos habeat concursus neque -os atque hiantes (*de hiatu vocalium*). *aliter* TAC. dial. 18 Brutum *visum esse* otiosum atque -um (*'i. in minutas sententias divisum et periodorum ambitu carentem.' Gerber-Greef. sed v. Gudeman ad l.*). **b** *i. q. diversus, contrarius*: CIC. har. resp. 53 ex aliquo -o diversoque monstro significatum. Phil. 2, 18 ut . . . non modo non cohaerentia inter se diceres, sed maxime -a atque contraria. de orat. 3, 61 *philosophorum* quasi familiae dissentientes inter se et multum -ae et dispares. fin. 2, 45 quae (*ratio et mens*) . . . -a coniungat. LVCR. 3, 803 quid enim diversius esse putandumst aut magis inter se -um discrepitansque, quam *eqs.* AVG. c. Cresc. 4, 26, 23 coniunctissimus coetibus, -issimus moribus. EVSTATH. Bas. hex. 1, 7 p. 875^C res -issimas . . . coniunxit. BOETH. arithm. 2, 32 p. 125, 18 ex his, quae longe -a sunt atque contraria. herm. sec. 6, 14 p. 501, 20 ne -as (disiunctim E^2) affirmationes et negationes contrarias diceremus. ab *aliqua re i. q. alienus*: CIC. Sest. 141 apud Athenienses . . . longe a nostrorum hominum gravitate -os. ac. 2, 66 nihil est . . . ab ea cogitatione . . . errore, levitate, temeritate -ius. QVINT. inst. 2, 15, 2 quidam artem quidem, sed a scientia et virtute -am . . . *rhetoricen* nominaverunt. ARNOB. nat. 7, 5 ira ab his (*deis*) longe et ab eorum condicione -a est. **c** *c. abl., fere i. q. expers*: CYPR. GALL. gen. 428 terra . . . -a colonis. BOETH. herm. pr. 1, 2 p. 55, 7 orationem falsitate ac veritate -am. **d** *t. t. mus.* (*cf. p. 1389, 7*): MART. CAP. 9, 949 in spatiis (*i. diastematibus*) alia sunt composita, alia -a atque asyntheta. *fem. subst.* disiunctae (*sc. chordae*): BOETH. mus. 1, 20 p. 209, 27 inferius omne tetrachordum -arum, id est diezeugmenon, vocatum est. 1, 26 p. 218, 24.

n. adi. pro subst. **disiunctum** (dīiūnct-), -ī, *n.* NOT. Tir. 66, 8. **1** *t. t. dial. et rhet. i. q.* διεζευγμένον, *diiunctio* (*definitur* RHET. *[Tafel †]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Her. 4, 27, 37 -um est, cum eorum, de quibus dicimus, aut utrumque aut unum quodque certo concluditur verbo. GELL. 16, 8, 12 διεζευγμένον ἀξίωμα nos '-um' dicimus. AQVILA rhet. 43 p. 36, 3 διεζευγμένον -um. haec figura ita ornat et amplificat orationem, ut diversis redditionibus verborum membra ...-at ac separet. MART. CAP. 5, 536): GELL. 16, 8, 14 tunc id -um mendacium est. BOETH. c. Eut. 5, 45 de quibus illud -um nascitur. 2 *t. t. mus.* (*cf. p. 1388, 78*): VITR. 5, 4, 7 quartum *tetrachordum* -um, quod διεζευγμένον nominatur. BOETH. mus. 1, 20 p. 207, 27 octachordum ... diezeugmenon, quod est -um.

adv. **disiūnctē** (diiūnct-). *compar. v. l. 12, superl. (?) p. 1388, 41.* *i. q. separatim, singillatim*: CIC. Phil. 2, 32 non enim fortasse satis, quae -ius (distinctius *D*) dicuntur, intellegis? FEST. p. 293 nec ⟨Sacramviam⟩ appellari debere ait Verrius, sed -e, ut ceteras vias Appiam, Latinam. AVG. epist. 170, 5 haec omnia nec confuse unum sunt nec -e tria sunt. BOETH. arithm. 2, 44 p. 145, 22 hoc etiam -e licet. *? de loco i. q. remote v. p. 1388, 41.* *adv* **disiūnctim** *v. p. 1384, 35.*

syn.: diiugare, dimovere, discernere, distinguere, secernere, segregare, separare.
opp.: iungere, coniungere, copulare
deriv.: disiunctim, di(s)iunctio, di(s)iunctivus.
Tafel † [mortem pro patria obiit 15. XI. 1914].

disiūrgium, -ī [*a* dis- *et* iurgium *vel* iurgare. *cf.* discordium. *Th.*]. *i. q. lis*: CORP. VI 22355a inter me et te ... nullum umquam -um fuisse conscius sum mihi.

dislēnio, -ire *a* dis- *et* lenire: DIOSC. 1, 118 dactyli cariotae comesti aspretudine(m) arteriarum -it (λῶνται).

disligo, -āre *a* dis- *et* ligare: SCHOL. Prud. cath. 7, 157 revulsa: -ata. GLOSS. lat.-arab. ed. Seybold (Semit. Stud. 15/17, 1900) p. 475 solvo -o. GLOSS. V 624, 17 (*s. v.* trica) inextricabilis res quae non potest -ari.

dismarītus *v.* bim-. **dismediātus** *v.* dimidiatus *p. 1202, 47.*

dismēnstruus *v.* bimenstruus. **disminuo** *v.* dim-.

dismīror, -ārī *a* dis- *et* mirari. GLOSS. Plac. V 16, 20 (= 62, 17) -ando emirando.

dismitto, dismoveo *v.* dim-.

dismyrias, -adis *adi.*, δισμυριάς. ITALA apoc. 9, 16 (Cypr. testim. 3, 59) numerus exercituum equestrium -es myriadon (δισμυριάδες μυριάδων, VVLG. vicies millies dena millia).

disōmus, -a, -um [*a* δίσωμος *Th.*]. *i. q. duo corpora habens*: CORP. IX 1729, 2 hoc vas -um sibi ... posuit.

? **disoricāre** *v.* destricare.

? **dispadat** NOT. Tir. 63, 25 (*sequuntur* expadat, pandit, dispandit).

dispalēsco, -ere [*cf. c.* dispalari. *Th.*]. GLOSS. -o σκορπίζομαι. *i. q. palam fieri*: PLAVT. Bacch. 1046 perisse suaviust quam illud flagitium volgo -ere.

dispalo(r), -atus sum, -āre (-ārī) [*a* dis- *et* palari. *Th.*]. [*dub.*: EPISC. GALL. Leo M. epist. 99, 1 quibus *spatiis* a nobis -ati (disparati *al.*) sumus. *ex coni.*: COLVM. arb. 26, 6 in eam *fissuram* ... cuneum, quo -etur (*Lundström*, quod is pat(i)etur *codd.*, quoad patietur *edd. vett.*), inserito]. NON. p. 101 -ari est separari (*affertur* SISENNA *l. 53 et 54*). GLOSS. -at διασπᾷ. -are separare. -atum diffugatum. -are *i. q. dissipare* (*plerumque* -ari *medialiter positum*): SISENNA hist. 35 -ati ab signis digressi omnes ac dissipati. 134 tanto plures passim -antur. PS. SALL. rep. 2, 5, 6 multitudo in artes vitasque varias -ata (NEP. Hann. 5, 2 *iuvencorum* multitudinem magnam -atam immisit). NEP. Lys. 1, 2 -ati in agris. GELL. 1, 11, 4 ne sparsi -atique proruerent *milites*. DICT. 6, 1 passim ...-antur. AMM. 15, 4, 8 milites huc et illuc -antes. 20, 4, 21 metu mortis subitae -ati. 24, 7, 2 hostes ...-atos. 31, 2, 10 -antur. *translate*: AMM. 16, 12, 1 quo -ato foedo terrore.

dispandium NOT. Tir. 63, 32 (*post* pandium, expandium). *a* dispandere.

dispando (-pendo *l. 66. 67*, -penno *l. 64. 71*), -pansum (-pessum *l. 69. 73. 74*), -ere [*a* dis- *et* pandere. *Th.*]. NON. p. 9 -pennere est expandere, tractum a pennis et volatu avium (*affertur* PLAVT. Mil. 1406 *ubi* -pendite *codd.*). [*e coni.*: PACVV. trag. 19 cervicum floros -pendite crines (*Ribbeck*, disperdite *cod.*). *cf. etiam l. 73 et 74.*] NOT. Tir. 63, 28 -pandit.

i. q. extendere, dilatare: PLAVT. Mil. 360 -pessis manibus (*cf. infra l. 79*), patibulum quom habebis (-pensis *A*, dispersis *P*. GELL. 15, 15, 4 *ad l.* -pessis dicit pro eo, quod est -passis). 1406 -pennite (*cf. l. 65*) hominem divorsum et distendite. LVCR. 1, 306 vestes ... -pansae in sole serescunt. 2, 1126 dum non ita sunt late -pessa (dispersa *codd.*). 3, 988 -pessis (dispersis *codd.*) ... membris. 6, 599 neu distracta suum late -pandat hiatum *natura*. PLIN. nat. 9, 8 arbor in tantum vastis -pansa ramis (ISID. diff. 2, 62 palma manus est -pansis digitis, sicut et arbor -pansis ramis). SVET. Dom. 19 -pansam dexterae manus palmam. CARM. adv. Marc. 2, 263 rufae cerae facies -panditur herba. PAVL. NOL. carm. 33, 84 suspiciens caelum ille manus -pandit. ISID. orig. 20, 4, 10 patena, quod -pansis patentibusque sit oris. 20, 5, 2 paterae ... patentes sunt -pansisque labris. *translate de oratione amplificanda*: VERVS Fronto p. 132, 12 N. an ... debeas ... illa omnia corripere an vero paulo altius (latius *Heindorf*) dicere nec tamen ita, ut mox nostra, -pandere ipse dispicies.

? (**dispango**), -pectus *v. p. 1394, 56.*

c *i. q.* *expositio docendi causa habita*: *in iudicio*: Cic. Cael. 27 deliciarum obiurgatio fuit longa, etiam (*Clark*, et ea *codd.*) lenior; plusque -is habuit quam atrocitatis, quo etiam audita est attentius. *in scholis*: Cic. de orat. 1, 194 docemur non infinitis concertationumque plenis -bus, sed auctoritate nutuque legum. orat. 11 ingressionem . . . non ex oratoriis -bus ductam, sed e media philosophia repetitam. Sen. epist. 108, 3 Qvint. inst. 12, 2, 11 (*opp.* actiones). Plin. epist. 1, 22, 6. Avg. civ. 18, 41 p. 317, 24 D. non pauci in scholis atque gymnasiis litigiosis -bus garruli. *i. q.* *praedicatio*: Ambr. Noe 15, 52 Christus . . . comprimens evangelicis -bus ferocis istius corporis motus. 19, 70. in Luc. 8, 93 duo soli multiplicatam pecuniam deferunt, non utique aeris, sed -is usuris; alia est enim pecuniae fenebris, alia doctrinae caelestis usura. Maximin. c. Ambr. 84 quas -is tuae scripturas vis interrogare, cum nulla in divinis eloquiis tanta blasfemiae tuae litteraria extet auctoritas? Rvfin. hist. 5, 20, 6 -es (διαλέξεις), quas habebat ad populum *Polycarpus*. Avg. serm. ed. Mai 90, 1 ante -is ingressum. epist. 29, 3 adiunxi . . . -em, qua ostenderem. 29, 8 Svlp. Sev. Mart. 5, 6 ingressus euangelicam -em.

d *i. q.* *colloquium*: Cic. de orat. 1, 5 soles . . . non numquam hac de re a me in -bus nostris dissentire. 3, 139 Socraticis (*cf.* 3, 60.

[Lackenbacher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

61 ac. 2, 15 AVG. civ. 8, 3 p. 324, 16 D. 8, 4 p. 325, 14). rep. 1, 13 fin. 1, 13. MAXIMIN. c. Ambr. 118 -em ex aequo inter partes habitam. DAMAS. Hier. epist. 35, 1, 2. RVFIN. hist. 3, 38, 5 Petri et Apionis -o (διαλόγους). AVG. civ. 2, 21 p. 81, 27 D. -o de re publica inter magnos eius tum principes habita. 6, 2 p. 247, 7 -em se habuisse cum Marco Varrone. PASS. Petr. Paul. long. 41 me ... cum his habere -em (διάλογον).

e *i. q. ratio (in contrarias partes) dicendi, loquendi, verba (interdum verba inania) faciendi*: CIC. epist. 3, 8, 3 aures ad hanc -em patent. CAES. Gall. 5, 31, 3 res -e ad mediam noctem perducitur. civ. 1, 33, 3 triduum -bus excusationibusque extrahitur. MIN. FEL. 16, 6. QVEROL. p. 19, 3 abi ... cum tua -e. GENNAD. vir. ill. 26 librum obscurissimae -is et involuti sermonis. AVG. contin. 5, 14 qualis ... dementia est -es suas rationi tribuere et actiones suas casibus subiugare? *fere i. q. declamatio*: SEN. epist. 20, 2 aliud propositum est declamantibus et assensionem coronae captantibus, aliud his (a. h. *del. Gertz*), qui iuvenum et otiosorum aures -e varia aut volubili detinent.

f *i. q. expositio dialectica arte prolata* (*cf.* ISID. orig. 1, 2, 1 tertia *liberalium artium* dialectica, cognomento logica, quae -bus subtilissimis vera secernit a falsis. *v. p. 1443, 10*): CIC. de orat. 1, 43 *Stoici* -um suarum atque interrogationum laqueis te irretitum tenerent. 3, 77 *philosophis non* multum ... in -e concedimus (*i. oratores.* off. 2, 35). 3, 107 alii *habent* ancipites -es, in quibus de universo genere in utramque partem disseri copiose licet (*cf.* fin. 3, 3 illa nobis simplex fuit in utramque partem -o [CAES. Gall. 5, 30, 1 QVINT. inst. 7, 2, 14]. CIC. ac. 2, 7 neque nostrae -es quicquam aliud agunt, nisi ut in utramque partem dicendo et audiendo *eqs.* 2, 116. VAL. MAX. 6, 3, 5 -e ... utroque flecti potest). orat. 113 aliud videtur oratio esse, aliud -o (*cf. p. 1440, 23 sqq.*). leg. 1, 62 non solum illa subtili -e sibi utendum putabit, sed etiam fusa latius perpetua oratione (dom. 142 FIRM. math. 1, 1, 2. 4, 9, 1 FAV. EVL. p. 5, 15 AVG. civ. 1, 36 p. 52, 21 D. 7, 28 p. 310, 24 MART. CAP. 4, 352. *cf.* CIC. de orat. 3, 187 off. 2, 35). VAL. MAX. 3, 4 ext. 1. SEN. epist 45, 5 multum illis temporis verborum cavillatio eripuit, captiosae -es, quae acumen irritum exercent. QVINT. inst. 5, 14, 27 dialogis ... et dialecticis -bus erit similior *oratio* quam nostri operis actionibus. 7, 3, 14. FIRM. math. 1, 1, 1 sententiis ac -bus ... philosophiam ... perfringere. AVG. civ. 10, 27 p. 443, 31 D.

g *i. q. controversia, disceptatio, contentio*: *α absolute*: RHET. Her. 2, 27, 43 controversia de musica inducta est, -o in sapientiae rationem et virtutis consumitur. CIC. fin. 2, 68 et certamen honestum et -o splendida! SEN. dial. 5, 8, 8. COLVM. 3, 13, 11 quae contendentium litem -emque dirimerent (QVINT. inst. 10, 1, 36 decl. 308 p. 213, 5. AVG. c. Cresc. 4, 3, 3 in collatione -is hoc cavendum est, ne prorumpatur in litem). COLVM. 11, 1, 31 PLIN. nat. 6, 184 QVINT. inst. 3, 6, 21. 9, 1, 7 quam multiplicem habeant quamque scrupulosam -em. OPTAT. 1, 12 p. 14, 13. FILASTR. 61, 4 *Manichei* ab Archelao ... in -e superati (*cf. titulum* ACT. Archel. 1 -o Archelay et Manychei *cod. C*, altercatio ... Archelay ... cum ... Manicheo *cod. M*). AVG. civ. 21, 10 p. 511, 1 D. contentiosa -e certandum. persev. 24, 66 non ... simus in -bus prompti et in orationibus pigri. PS. PHOEBAD. fid. 5 p. 41ᴮ altercationem -um induces. EPIST. pontif. 322 (*a. 417*) Aug. epist. 182, 7 hostes ... quos in semet ipsi in spiculis malae -is armarunt.

β de: HYG. grom. p. 112, 13 L. (= p. 72, 18 Th.). VLP. dig. 4, 8, 21, 6 LEX Rom. Visig. 2, 9, 11 (p. 334 Haenel) de cauto et non numerato ... aliquid -is afferre. *γ sequitur enuntiat. interr. obliq.*: TERT. idol. 17 -o oborta est, an *eqs.* *δ additur* contra *vel* adversum: contra: QVINT. inst. 2, 15, 27 MAXIMIN. c. Ambr. 61. VVLG. Iob 21, 4 numquid contra hominem -o mea est? AVG. civ. 5, 1 p. 191, 8 D. adversum: HIL. trin. 12, 20 RVFIN. Adamant. prol. Greg. Naz. orat. 10, 10, 4 adversum quae -um tuarum tela contorqueas. *ε additur* inter *vel* cum: inter: CIC. Brut. 218 cum inveheretur in Caesarem Curio -oque esset inter eos. SEN. contr. 2, 1, 9 contr. exc. 2, 1 COLVM. 3, 17, 1. QVINT. inst. 11, 1, 70 ut inter eos non forensem contentionem, sed studiosam -em crederes incidisse. HERM. Pal. sim. 8, 10, 1 minimas ... -es, quas inter se habuerunt (*utraque versio lat.*; μικρὰ κατ' ἀλλήλων ἔχοντες). BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 193, 22 ASSVMPT. Moys. 1, 13. cum: CIC. Caecin. 79 qui cum istam -em mecum ingressus esset. SEN. benef. 3, 1, 2 de quibus fuisse mihi tecum -em scio. PLIN. epist. 1, 20, 1.

derivatum: disputatiuncula.

disputātiuncula, -ae *f. a* disputatio *deminutive.* SEN. epist. 117, 25 non -is inanibus suptilitatem vanissimam agitare. HIER. epist. 65, 1, 1. 77, 7. *i. q.* σύγγραμμα: GELL. 1, 3, 30 -ae huius initium. HIER. in Ezech. 1, 7 p. 12 legi et cuiusdam Catinae ... brevem -am. epist. 112, 18.

disputātīvus, -a, -um *a* disputare. GRAMM. suppl. 161, 13 *oratio est* allocutiva in epistulis, -a in dialogis, relativa in historiis. *i. q. litigiosus*: CASSIOD. hist. 9, 19 (p. 1137ᴬ) ut -as fugeret intentiones.

adv. **disputātīvē.** *i. q. logice*: CASSIOD. hist. 5, 42 (p. 1021ᴮ) -e atque veraciter Sylvanus ait.

*__disputātor,__ -ōris *m. a* disputare. *de significatione*: AVG. c. Cresc. 1, 14, 17 qui graece dialecticus dicitur, multo usitatius et tolerabilius latine dicitur -r. puto iam quod apostolum -em non neges, etiamsi dialecticum neges ... aut si et -em apostolum negas ... nec graece nosti nec latine. 1, 16, 20 hoc ille verus -r (*v.* 1, 15, 19 qui ... verus -r est, id est veritatis a falsitate discretor. *cf. p. 1441, 21. 1443, 10*) si late diffuseque faciat, eloquenter facit alioque tunc censetur augeturque vocabulo, ut dictor potius quam -r vocetur. *ibid.* si autem presse atque constricte, magis eum -em quam dictorem appellare consuerunt. GLOSS. dialecticus, genus philosophorum vel narrator. disceptator. *habent* CIC. VAL. MAX. PS. VARRO sent. *singulis locis, saepius legitur inde ab* AVG.

1 *sensu strictiore*: *i. q. calculator*: HILARIAN. curs. temp. p. 161, 12 -es annorum. *cf. p. 1437, 65.*

2 *sensu latiore*: a *i. q. disputandi peritus, dialecticus*: CIC. off. 1, 3 Demetrius Phalereus ... -r subtilis, orator parum vehemens. AVSON. 205, 11 -r ad Cleanthen Stoicum. PS. PHOEBAD. fid. 1 p. 34ᶜ nec ... academicus -r assisto, ut simplices sensus verborum subtilitate contorqueam. prol. p. 33ᴰ. AVG. epist. 135, 1 ille -r ex porticu (*i. Chrysippus?*). c. Iul. 1, 4, 12 ut in nos velut artifex -r insilias. PS. VARRO sent. 23 captiosus de verbis -r canis est aerem captans pro praeda. EPIST. pontif. 375 (*a. 430*) Migne 50, 487ᴰ movit -r (διαλεκτικός) vester proelium veritati. b *is qui disputat*: VAL. MAX. 8, 12 pr. suae ... artis unum quemque et auctorem et -em optimum esse. AMBR. hex. 14, 4, 14 (p. 122, 7) -es eorum, quae sua sunt. GENNAD. dogm. 15 Iacobus et alii Syrorum -es. AVG. epist. 147, 22 sicut ait -r (*i. Ambrosius. cf.* PROSP. resp. ad Gen. 7 p. 195ᶜ quid inconveniens ait admirabilis -r? [*i. Augustinus*]. c. coll. 2, 5 *de Cassiano.* CASSIOD. inst. div. 1 p. 1110ᶜ disertus atque cautissimus -r [*i. Augustinus*]. 2 p. 1113ᴰ de regum temporibus facundissimus -r eloquitur [*i. Augustinus.* civ. 17, 4]. 18 subtilis et cautissimus -r [*i. Hilarius*]. in psalm. praef. p. 9ᴮ *Augustinus* est ... litterarum omnium magister egregius et ... cautissimus -r). AVG. epist. 147, 34 euangelicus (retract. 1, 1, 2 ecclesiastici. EPIST. pontif. 375 [*a. 430*] Migne 50, 489ᴬ catholicus). un. eccl. 18, 47 p. 293, 30 Vind. ecclesiam suam demonstrent ... non in sermonibus et rumoribus Afrorum, non in conciliis episcoporum suorum, non in litteris quorumlibet -um. coll. c. Don. 1, 9 PAVL. MED. vita Ambr. 17 acerrimus nimium. ZACCH. 1 praef. *ironice dictum (fere is qui verbis rem obscurat, cf. d)*: HIER. c. Ioh. 8 egregie. 35 acutissime. adv. Iovin. 2, 21 callidus. AVG. epist. 36, 8 urbicus. in psalm. 96, 11 nescio quis -r, qui doctus sibi videbatur. serm. ed. Mai 126, 8 sapientes illi magni arguti -es, inquisitores, eloquii quasi tonantes professores omnia ignoraverunt. c. Iul. op. imperf. 1, 94 constantissimus et subtilissimus. MAR. MERC. subnot. 7, 4 egregie perditorum magister et dialectice -r. 9, 3 tu aliud clausum in pectore, aliud promptum habens in lingua novus atque egregius -r. CLAVD. MAM. anim. 1, 8 p. 47, 10 acutissimi et doctissimi -is ingenio ... praeventus. 1, 12 p. 53, 16 violentissimus -r nec istud intellegit. *fere i. q. interpres*: AVG. c. Petil. 3, 52, 64 non indiget interprete nec -e aut demonstratore. de mend. 10, 17 licet ... vel dissertori ac -i atque praedicatori rerum aeternarum vel narratori aut pronuntiatori rerum temporalium. in psalm. 106, 8 ut ... officium a me non exspectetis -is, sed paene lectoris. ZACCH. 2, 12 p. 1129ᴰ inter electos seniorum coetus divinorum intellectuum -r. LEO M. epist. 124, 1. *is qui euangelium praedicat*: VICTRIC. 24 qui credit, fidem in -e et sacerdote, non verba rimatur. SIDON. epist. 7, 9, 1 tam per authenticos quam per -es. *fere i. q. investigator, perscrutator*: AVG. civ. 3, 15 p. 117, 25 D. -r magis quam laudator fuit *Cicero.* serm. 294, 21, 20 doctr. christ. 4, 20, 39. c. Petil. 2, 32, 73 tu es ille maledicus conviciator, non veridicus -r. serm. ed. Mai 126, 7 nobilissimus -r (*i. Plato*). PHYSIOGN. 22 hominem docilem, cogitatorem, natura -em (dispensatorem *cod. B*). BOETH. mus. 2, 8 p. 234, 23 de musica -r. *is qui dicit, loquitur*: BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 4 p. 144, 15 quae *decem rerum genera* vel intellegendo mens caperet vel loquendo -r efferret. c *i. q. collocutor*: AVG. epist. 33, 3 collatorem ... et -em, non assentatorem et adulatorem se esse cupiebat. c. Cresc. 1, 17, 21. d *i. q. homo litigiosus* (*cf.* AVG. c. Petil. 2, 53, 122 nonne qui nos audierit insanos potius litigatores quam Christianos -es ... iudicabit? c. Cresc. 2, 1, 1 ne contentiosissimus habeatur diligentissimus praedicator et ne litigator putetur impiger -r. epist. 167, 2 vaniloquis non -bus, sed litigatoribus): ENNOD. epist. 9, 28, 3 p. 250, 2 quasi opinioni tuae -r occurro. CASSIOD. var. 2, 3, 4 vehemens -r in libris, amoenus declamator in fabulis. *adiect.*: AVG. epist. 147, 29 nec ad hominem -em pulset, ... sed ad deum salvatorem.

fem. **disputātrīx,** -īcis. *i. q. dialectica (adiective)*: QVINT. inst. 2, 20, 7 cum duo sint genera orationis, altera perpetua, quae rhetorice dicitur, altera concisa, quae dialectice, ... etiam -x virtus erit. 12, 2, 13 pars dialectica, sive illam dicere malumus -em (*J. C. Rolfe [Archiv 10 (1898), 239] cum aliis pro substantivo positum accipere maluit, id quod vix probes*).

deriv.: disputatorius.

disputātōrius, -a, -um [*a* disputare, disputator. *Th.*]. *de rebus*: GLOSS. -a (*sc. ars*) dialectica. AVG. c. Cresc. 1, 14, 17 dialectica, quae ... fortasse latine -a vocaretur. soliloq. 2, 11, 19 -ae arti. AMBR. hex. 1, 6, 22 non -is (*ΠB*, disputationis *N*) me libramentis committo atque mensuris. *de homine*: SCHOL. Verg. Bern. ecl. 8, 70 Circe -a

[*Lackenbacher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

erat et, qui aggrediebantur, illis illa asserebat. *adv.* **disputātōriē:** SIDON. epist. 9, 9, 10 scripseras ... dubia constanter, argumentosa -e (*i. dubie*).

disputātrīx *v. p. 1442, 73.*

***disputo,** -āvī, -ātum, -āre [*a* dis- *et* putare *vel* putus. *Th.*]. *de significatione*: VARRO ling. 6, 63 antiqui purum putum appellaverunt; ... sic is sermo, in quo pure disponuntur verba, ne sit confusus atque ut diluceat, dicitur -are. SERV. auct. Aen. 8, 522 putare est et discernere et in partes redigere, inde -are (*cf.* AVG. c. Cresc. 1, 15, 19 qui ... -at, verum discernit a falso. *v. p. 1441, 21. 1442, 4*). ISID. orig. 9, 4, 14 iure ... -are est iuste iudicare. GLOSS. διαλέγομαι. -at tractat, extimat. συνζη⟨τεῖ⟩. -vit ἐφιλονίκησεν. -andi διαφιλονεικεῖν, μάχεσθαι. *legitur inde a* PLAVTO, *deest poetis (praeter* TER. MART. *singulos locos,* COMM. *tres,* PLAVT. *quinque) et* CATONI SALL. LIV. VELL. CVRT. PETRON. PLIN. nat. *de depon.* -ari *v. p. 1444, 17.* [*dub. vel corrupt.*: COLVM. 2, 15, 1 (*leg.* dispon-). QVINT. decl. 313 p. 230, 2 †debet -ari. 365 p. 398, 25 si ... quattuor *iudices* in totidem -rent [discrep- *Aerodius*, dispartirentur *Schulting*] sententias. ITALA lev. 26, 15 (Lugd.) ut -etis (*an* dissipetis?) testamentum meum (ὥστε διασκεδάσαι τὴν διαθήκην μου. VVLG. ad irritum perducatis). *cf.* GLOSS. -atis (dissupatis *Götz*) bonis dilapidato patrimonio.]

de actione putandi i. q. ***ratiocinandi:***

I *sensu strictiore de rationibus conficiendis*: PLAVT. Aul. 529 -ata est ratio cum argentario. *cf.* 527 putatur ratio cum argentario.

II *sensu latiore:* **A** *praevalet actio* ***reputandi:*** **1** *i. q. deliberare, secum volvere* (*saepe additur* secum, cum animo *sim.*): **a** *absolute*: CIC. Att. 8, 14, 2 ego tecum tamquam mecum loquor. quis autem est, ... quin varie secum ipse -et. SEN. contr. 7, 1, 24 diu mecum -vi. AMM. 20, 8, 11 cum animo -ans. **b** *c. obiecto*: PLAVT. Most 87 in meo corde ... eam rem volutavi et diu -vi. APVL. met. 11, 27 religiosum scrupulum ... apud meum sensum -o. *de secum colloquentibus*: APVL. met. 2, 7 haec mecum ipse -ans. 7, 12 ista sycophanta ego mecum maxima cum indignatione -o. HERM. Pal. vis. 1, 2, 2 me hoc -ante in corde meo (ταῦτά μου συμβουλευομένου καὶ διακρίνοντος ἐν τῇ καρδίᾳ μου). **c** *pro obiecto sunt locutiones praepositionales*: HERM. Pal. sim. 2, 1 cum ... considerarem ulmum et vitem et -rem de eis (κατανοοῦντος ... καὶ διακρίνοντος περὶ αὐτῶν). *ibid.* quid tu intra te -as de hac vite et ulmo? (τί σὺ ἐν ἑαυτῷ ζητεῖς περὶ ...). AVG. serm. ed. Mai 120, 3 attende, considera et inde -a, ista cogita, ne *eqs.* *additur enuntiatum*: HERM. Pal. sim. 6, 1, 1 cum ... de mandatis eius -rem esse ea bona (συζητῶν περὶ τῶν ἐντολῶν, ὅτι). **d** *sequitur enuntiatum*: SEN. benef. 4, 12, 3 nemo Tusculanum aut Tiburtinum paratu⟨ru⟩s salubritatis causa et aestivi secessus, quoto anno empturus sit, -at. HERM. Pal. sim. 2, 1 -o, quam sint invicem altera alteri decori (συζητῶ). Pal. vis. 3, 4, 3 qui -ant in cordibus suis, si vere haec ita sunt aut non (διαλογιζομένους ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, εἰ ...).

2 *fere i. q.* ***ambigere, dubitare***: de: CIC. off. 3, 11 de iudicio Panaeti dubitari non potest; rectene autem hanc tertiam partem ad exquirendum officium adiunxerit an secus, de eo fortasse -ari potest. VAL. CEM. hom. 20, 5 *coheredum testamenti fidem in dubitationem vocantium* alter de subscriptione patris -at. *cum obiecto vel absolute*: FRONTO p. 8, 22 N. homines ambigant, disserant, -ent, coniectent, requirant ... nostri amoris originem. AVG. civ. 16, 32 p. 176, 8 D. divino intonante praecepto oboediendum *est*, non -andum. PS. AVG. quaest. test. I 127, 12 quis hinc -et? quis dubitet? *sequitur interrogatio indirecta*: SEN. suas. 1, 4 Alexandrum eo dimittis, quod adhuc quid sit -atur? SEN. dial. 10, 6, 2 -atur, an ipse sibi manus attulerit. benef. 3, 33, 5 si quis sapientiam ... patri tradiderit, etiamnunc -bimus, an maius illi quiddam dederit, quam acceperat? epist. 14, 13 potest aliquis -are, an illo tempore capessenda fuerit sapienti res publica. PS. AVG. quaest. test. I 117, 6 nec -at *Abraham*, an fieri debet deo iubente parricidium. COD. IUST. 5, 70, 6 pr. antiquitas -bat, utrumne ... an ...; nos itaque eius ambiguitatem decidentes sancimus *eqs.* *cf.* AVG. epist. 54, 6 hinc, quin ita faciendum sit, -are, *ubi alii codices* dubit- *exhibent, alii* disput-.

B *praevalet actio* ***dicendi:*** *i. q.* ***argumentando disserere, exponere, tractare:***

1 ***generatim:*** **a** *absolute*: PLAVT. Most. 1137 disceptator eccum adest; age -a (*i. causam age, expone*). LEX repetund. (Corp. I 2² 583) 38 ioudex nei quis -et (*cf. Mommsen, Ges. Schr. I p. 55*). VARRO Men. 451 extispices -antes. CIC. Verr. 6, 7 neque ego ullam in partem -o. leg. agr. 3, 4 neque vero nunc ideo -bo. de orat. 2, 25 id me ... non hortatur ad -andum. orat. 146 ea, quae supra dicta sunt, plus in -ando quam ea, de quibus dicendum est, dignitatis habuerunt. rep. 2, 70 finis -andi (fin. 2, 119). 3, 26 in -ando vafri. fin. 5, 8 me in Academia tamquam philosophum -urum. nat. deor. 3, 72 parumne subtiliter -at ille in Eunucho? (*sequuntur versus. cf.* 73 *p. 1445, 84*). fat. 4 ita ... audiam te -antem, ut ea lego, quae scripsisti. epist. 3, 8, 5 -bant, ego contra disserebam; dicebant, ego negabam. LEX Clodia de exil. Cic. (Cic. p. red. in sen. 8) ne quis ad vos (*senatum*) referret, ne quis decerneret, ne -ret, ne loqueretur (*cf. Mommsen, Staatsr. III 942 adn. 5*). VITR. 5, 2, 2 vox ibi (*in curia*) -antium. TERT. pudic. 17 p. 257, 15 ex Iudaismo -are. CHAR. dig. 50, 4, 18, 26 Herennius Modestinus et notando et -ando bene et optima ratione decrevit. AVG. civ. 2, 14 p. 69, 8 D. non persuasit -ando (*cf.* RVT. LVP. 2, 12 VVLG. act. 18, 4. 19, 8). 17, 16 p. 237, 27 D. laboriosum -andi exponendique negotium. 19, 21 p. 389, 29 -ando explicat. *accedit* ut *adv. sim.*: CIC. leg. 1, 24 ita est, ut -atur (nat. deor. 2, 66 ut Stoici -ant. Tusc. 2, 9 ut actum -atumque est. APVL. apol. 15 ut alii philosophi -ant. PALLAD. 12, 5 sicut Februario -atum est. AVG. civ. 2, 16 sicut supra -atum est. 2, 21 p. 79, 20 D. sicut Cicero -at. 19, 23 p. 399, 10 sicut in libris praecedentibus -vimus). *additur* abl. (*abl. c. part. l. 13*): CIC. Planc. 12 ut illius contra te oratione potius quam mea -em. rep. 2, 22 ut ... -es non vaganti oratione, sed defixa in una re publica. Tusc. 5, 33 qui legibus impositis -ant. APVL apol. 89 pluribus -are. PROB. Verg. ecl. praef. p. 327, 3 *Theocritus* pastores inferebat ea lingua (*dialecto Dorica*) -asse. PS. RVFIN. in Os. 13, 13 iisdem coloribus -vit. VINCENT. LER. 11, 16 qui utroque sermone copiose et graviter -ret et scriberet. *adde*: COMM. instr. 1, 22, 13 -are (-ari *C, cf. Löfstedt, Phil. Komm. z. peregr. Aeth. p. 215*) parvo libello. RVFIN. hist. 2, 25, 8 cum ... scriptis (ἐγγράφως) -ret. *adduntur praepositiones*: CIC. Sest. 3 pro reo -andum. ITALA Os. 12, 4 (Tert. adv. Marc. 4, 39 p. 558, 18) -atum est ad eos (ἐλαλήθη πρός, VVLG. locutus est nobiscum). AVG. pecc. mer. 1, 26, 39 si ad singula testimonia similiter -emus.

b *c. obiecto*: *obiectum est substantivum*: PLAVT. Men. 50 ut hanc rem vobis examussim -em. CIC. Planc. 37 *causa* -ata hesterno die copiosissime a Q. Hortensio. off. 1, 161 quibus ex rebus breviter -atis. AGENN. grom. p. 60 L. (= p. 21, 12 Th.) ad hanc -andam materiam. TERT. praescr. 31 ad principalitatem veritatis et posteritatem mendacitatis -andam. TER. MAVR. 280 syllabas ... -atas attuli. CENS. 6, 6 -ata ratione. FVLG. myth. 2, 13 Melistus Euboicus, qui omnium fisiologorum sententias -vit. *obi. est pronomen vel adiectivum* (*additur abl. instr. infra l. 47,* cum *l. 31*): CIC. dom. 20 cum illis possum ... aliquid -are. p. red. ad Quir. 5 quorsum ... haec -o? (de orat. 1, 117 neque haec in eam sententiam -o. 2, 138. rep. 1, 53 haec fere ... et quaedam eiusdem generis ab iis ... -ari solent. ac. 2, 87 tractantur ista ingeniose, -antur etiam eleganter. off. 1, 128. Q. CIC. pet. 49 qui haec in hac populari parte petitionis -em. SEN. epist. 113, 26 haec -amus attractis superciliis? [*cf. p 1446, 54*]). de orat. 3, 54 omnia quaesita, audita, lecta, -ata, tractata, agitata esse debent (*cf.* Tusc. 2, 11 a quibus *haec eadem* inventa, -ata, conscripta sunt. PLIN. epist. 4, 23, 1 te ... multum -are, multum audire, multum lectitare). Tusc. 5, 18 etsi alio loco -ata sunt (off. 1, 6). 5, 94 hoc loco multa ab Epicureis -antur (off. 1, 4 cum multa sint in philosophia et gravia et utilia accurate copioseque a philosophis -ata. Att. 4, 2, 4 multa secundum causam nostram -vit. 9, 10, 7 multa -as huic sententiae convenientia). nat. deor. frg. 1 non esse illa vulgo -anda. epist. 3, 8, 3 idque me arbitror Synnadis pro tribunali multis verbis -visse. Att. 11, 8, 1 quo minus id -es scribasque ad me quam saepissime. TAC. dial. 14 qui ista -atis. APVL. apol. 67 quinque ... res sunt, quas me oportet -are (CHAR. gramm. I 122, 3 ratio ... quam sub Euandri nomine -vimus. AVG. civ. 4, 1 quae primo volumine -ata sunt. 18, 1). ITIN. [Silv.] 47, 2 -ante ... episcopo singula et narrante. COD. Theod. 16, 5, 45 (*a. 408*) -are ea et asserere, quae *eqs.* *nota* CIC. Scaur. 1 neque hoc a me novum -atur. *sequitur obiect. et* de (*additur abl. instr. l. 55*): CIC. Cluent. 87 quid ego haec pluribus quasi de re obscura -o? Sull. 64 quid ego de hoc plura -em? (Phil. 1, 22). prov. 8 de provincia, quod agitur, id -o. Phil. 13, 32 nihil -o de iure belli (leg. 2, 41). fin. 1, 5 quae ... de bene beateque vivendo a Platone -ata sunt (epist. 7, 32, 2 APVL. Plat. 1, 6 *bis* PALLAD. 11, 14, 1 AVG. civ. 6, 11). CAES. Gall. 6, 14, 6 multa ... de sideribus atque eorum motu ... -ant *druides* QVINT. inst. 7, 1, 49 hoc in commune de iure omni -andum *est*. SPART. Hel. 2, 3 de Caesarum nomine in huius ... vita est aliquid -andum. LAMPR. Heliog. 8, 5 coegit ... scriptores nonnullos nefanda, immo potius inepta (*Peter*, impia *Egnatius, v. adn. crit.*) de eiusdem ... luxuria -are. AVG. civ. 13, 22 si forte de angelis aliud credibilius -ari potest. SVLP. SEV. dial. 1, 9, 1 de familiaritatibus virginum et monachorum ... quam vera, quam fortia -vit *Hieronymus*. *obiect. et* super (*cf. p. 1445, 39. 1447, 63*): POMER. 3, 10, 1 his ... super invidia -atis. *sequitur obiect. et acc. c. inf.: saepe apud* CIC., *ex. gr.* Scaur. 4 Socrates ... permulta -at hanc esse mortem, quam nos vitam putaremus. leg. 1, 36 nisi separatim hoc ipsum, natura esse ius, -arint. fin. 2, 108 quod vero a te -atum est, maiores esse voluptates et dolores animi quam corporis. Tusc. 4, 59 idne -es, paupertatem malum non esse, an *eqs.* AVG. civ. 15, 27 p. 118, 6 D. illud quod -ant, tantae magnitudinis arcam non potuisse compingi. *sequitur obiect. et enuntiat. interrog. obliq.*: AVG. civ. 12, 11 ne multa -em, quem ad modum ... vanitas refellatur.

c *sequitur* **de** *sim.* (*inde a* RHET. Her. *et* VARRONE *per totam latinitatem.* super *p. 1445, 39*, circa *p. 1445, 43*): **α** *de aliqua re* (*maxime in philosophia aut arte rhetorica*): RHET. Her. 1, 10, 16 quoniam de rerum inventione -andum est. 3, 23, 39 de prooemiis quaerendis -amus. VARRO ling. 10, 55 qui de omni natura -ant. CIC. de orat. 1, 49 si ... Aristoteles, si Theophrastus, si Carneades in rebus eis, de quibus -verunt, eloquentes ... fuerunt,

[*Lackenbacher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sint eae res, de quibus -ant, in aliis quibusdam studiis. 1, 82 pro se quisque ut poterat de officio et de ratione oratoris -bat. 2, 21 de maximis rebus et gravissimis -antem philosophum. Brut. 31 in qua (*philosophia*) de bonis rebus et malis deque hominum vita et moribus -atur. orat. 10 quicquid est ... de quo ratione et via (*v. p. 1448, 59*) -etur (de orat. 1, 209 rep. 1, 38 off. 1, 7). leg. 3, 47 satis iam -atum est de magistratibus. fin. 1, 66 tribus ... modis video esse a nostris de amicitia -atum. Tusc. 3, 77 si quid sit de ipsius, qui maereat, *condicione vitae* -andum. 4, 9 Chrysippus et Stoici... de animi perturbationibus -ant. 5,1 est a nobis de ea re, quam tu... probas, -atum. nat. deor. 3, 17 -bimus de providentia deorum. div. 2, 120 tam licet de his erroribus ... quam de somniis -are. off. 3, 7 *Panaetius* de officiis accuratissime -vit. NEP. Epam. 3, 3 in quo *circulo* aut de re publica -retur aut de philosophia sermo haberetur. VITR. 6 praef. 1 de philosophia -ans *Aristippus*. VAL. MAX. 8, 12 ext. 3 de crure ... -are. SEN. dial. 1, 3, 12 de morte -vit *Socrates* usque ad ipsam. epist. 49, 12 de iustitia mihi, de pietate -a, de frugalitate, de pudicitia utraque. COLVM. 3, 18, 3 cum de summa parte sarmenti -rem (*cf.* 5, 11, 12. 9, 1, 5. 12, 2, 1. arb. 3, 7. 26, 9). MIN. FEL. 8, 3 Abderiten Protagoram ... consulte potius quam profane de divinitate -antem. 19, 4 sit Thales Milesius omnium primus, qui primus omnium de caelestibus -vit. TERT. anim. 13 ipsi ... philosophi ipsique medici quamvis de animo ... -uri. AVG. civ. 10, 14 de providentia ... Plotinus Platonicus -at. *de rebus ab oratore causam agente -atis* (*additur abl. instr. l. 27*): RHET. Her. 2, 28, 45 alteram rem efferre, de re altera mentionem non facere aut neglegentius -are. CIC. Verr. 2, 148 de ... impudentia pluribus verbis -are. Cluent. 89 de his singulis -o iudiciis. Flacc. 94. orat. 26 de legibus -at *Demosthenes*. SEN. contr. 7, 6, 13 de facto servi ... -vit *Latro*. *de rebus ecclesiasticis et dogmaticis*: HIER. epist. 29, 1, 3 licet de scripturis sanctis -anti non tam necessaria sint verba quam sensus (36, 14, 2). 49, 14, 4 vides ... non de coniugibus nos exponere, sed de coitu simpliciter -are. 49, 15, 1 de ecclesiasticis dogmatibus -arunt. 50, 5, 4 non aeque inter fusa et calathos puellarum et inter eruditos viros de divinae legis dogmatibus -ari. VVLG. act. 24, 25 -ante (διαλεγομένου) ... illo de (περὶ) iustitia et castitate et de iudicio futuro. AVG. civ. 11, 1 de duarum civitatum ... exortu et excursu et debitis finibus, quantum valuero, -are ... aggrediar. 11, 34 de duabus ... societatibus angelorum ... quantum satis esse visum est, -vimus. super (*cf. p. 1444, 67. 1447, 63*): TERT. patient. 1 p. 1, 16 -are super eo. HIER. vir. ill. 65 super διαφωνίᾳ ... plenissime -at *Iulius Africanus*. VVLG. III reg. 4, 33 et -vit super lignis a cedro ... usque ad hyssopum ... et disseruit de *eqs.* circa: QVINT. inst. 1, 5, 34 circa hoc ... -atum est. *additur, quo libro vel quo libri loco disputetur* (*cf. p. 1444, 8. 9. 36. 41. 50. 62. infra l. 62. 68. p. 1446, 8. 10. 1447, 38. 1449, 38*). *abl.*: CIC. off. 2, 87 de *utilitate* hoc libro -atum est (3, 14 COLVM. 7, 5, 1). ad Brut. 1, 15, 3 tanta de re ... hoc loco -are. VITR. 4 praef. 1 secundo *volumine* de copiis materiae ... -vi. SEN. contr. 2, 5, 13 in ultima parte controversiae, qua de re publica -atur. PALLAD. 11, 4 de *vitibus* satis mense Februario -vi. BOETH. mus. 1, 2 p. 189 de hac ... instrumentorum musica primo hoc opere -andum videtur. in *c. abl.*: CIC. off. 2, 60 de hoc genere toto in iis libris, quos de re publica scripsi, diligenter est -atum (AVG. civ. 14, 11 p. 29, 11 D. satis quantum potui. 15, 12 p. 80, 1 sicut potui. 20, 1 tit. *ibid.* p. 407, 1. 20, 3 tit. 22, 2 p. 555, 20 BOETH. mus. 2, 8 p. 234 CASSIOD. in psalm. 50 pr.). PORPH. Hor. epist. 2, 2, 215 mire in fine operis de fine -at vitae. LAMPR. Comm. 1, 1 de ... parentibus in vita Marci Antonini satis est -atum. HIER. epist. 36, 1, 4 Origenes in quarto Pauli ad Romanos ἐξηγητικῶν tomo de circumcisione magnifice -vit. 48, 2, 3 περικοπήν, in qua de virginitate ... -at. 49, 5, 2 in consequentibus de coniugio -antes. 49, 19, 5 Pythagoram et Archytam Tarentinum et Publium Scipionem in sexto τῆς πολιτείας de impari numero ... -antes. 59, 2, 2 in secundo volumine contra Iovinianum super hoc capitulo -asse me novi (AVG. civ. 19, 28. 20, 13 p. 438, 22 D.). epist. 61, 2, 4. BOETH. mus. 2, 14 p. 243 de his ... diligentius in arithmeticis -atum est. *adde*: HIER. epist. 55, 3, 1 de ... apostoli epistula, ubi de resurrectione -ans *eqs.* (AVG. civ. 1, 22). AVG. civ. 19, 19 unde iam superius -vimus. 22, 26 hinc in libro memorato, quantum oportuit, -vi. *sequitur praep. et acc. c. inf.*: CIC. Tusc. 2, 61 *Posidonium* graviter et copiose de hoc ipso, nihil esse bonum, nisi quod esset honestum, cubantem -visse. *sequitur praep. et enuntiat. interrog. obliq.*: VITR. 2, 1, 8 in primo *volumine* de artis officio, in hoc de naturalibus materiae rebus, quem habeant usum, -bo. SEN. benef. 2, 20, 1 -ari de M. Bruto solet, an *eqs.* nat. 6, 24, 1 CAPITOL. Ver. 9, 9 HIER. epist. 18B, 4, 1. β de *aliquo*: CIC. Sull. 82 neque ego praecipue de consularibus -o. de orat. 3, 83 cum de oratore -em (3, 85). HIER. epist. 21, 28, 1 de persona iunioris filii -atum est. 22, 28, 1 -are de feminis. 22, 36, 1 paene superflue de monachis -vi. AVG. civ. 6, 2 p. 247, 16 D. de hoc uno (*sc. Varrone*) ... -urus *Cicero*. SVLP. SEV. dial. 1, 8, 5.

d *sequitur acc. c. inf.*: CIC. dom. 19 ita -ant, se ... delaturos. Rab. Post. 16 ita -bant eos teneri legibus oportere. de orat. 1, 90 ut ... -ret nullam artem esse dicendi. fin. 4, 73 Tusc. 5, 111 nat. deor. 1, 31. 40. 3, 73 *adulescens in Caecili Synephebis* facilem et liberalem patrem incommodum esse amanti filio -at (*sequuntur versus, cf. p. 1443, 78*). div. 1, 99 quod quidem somnium Sisenna cum -visset mirifice ... cum re convenisse, tum insolenter ... -at somniis credi non oportere. off. 2, 35. epist. 5, 2, 1 in senatu cum -rem permultos esse. APVL. apol. 91 TERT. resurr. 52 LAMPR. Alex. 62, 3 TYCON. 2 p. 11, 14 apostolus ... copiose ita -at, maxime ad Romanos, in parte accipiendum, quicquid de toto corpore dictum est. SCHOL. Cic. Bob. p. 130, 34 St. *Φαίδων*, ubi copiosissime moriturus -at Socrates non illum interitum sui, sed animae potius esse discessum. AVG. civ. 4, 27 *al.* retract. 1, 13, 1 de vera religione librum scripsi, in quo multipliciter et copiosissime -atur unum verum deum ... religione vera colendum et quanta misericordia eius ... concessa sit hominibus Christiana religio.

e *sequitur enuntiat. interrog. obliq.*: CIC. Sest. 65 non -o, cuiusmodi civis. prov. 41 omnia ... repudiavi: quam sapienter, non -o. de orat. 2, 233. 3, 48. 75 orat. 101 leg. 3, 13 fin. 3, 18. 4, 28 Tusc. 5, 92 off. 2, 74. 3, 120. epist. 6, 6, 12 -rem etiam, quanto solacio tibi conscientia tui facti, quantae delectationi (*syn.* commemorarem *et* exponerem). 16, 12, 2 CELS. 1 praef. p. 12, 8 D. QVINT. decl. 344 p. 259, 1 APVL. apol. 55 flor. 9 p. 31 CAPITOL. Aur. 5, 4 HIER. epist. 65, 4, 4 AVG. civ. 1, 15 p. 27, 4 D. 10, 29 p. 450, 15. 21, 1.

f *sequitur* ut *vel* quod: PSALT. Rom. 63, 6 -erunt, ut absconderent laqueos (διηγήσαντο τοῦ, VVLG. narraverunt, ut). FILASTR. 121, 1 -antes, quod Graeci coeperint.

2 ***speciatim*** (*cf. ea, quae p. 1440, 33 sqq. monuimus*):

a *fere i. q. -ando excutere, perscrutari* (*acc. infra l. 26. 33. 44*): CIC. de orat. 1, 22 re quaesita et multum -ata (*sic saepissime coniungitur* quaerere). 3, 114. part. 66 in hoc eodem genere, in quo quale sit quaeritur, exoritur aliud quoddam -andi genus (*cf.* 65). top. 36 multa ... in -ando notatione eliciuntur ex verbo. rep. 2, 21 te ... ingressum ratione ad -andum nova. leg. 1, 36 qui in -ando non tuum iudicium sequare. 3, 13 ut a doctissimis Graeciae quaesitum et -atum est. fin. 3, 1 -andi severitas. ac. 2, 9 quibus de rebus et alias saepe nobis multa quaesita et -ata sunt et quondam in Hortensii villa. nat. deor. 1, 43 πρόληψιν ... sine qua nec intellegi quicquam nec quaeri nec -ari potest (*cf.* ac. 2, 21. *Sext. Emp. adv. math. 1, 57* οὔτε ζητεῖν οὔτε ἀπορεῖν ἔστι). phil. frg. V 39 non philosophi quidem, sed prompti tamen ad -andum. VITR. 1, 1, 16 ceterisque omnibus doctrinis multae res vel omnes communes sunt dumtaxat ad -andum. operum vero ingressus ... ipsorum sunt, qui proprie una arte ad faciendum sunt instituti (QVINT. inst. 3, 5, 11 hi thesin a causa sic distinguunt, ut illa sit spectativae partis, haec activae: illic enim veritatis tantum gratia -ari, hic negotium agi). SEN. benef. 4, 2, 3. TERT. anim. 2 p. 302, 17 late quaeruntur incerta, latius -antur praesumpta. AVG. c. acad. 1, 3, 8 quos ad -andum non inveniendi veri cupiditas, sed ingenii puerilis iactantia impellit. *ibid.* in comparatione recti verique inveniendi contemnitur a -ante victoria. pecc. mer. 1, 35, 65. 2, 11, 25 turpe esse -antibus in verborum quaestione immorari, cum certamen nullum de rebus remanserit. 2, 36, 59. civ. 2, 21 p. 81, 9 D. quanta sit in -ando definitionis utilitas. LEX Rom. Visig. 2, 8, 3 nec -ari potest, si de diversis matribus nascantur, qui uno patre geniti sunt (*cf.* GAIVS inst. 3, 10 nec requiritur, an etiam matrem eandem habuerint). NICET. fid. 1. *haec significatio cum vi verbi* philosophandi *propinquitate quadam coniuncta est, cf.* HIER. epist. 50, 3, 2 adducto supercilio (*cf. p. 1444, 37*) de sacris ... litteris philosophari, *ubi alii codices* -are *exhibent.*

b *fere i. q. argumentis adhibitis tractare* (*huc eos locos rettuli, quibus* -are *cum verbo* argumentandi *coniunctum legitur*): CIC. Verr. 3, 119 de quo crimine quid ego -em? ... quid porro argumenter? Scaur. 14 dedisti mihi ... quod diluerem, in quo argumentarer, de quo -rem. Mil. 44 quid ego argumentor, quid plura -o? fin. 1, 31 et argumentandum et accurate disserendum et rationibus conquisitis de voluptate et dolore -andum putant. QVINT. inst. 11, 3, 95 *digitus index* aptus ad -andum est. acrius tamen argumentari videntur, qui *eqs.*

c *i. q. exponendo docere* (de *l. 75. 77 al., acc. p. 1447, 1. 3. 11, acc. c. inf. l. 81, enunt. interrog. obliq. p. 1447, 1*): *in iudicio*: CIC. Scaur. 17 non potero equidem -are. 19 cum singulis *testibus* -em? ... quae potest eloquentia -ando ignoti hominis impudentiam confutare? part. 47 vitare ... similitudinem poterimus, ... si non omnia -ando confirmabimus breviterque interdum, quae erunt satis aperta, ponemus. epist. 1, 9, 20 cum me -antem, non lacessentem laesisset *Crassus*. ad Q. fr. 1, 1, 21 (*inter virtutes a praetore adhibendas*) facilitas in audiendo, lenitas in decernendo, in satis faciendo ac -ando diligentia. SEN. apocol. 9, 1 sententiam dicere nec -are. 14, 3 de genere poenae diu -atum est, quid illum pati oporteret. QVINT. inst. 7, 3, 13 de his -atur, non litigatur. HIL. ad Const. 1, 5 idoneis testibus etiam convincuntur, qui eos magis oblatrantes quam -antes audierunt. AVG. c. Faust. 13, 12 non ... -are amant haeretici, sed quoquo modo superare impudentissima pervicacia. *in scholis*: CIC. p. red. in sen. 14 habet ... magistros ... eos, qui -ent horam nullam vacuam voluptate esse debere. de orat. 2, 10 qui de dicendi ratione -arunt. 2, 365. leg. 2, 4 *Athenae* delectant ... recordatione summorum virorum, ubi quisque habitare, ubi sedere, ubi -are sit

[*Lackenbacher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

solitus. fin. 5, 2. div. 1, 109 si nihil queam -are, quam ob rem quidque fiat, et tantum modo fieri ea . . . doceam. NEP. frg. 46 opus esse magistros vivendi . . . plerisque, qui in ea (*philosophia*) -anda versantur. SEN. epist. 76, 1 in scholam eo et ab octava -antem *philosophum* audio. 94, 9 irascendum non esse magister iracundissimus -at. TAC. dial. 31 in quibus *artibus* de bonis et malis, de honesto et turpi, de iusto et iniusto -atur. SVET. gramm. 4 quendam Principem nomine alternis diebus declamare, alternis -are, nonnullis vero mane disserere, post meridiem remoto pulpito declamare solitum. Tib. 32, 2 Diogenes grammaticus -are sabbatis Rhodi solitus. TERT. praescr. 14 qui per fallaciam veniunt, qualem fidem -ant? PORPH. Hor. sat. 2, 3, 254 audisse fertur *Polemon* e proximo Xenocratis vocem -antis. COMM. apol. 172 -bat nemo de vita. AMBR. Hel. 12, 45 philosophi auditorium -antis. HIER. epist. 52, 7, 2 delicatus magister est, qui pleno ventre de ieiuniis -at. 58, 2, 3. VVLG. act. 19, 9 segregavit discipulos quotidie -ans (διαλεγόμενος) in schola Tyranni cuiusdam. AVG. civ. 8, 12 *Aristoteles* deambulans -are consueverat. PS. AVG. c. Felician. 3 in rebus . . . incomprehensibilibus exempla non suppetunt -anti.

d *i. q. de re ambigua colloqui, colloquio aliquid excutere (spectant nonnulla exempla ad f). v.* GLOSS. *p. 1443, 10*:
α absolute: CIC. leg. 1, 16 nullo in genere -ando posse ita (*Vahlen*, honesta *codd.*) patefieri. parad. 23 Socrates -bat isto modo (ac. 1, 15 Tusc. 5, 11 SEN. dial. 10, 14, 2 epist. 24, 4 HIER. epist. 60, 4, 2 AVG. civ. 14, 8 p. 20, 1 D. *cf.* CIC. Tusc. 5, 11). Att. 4, 16, 3 adest in -ando senex (*Cephalus in Plat. rep. 1*). CAEL. Cic. epist. 8, 4, 4 in -ando coiecit illam vocem Cn. Pompeius (*cf.* PAVL. dig. 28, 2, 19). VITR. 5, 11, 2 in quibus *exedris* philosophi rhetores reliquique, qui studiis delectantur, sedentes -are possint. AVR. Fronto p. 254, 11 N. AMM. 16, 5, 6 per omnia philosophiae membra prudenter -ando currebat *Iulianus*. *additur* de: CIC. part. 70 de primo primum . . . -emus. Tusc. 2, 13 dic, . . . de quo -ari velis (4, 8. 5, 11). VITR. 8, 3, 25 cotidiano convictu necesse fuerat de philologia -are. VAL. MAX. 8, 7 ext. 14 Solon . . . assidentibus amicis et quadam de re sermonem inter se conferentibus . . . caput erexit interrogatusque, quapropter id fecisset, respondit 'ut, cum istud, quidquid est, de quo -atis, percepero, moriar'. *fere i. q. munere colloquentis in libris scriptis fungi (cf. infra l. 52)*: CIC. ac. 2, 7 qui in nostris libris -ent. Lael. 4. Att. 4, 16, 2 non mentio potuit fieri cuiusquam ab iis, qui -ant. AVG. civ. 2, 9. *additur* de: AVG. civ. 2, 21 *bis*.

β additur cum *vel* inter (*v. etiam p. 1443, 26. 1446, 68. 1449, 39*): (I) *absolute*: cum: PLAVT. Rud. 718 cum istoc . . . -a (*syn.* 717 fabulari. 719 agere). CIC. Pis. 38 ut cum fure, . . . ut cum sicario -bo. Scaur. 19 cum singulis *testibus* -em? inv. 1, 53 quicum -bat *Socrates*. ac. 2, 11 cum quo (*Heraclito Tyrio*) Antiochum saepe -antem audiebam, sed utrumque leniter. nat. deor. 1, 15 VAL. MAX. 8, 7 ext. 5 ITALA exod. 6, 27 (Lugd.) qui -ant cum Pharaone (οἱ διαλεγόμενοι, VVLG. qui loquuntur ad). VVLG. Ier. 12, 1 act. 9, 29 (συνεζήτει). 17, 17 (διελέγετο). 18, 19. 20, 7. 24, 12. AVG. civ. 18, 10. 21, 17 cum misericordibus nostris agendum esse video et pacifice -andum. epist. 82, 2. *nota*: PAVL. MED. vita Ambr. 25 cum quo . . . per interpretem (*cf. l. 69*) -verunt. MART. CAP. 4, 393. inter: CIC. Att. 13, 19, 3 si Cottam et Varronem fecissem inter se -antes. *cf.* ITALA Marc. 9, 33 (cod. k) -bant . . . ad invicem in via (πρὸς ἀλλήλους . . . διελέχθησαν, VVLG. inter se -verant). (II) *additur obiectum*: CIC. Manil. 66 libenter haec coram cum Q. Catulo et Q. Hortensio -rem. Tusc. 3, 6. Tim. 1 multa sunt a nobis . . . saepe ⟨cum⟩ P. Nigidio Carneadeo more et modo -ata. Att. 2, 15, 2. (III) *additur* de *vel* super: cum: CIC. leg. agr. 2, 78 coram mecum de agri Campani divisione -et. leg. 1, 14 fin. 4, 44. VITR. 9 praef. 17 plures . . . cum Lucretio videbuntur velut coram de rerum natura -are, de arte vero rhetorica cum Cicerone, multi posterorum cum Varrone conferent sermonem de lingua latina. AMM. 25, 3, 23 ipse cum Maximo et Prisco philosophis super animorum sublimitate perplexius -ans. inter: CIC. de orat. 2, 108 inter doctos homines de iis ipsis rebus . . . -atur.

γ additur dativus ex usu Graeco: ITALA act. 20, 7 (cod. g) Paulus -bat illis (διελέγετο αὐτοῖς, VVLG. cum eis [eis *Amiat. Fuld.*]). AMBR. bon. mort. 5, 18 AVG. c. Cresc. 1, 12, 15. 4, 66, 82. CASSIAN. conl. 16, 1 ut vel nobis vel his . . . non ut ceteri per interpretem (*cf. l. 51*), sed per semet ipsum elegantissime -ret. inst. 5, 31. *cf. p. 1449, 73.* *huc referendum censeo* COMM. instr. 1, 21, 4 tu tibi de illis ipsi -are deberes.

e *i. q. dicere, loqui, (multa) verba facere* (de: *p. 1448, 3 sqq. nota* in *aliqua re: p. 1448, 13*): *α sensu latiore*: (I) *absolute*: CIC. S. Rosc. 106 non . . . ego ita -bo (*sequitur oratio directa; item* OPTAT. 4, 4 p. 106, 22 quomodo -as: 'quaere pacem?'). CIC. Pis. 65 ut tu -as (*cf.* OPTAT. 7, 4 p. 176, 10 AVG. civ. 4, 30 p. 185, 7 D.). Rab. Post. 17 ita enim -bant (*orationi directae interpositum*). Phil. 7, 3 nonne sic -ant? (fin. 5, 72 div. 2, 89). rep. 3, 47 errore quodam fallimur ita -ando. fin. 2, 17 rhetorice . . . nos mavis quam dialectice -are? . . . obsequar . . . voluntati tuae dicamque . . . rhetorice. SEN. epist. 75, 2 MIN. FEL. 16, 6 OPTAT. 7, 5 p. 178, 5 a quibusdam sociis tuis aliter -atur, ut dicant *eqs.* (II) *c. obiecto*: CIC. Caecin. 68 hoc qui -ant, si id dicunt, . . . non hoc debent dicere. Pis. 59 dices enim: . . . (*oratione directa absoluta pergitur*) non facies fidem scilicet, cum haec -bis. Mil. 7 in qua tandem urbe hoc homines stultissimi -ant? Tusc. 3, 71. AVG. civ. 9, 15 quod multo credibilius et probabilius -atur. SVLP. SEV. dial. 1, 6, 2 catholice -ata. (III) *sequitur* de: CIC. prov. 8 nihil dico . . . in hominem ipsum: de provincia -o, . . . nihil de hac . . . audacia loquor, nihil de superbia . . . -o. de orat. 1, 50 eisdem de rebus ieiune quosdam et exiliter . . . -visse. 1, 57 de quibus illi tenui quodam exsanguique sermone -ant. ac. 1, 5 qui nulla arte adhibita de rebus . . . vulgari sermone -ant. HIER. epist. 52, 15, 1. (IV) *sequitur acc. c. inf.*: CIC. Verr. 6, 100 dicere omnes et palam -are minime esse mirandum *eqs.* OPTAT. 5, 1 p. 120, 9 sic . . . -asti, duas aquas esse.

β sensu strictiore: (I) *fere i. q. cum reprehensione verba facere*: TER. Andr. 15 id isti vituperant factum atque in eo -ant contaminari non decere fabulas (DON. immorantur, calumniantur, argumentantur). CIC. Brut. 188 quid habes quod -es? Att. 9, 1, 3 multa . . . mihi (in me *Aldus*) et severe . . . -ari. VITR. 2, 1, 8 si qui de ordine huius libri -are voluerit. SEN. contr. 4 praef. 3 -bat *Asinius* de illa parte, quam Marcellus dixerat: praetermissa ostendebat, tacta leviter implebat, vitiosa coarguebat. SEN. dial. 7, 19, 2 de alterius vita, de alterius morte -atis et ad nomen magnorum . . . virorum . . . latratis. (II) *fere i. q. declamare*: SEN. contr. 7, 3, 10 quasdam dixit inter -andum sententias *Cassius Severus*. 10 praef. 15 Latro numquam solebat -are in convivio aut alio quam quo declamare poterat tempore.

f *i. q. dialectica arte disserere* (*cf.* QVINT. inst. 2, 21, 13 cum sit dialectices materia, de rebus subiectis -are. AVG. civ. 8, 7 sollertiam -andi, quam dialecticam nominant *Stoici*. BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 2 p. 139 logicae peritia disciplinae, quae -andi modos atque ipsas ratiocinationes internoscendi vias parat. *additur* de *l. 26. p. 1449, 2, cum infra l. 81*): CIC. de orat. 1, 84 mos erat patrius Academiae adversari semper omnibus in -ando. 1, 93 me . . . perfacilem in audiendo, te perpugnacem in -ando (*cf.* part. 81 imitatur illam -andi prudentiam concertatio captatioque verborum. fin. 1, 27 iracundiae, contentiones concertationesque in -ando pertinaces. 1, 28 neque . . . -ari sine reprehensione nec cum iracundia aut pertinacia recte -ari potest. 2, 12 etsi satis clemens sum in -ando, tamen interdum soleo subirasci. ac. 2, 98 tortuosum genus -andi. HIER. epist. 50, 4, 2 in -ando nodosus et tenax). Brut. 31 *Socrates* subtilitate quadam -andi refellere *sophistarum* instituta solebat (Tusc. 3, 56 nat. deor. 2, 98 div. 1, 110. *cf.* Brut. 89 *oratoris laus* subtiliter -andi ad docendum [parad. 10 ac. 2, 30 VAL. MAX. 9, 14 pr. AVG. contin. 6, 16 civ. 12, 21 p. 548, 8 D. *cf. Hendrickson, American journal of philol. 26, 263*]). orat. 113 -andi ratio et loquendi dialecticorum sit, oratorum autem dicendi et ornandi (*cf. Hendrickson l. c.; item opp.* dicere *sim.*: Brut. 117 *Tubero* fuit mediocris in dicendo, doctissimus in -ando. 118 *Stoici* traducti a -ando ad dicendum inopes. off. 1, 3 nemini video Graecorum adhuc contigisse, ut idem utroque in genere elaboraret sequereturque et illud forense dicendi et hoc quietum -andi genus, nisi forte Demetrius Phalereus in hoc numero haberi potest. SVLP. SEV. chron. 2, 46, 3 Priscillianus . . . disserendi ac -andi promptissimus). part. 78 *virtutum* altera, quae sint in -ando vera atque falsa, . . . distinguit et iudicat, quae virtus omnis in ratione scientiaque -andi sita est, altera autem oratoria (*v. l. 43. infra l. 68* IVLIAN. dig. 9, 2, 51, 2). part. 79 nihil est enim aliud eloquentia nisi copiose loquens sapientia; quae ex eodem hausta genere, quo illa quae in -ando, est uberior atque latior. fin. 2, 18 dum dialecticam . . . contemnit Epicurus, quae una continet omnem et percipiendi, quid in quaque re sit, scientiam et iudicandi, quale quidque sit, et ratione ac via (*v. p. 1445, 5*) -andi, ruit in dicendo (*cf.* BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 2 p. 138, 15 hoc . . . *Epicuro* atque aliis accidisse manifestum est, quoniam per imperitiam -andi quicquid ratiocinatione comprehenderant, hoc in res quoque ipsas evenire arbitrabantur. p. 139, 1 necesse erat eos falli, qui abiecta scientia -andi de rerum natura perquirerent. nisi enim prius ad scientiam venerit, quae ratiocinatio veram teneat -andi semitam, quae veri similem *eqs.*). fin. 4, 10 poterit . . . semper . . . esse in -ando suus. ac. 2, 114 -andi et intellegendi iudicium . . . et artificium. off. 2, 7 quae . . . esset ista mens vel quae vita potius non modo -andi, sed etiam vivendi ratione sublata (*item opp.* vivere: CIC. Mur. 62. SEN. epist. 95, 13 docemur . . . -are, non vivere. 108, 23 nos docent -are, non vivere . . . itaque quae philosophia fuit, facta philologia est). SEN. contr. 2 praef. 1 Fabianus philosophus, qui adulescens admodum tantae opinionis in declamando, quantae postea in -ando (SEN. epist. 40, 12 Fabianus -bat expedite magis quam concitate. *cf.* 7, 9 recitare istis . . . aut -are). SEN. epist. 45, 6 *vocum similitudinibus* nemo umquam, nisi dum -at, captus est. 64, 3 *philosophi* instituunt, -ant, cavillantur. QVINT. inst. 12, 2, 14. PLIN. epist. 1, 20, 6 in -ando incomprehensibilis et lubricus. SVET. gramm. 16 primus dicitur latine ex tempore -asse *Caecilius Epirota*. MIN. FEL. 14, 3. AVG. c. Cresc. 1, 35, 40 nec eloquentiam quantamlibet nec dialecticam qualemlibet metuendam esse assertoribus veritatis, quominus assertores falsitatis -ando cum eis et eos refellendo convincant. anim. 3, 14, 21 facultas . . . -andi (haer. 88). MART. CAP. 4, 422 si quaestio sit, utrum utilis sit ipsa dialectica, proponendum est: si bene -are utile est, utilis est bene -andi scientia; at bene -are utile est,

[Lackenbacher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

utilis est igitur dialectica. PRAEDEST. 1, 13 p. 591^B. *additur* in utramque partem *sim.*: CIC. de orat. 1, 158 -andum ... de omni re in contrarias partes. 3, 145 ancipites vias rationesque et pro omnibus et contra omnia -andi. nat. deor. 2, 168 in utramque partem vobis licet -are (off. 3, 89 epist. 11, 27, 8 CAES. civ. 1, 86, 3 SEN. epist. 88, 43 PLIN. epist 7, 27, 16. HIER. epist. 50, 2, 1 dicitur ... Carneadeum aliquid referens in utramque partem, hoc est pro iustitia et contra iustitiam -are).

I *proprie: de situ*: A *de separatione locali* (GLOSS. -et distat): 1 *generatim* (*non in oratione pedestri*): a *de locis*: VERG. Aen. 7, 370 omnem equidem sceptris terram quae libera nostris -et externam reor. PROP. 1, 12, 4 tam multa illa meo divisa est milia lecto, quantum Hypanis Veneto -et Eridano. SEN. Thy. 125 Isthmi ... regna Corinthii et portus geminos et mare -ens. CLAVD. 15, 159 quod Nilus et Atlas -et, ... hoc sibi transscripsit proprium. carm. min. 31, 56 Libycae -et ora plagae (*i. longe a nobis distat*). b *de homine*: SEN. Oed. 620 ab omni -et turba procul . . . Laius. 2 *speciatim in astronomia*: SEN. nat. 7, 12, 5 ista *sidera* nobis vicina videntur, ceterum intervallis ingentibus -ent. HYG. astr. 1, 8 terra mundi media regione collocata, omnibus partibus aequali -ens intervallo (3, 8 Cepheus . . . tanto -et intervallo a pedibus Arcti minoris, quantum .... 3, 10 brevi intervallo -ente. 3, 39. 4, 14 p. 118, 9 [discedente *codd., ut videtur*]).

B *de inaequalitate situs*: HOR. epist. 1, 1, 96 vel si toga -et impar (SCHOL. non aequalis sedet in umeris). QVINT. inst. 1, 11, 10 *vidi supercilia* aliorum etiam -entia, cum alterum in verticem tenderet, altero paene oculus ipse premeretur (11, 3, 79 vitium in superciliis, si ... inaequalitate ... -ent). 1, 11, 16 ne caput oculique ab alia corporis inclinatione -eant (*cf. etiam* 11, 3, 165 ubi non -ens a voce permittitur gestus quoque).

II *translate*: *i. q. discrepare*: A *de studio vel affectibus animi* (GLOSS. -et discordat): 1 *generatim*: CIC. fin. 1, 44 *cupiditates* inter se -ent atque discordant. 1, 58 animus (*cf. l. 43. 52*) a se ipse (*cf. l. 56. p. 1467, 80*) -ens secumque discordans. VAL. MAX. 4, 2, 1 privatis inimicitiis. 4, 2, 2 -ente animo (*sc. a collega*). 4, 2, 3 odio -entes. PHAEDR. 1, 30, 1 humiles laborant, ubi potentes -ent (*ad 2?*). 3, 10, 56 ambitio namque -ens (*i. sibi ipsa repugnans*) mortalium aut gratiae subscribit aut odio suo. SEN. contr. 1, 1 them. duo fratres inter se -bant (*cf.* SEN. benef. 5, 20, 1 QVINT. decl. 328 p. 287, 3 [*cf. etiam* 321 p. 261, 20] GELL. 2, 12, 5). 10, 2, 1 -emus, quia nimium similes sumus. SEN. benef. 1, 10, 3 vitia . . . inter se -entia tumultuantur (*cf.* dial. 7, 8, 6 -ent vitia [*opp. virtutum* consensus atque unitas]. epist. 56, 5 avaritia luxuriaque). epist. 18, 2 ne -ere videremur cum publicis moribus. PETRON. 100, 2 fraudavique animum -entem (*cf. Büch. in ed. mai.*). CYPR. domin. orat. 23 sic nec sacrificium deus recipit -entis et ab altari revertentem prius fratri reconciliari iubet. 24 discordans et -ens et pacem cum fratre non habens. PS. CATO dist. 1, 4 conveniet nulli, qui secum -et ipse. PANEG. 6 (7), 13, 4 familias. HIL. in Matth. 10, 12 familiam inter se eiusdem modi -ere. 10, 24 a patris et matris affectionibus -emus. AMM. 15, 5, 8 -ens a mandatis, quae proficiscenti sunt data. AVSON. 362, 35 -et ambiguis semper mens obvia votis (*v. supra l. 41*). CASSIOD. in psalm. 118, 158 pactum est inter -entes affectu gratiae definita condicio (*cf.* NICET. appell. 3, 15 pax dicitur *Christus*, quia -entes in unum collegit). *apud astrologos de universa naturae contrarietate, speciatim de sideribus*: MANIL. 2, 418 brumae -et aestas (*syn.* repugnat). 2, 606 utque sibi caelum (*cf. quae antecedunt* 2, 469 *sqq.*), sic tellus -et ipsi (*Bentley*, ipsa *codd.*) atque hominum gentes inimica sorte feruntur. PS. CENS. frg. 3, 8 (= SCHOL. Germ. Sang. p. 223, 12) cetera signa zodiaci -ent (*opp.* habent maximam consensionem).

2 *speciatim: in vita publica* (*de discordiis civilibus, factionibus, seditionibus, bellis sim.*): GLOSS. διχοστατῶ. L. CRASS. or. frg. Cic. de orat. 2, 170 semper a bonis -isti (-sensisti *codd. integri*). CIC. Verr. 6, 182 *homines nobiles* quasi natura et genere diiuncti sint, ita -ent a nobis animo ac voluntate. Font. 6 turbulentissimo rei publicae tempore, cum . . . maximi exercitus . . . -rent †iudiciis ac legibus. leg. agr. 2, 91 non contentione, non ambitione discordes *Capuani*. nihil enim supererat, de quo certarent ... nihil, ubi -rent. Sest. 104 ut popularis cupiditas a consilio principum -ret (*syn.* dissentire). 130 qui ab hac . . . voluntate bonorum . . . -ret. prov. 41 a vestris (*patrum*) sanctissimis mentibus -ere. Balb. 30 nullam esse gentem ... tam -entem a populo Romano odio quodam atque discidio (*opp.* fide benevolentiaque coniunctam). har. resp. 54 cum Octavio collega Cinna -edit. 55 -ent principes. Pis. 3 -entibus consulibus. 81 ne tum quidem *me odisse potuit Caesar*, cum -bamus. leg. 3, 35 a ... nobili homine ... sed ... -ente a bonis. rep. 1, 31 senatus alteram par-

[*Fraenkel*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tem -entem a vobis. Marcell. 30 diversae voluntates civium fuerunt distractaeque sententiae; non enim consiliis solum et studiis, sed armis etiam et castris -bamus (GLOSS. *ad h. l.* διχοστατῶ). Brut. 223 *Q. Caepio*, nimis equestri ordini deditus, a senatu. Lael. 2 cum is ... capitali odio (*cf. p. 1466, 80. infra l. 17. 20. 46*) a Q. Pompeio ... -ret. Phil. 11, 15 me non cum homine solere, sed cum causa -ere. 12, 27 gravissime -entibus (dissent- *al.*) civibus. 13, 8 voluntate a re publica -ere. Att. 1, 13, 2 *consules* leviter inter se -ent. 7, 6, 2 me in tantis rebus a Pompeio -ere. SALL. hist. frg. 4, 37 -ere inter se coepere. NEP. Dion 8, 2 quod inimici⟨s⟩ eius -entes (*i.* οἱ στασιάζοντες, -is *fere codd.*) suos sensus aperturi forent. Hann. 10, 2 -bat ab eo (*sc. Prusia*) ... Eumenes ... bellumque inter eos gerebatur. HOR. carm. 3, 8, 20 Medus infestus sibi luctuosis -et armis. LIV. 38, 32, 6 qui, -entes in publica re (*B*, re publica *vulg.*), tum quoque minime inter se convenientes orationes habuerunt. PAVL. FEST. p. 231 -ente plebe a patribus. VAL. MAX. 1, 6, 10 armis cum collega suo -ens Cinna. 2, 9, 6. 3, 7, 7 a quo in administratione rei publicae ad multum odium -bat (3, 8 ext. 1 acerrimo studio secum in administratione rei publicae -entem). 5, 1, 3. 7, 2, 6 inimicitiis acerrime inter se -entes. 7, 6, 4. 9, 3, 3 quanto inter se odio Karthago et Roma -rent. PHAEDR. 1, 30, 1 *v. p. 1466, 44.* STAT. Theb. 1, 170 iam murmura serpunt plebis Echioniae tacitumque a principe vulgus -et. FRONTIN. strat. 2, 5, 18 qui -bant (*sc. milites seditiosi*). TAC. ann. 1, 46 -eat interim miles. 1, 55 spes incesserat -ere hostem in Arminium ac Segestem. SVET. Tib. 37, 2 caede in theatro per discordiam admissa capita factionum et histriones, propter quos -batur, relegavit. FLOR. epit. 1, 23, 2 -isse quondam humanos ... artus. 3, 5, 30 -entibus de regno fratribus. 3, 17, 5 sic urbe in una quasi in binis castris -batur. AMPEL. 19, 1. APVL. Socr. 17 p. 158 columina ... exercitus -ent, Agamemnon ... et Achilles. TREB. Gall. 14, 6. ARNOB. nat. 7, 12 hostilibus ... armis. VIR. ill. 76, 2 bello sociali -entibus Romanis. HIL. c. Const. 23 tuis ipsis -es et adversus tuos hostis rebellas. AMM. 25, 5, 8 Iovianorum signifer ... cum novo -ens principe. 30, 4, 20 inter se hostiliter. HIER. epist. 18^{A}, 4, 4 Iudaeos inter se -entes (*cf.* act. 28, 25 ἀσύμφωνοι δὲ ὄντες πρὸς ἀλλήλους. VVLG. cumque invicem non essent consentientes). in Is. 19, 25/26 p. 299 *populi* contra se hostiliter. RVFIN. Orig. in gen. 14, 3 p. 238 non semper pacem habet cum Isaac, sed aliquando -et, aliquando pacem requirit (*cf. ibid.* neque in dissensione semper potest esse). CLAVD. 15, 237. PAVL. MED. vita Ambr. 6 turbulentissime. OROS. hist. 5, 1, 14 -bat diversitas potestatum. MARCELL. auct. chron. II p. 104, 536, 2. *de animalium quoque inimicitiis proeliisque*: COLVM. 9, 9, 6 *de apibus*: pugna ... vel unius inter se -entis vel duorum examinum discordantium (*ibid.* -entes reges). PLIN. nat. 8, 91 *animalia* sciunt ... hostium adversa, norunt sua tela, norunt occasiones partesque -entium imbelles. 10, 203 -ent olores et aquilae *eqs.* 10, 206. *de arboribus*: PLIN. nat. 24, 1 quercus et olea tam pertinaci odio -ent.

B *iudicio, ratione, sententiis sim.* (*imprimis de variis philosophorum sectis atque doctrinis*): CIC. leg. 1, 53 *Zeno et Academia* de re una solum -ent, de ceteris mirifice congruunt. ac. 1, 34 *Strato* in ea ipsa (*investigatione naturae*) plurimum -edit a suis. 2, 132 de qua (*definitione summi boni*) qui -ent, de omni vitae ratione -ent. 2, 143 inter se. *ibid.* cum Cleanthe ... multis rebus Chrysippus. *ibid. ille* et *ille* multis in rebus. fin. 3, 41 sententias ... philosophorum re inter se magis quam verbis -ere. 4, 2 non verbis Stoicos a Peripateticis, sed universa re et tota sententia (*abs.* leg. 1, 54 fat. 44). 4, 3. 4, 72 videsne ... Zenonem ... cum Aristone verbis consistere (*cf. vol. IV p. 466, 83*), re -ere; cum Aristotele et illis re consentire, verbis discrepare? nat. deor. 1, 5 res ... nulla est, de qua tantopere ... docti dissentiant; quorum opiniones cum tam variae sint tamque inter se -entes. Tusc. 1, 55 qui a Platone ... et ab ea familia -ent. 5, 120 *inter Peripateticos et Stoicos* causam esse -endi negabat. off. 1, 2 nostra ... non multum a Peripateticis -entia. epist. 12, 17, 2 te a (*M, om. HD*) iudicio nostro, sic scilicet, ut doctum hominem ab non indocto, paulum -ere. HOR. carm. 2, 2, 18 redditum Cyri solio Phraaten -ens plebi (*pars codd., Porph. ad h. l., Prisc. gramm. III 268, 27*; plebis *al.*) numero beatorum eximit Virtus. VELL. 2, 80, 2 -endo in consiliis Caesari[s, *del. Acidalius*] et semper diversa iis, quae aliis placebant, dicendo. VAL. MAX. 2, 8, 2 si, dimicandum necne esset, contrariis inter vos sententiis -issetis. PHAEDR. 3, 3, 12 variis -ent sententiis. SEN. dial. 2, 16, 3 non est, quod putes magnum, quo -emus. 8, 3, 2 duae maxime et in hac re -ent sectae, Epicureorum et Stoicorum. epist. 82, 18 -ent inter se iudicia facientis. 88, 5 *philosophorum placita* inter se -ent. 102, 12 *omnes boni* -ere non possunt. nat. 7, 4, 1. PLIN. nat. 18, 213 eorum *astronomorum*, qui in eadem regione -edere, unam discordiam ponemus exempli gratia. 29, 6 -eruntque hae scholae. TERT. adv. Marc. 5, 12 p. 617, 21 de disciplina, non de divinitate -batur. ARNOB. nat. 2, 19 non habere diversas, non plurimas -entisque sententias. LACT. inst. 1, 1, 18 cum *philosophi* inter se magna concertatione -eant secumque ipsi plerumque discordent. 1, 5, 22 Aristoteles quamvis secum ipse -eat. CHAR. gramm. I 146, 11 nam et tonitrua an tonitra dici debeat -etur. AVG. civ. 6, 5 p. 253, 20 D. -entium multitudo sectarum. 18, 41 p. 319, 4 SVLP. SEV. dial. 1, 7, 3. 1, 24, 3 clericos. SIDON. epist. 2, 12, 3 medicorum consilia ... assidentum -entumque (*i. dissentientium inter se, nota lusum verborum*). CLAVD. MAM. anim. 181, 20 te tam -entia tamque diversa uno ... momento ... dixisse. BOETH. cons. 3, 2, 74 variae -entesque sententiae (*cf. p. 1467, 59*). CASSIOD. art. 3 p. 1179^{A} in quo philosophus ab oratore ac dialectico ... -eat. *apud Christianos haud raro i. q. haereticum esse*: HIL. ad Const. 2, 10 sub synodo -enti (*i. Ariana*). COD. Theod. 16, 5, 45 (*a. 408*) qui ab ecclesiae catholico (catholice *v. l.*) sacerdote -et. IVLIAN. Aug. c. Pelag. 1, 24, 42 episcopi, qui nunc -ent.

C *i. q. differre, non convenire qualitate, natura, condicione* (*cum de hominibus, tum de rebus incorporeis*): RHET. Her. 2, 9, 13 cum voluntas scriptoris cum scripto -ere videbitur. CIC. inv. 1, 17 nam tum verba ipsa videntur cum sententia scriptoris -ere (*syn.* inter se discrepare). 2, 110 genere et prima conformatione eas (*sc. omnes causas*) ... -ere. rep. 1, 60 iracundiam ... -entem a ratione. Tusc. 4, 29 vitium *appellant*, cum partes corporis inter se -ent. 4, 34 *perturbationes* inflammant *libidine* impotentiam quandam animi a temperantia et moderatione plurimum -entem. Tim. 44 motus animi, comites superiorum et his etiam contrarios (*sic codd., cf. Plasberg*) -entes (*Plat. Tim. p. 42 B* καὶ ὁπόσα ἐναντίως πέφυκε διεστηκότα). off. 2, 8 *temeritas* a sapientia -et plurimum. OV. epist. 7, 36 matris ab ingenio -et ille (*Amor*) suae. 16, 252 a verbis facies -et ista suis. met. 15, 648 -et et variat sententia. fast. 3, 662 nec a veri -et illa (*fama*) fide. Pont. 1, 6, 6 nec minus a studiis -et illa (*feritas*) tuis. SEN. benef. 2, 29, 2 ex diversis ac -entibus bonis. epist. 5, 7 ista (*sc. timere et sperare*) cum videantur -ere, coniuncta sunt. 66, 19 *gaudium et dolor* magno inter se -ent spatio. 84, 7 unus numerus fit ex singulis, cum minores summas et -entes computatio una comprendit. 120, 9 specie quidem vicina, re autem plurimum inter se -entia. 122, 17. COLVM. 1 praef. 7 cetera diversa et quasi repugnantia -ent a iustitia. 2, 2, 3 qualitatum inter se -entium (*syn.* discordantium). PLIN. nat. 32, 121 *polypum* ferro ... infici vitiumque trahere natura -ente (*i. abhorrente a contactu ferri*). 37, 61 adamas -et cum magnete in tantum, ut *eqs.* QVINT. inst. 3, 8, 51 neque enim minus vitiosa est oratio, si ab homine, quam si ab re, cui accommodari debuit, -et. GELL. 13, 25, 4 si duo haec verba idem significant neque ulla re aliqua -ent. 18, 1, 8 id maxime -ere neque convenire ... quod, qui profiteretur ... idem contra negaret. TER. MAVR. 2032 *cola* quae modo sola -bant (*i. non conveniebant*). TERT. adv. Marc. 5, 2 p. 574, 7 verisimile non est *Apostolorum Acta* ... ex parte quidem apostolo convenire, ... ex parte vero -ere. HIL. syn. 23 -entium a se animantium (*i. serpentium et columbarum*) inesse nobis voluit naturam. myst. p. 18, 3 ut nihil sibi in his, quae ... in domino expleta sunt, nec loco nec tempore nec ratione -eat. in psalm. 54, 4 orationes leves, -entes (*i. secum non convenientes? sed fort. scribendum* diff-), inutiles. MAR. VICTORIN. gramm. VI 102, 11 alia consentanea ... ratione iunguntur, alia ex -enti ac contraria, quae Graeci κατὰ συμπάθειαν καὶ ἀντιπάθειαν appellant. AVSON. 313, 2 quicquid impar, -et. HIER. epist. 13, 4 oratione -ente cum factis. hom. Orig. in Ezech. 1 p. 890 inter se -entes deos (*sc. Veteris et Novi testamenti*). in Ioel 1 p. 171 *perturbationes* duae ... mutuo -entes (*syn.* sibi contrariae). CLAVD. 10, 314 quod semper -et, in te convenit, ingenio robur, prudentia forti (semper dissilit *codd. pars, recep. Birt coll. Horati epist. 1, 18, 41, perperam, v.* dissilio. convenire *verbo* dissidere *saepe opponitur. cum Claudiani versu cf. e. g.*: AMM. 14, 6, 3 Virtus convenit atque Fortuna, plerumque -entes). RVFIN. orig. in gen. 14, 3 p. 238 Migne moralis et physica ... philosophia paene omnia, quae nostra sunt, sentiunt; -ent vero a nobis, cum ... dicunt ..., -ent, cum negant; *saepius*. PAVL. NOL. carm. 25, 139 -et a nostris cava mundi gloria regnis nec coit adversis lux pia cum tenebris. 28, 35 *in vasis* -et artis opus, concordat vena metalli. 28, 206 tectorum -et (*cf. p. 1466, 15*) aetas, concordat species. AVG. civ. 19, 12 p. 376, 10 D. *cadaver putrescens* quasi tumultuatur -entibus exhalationibus et nostro inconvenientibus sensui. CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 76, 4 ab animae intentione vivaci membrum languore torpens velut quadam mortis vicinia -ere. BOETH. cons. 4, 3, 33 cum bonum malumque ... adversa fronte -eant. arithm. 2, 32 p. 126 est ... armonia plurimorum adunatio et -entium consensio. PS. BOETH. geom. p. 417 quamvis ... aut angulariter aut lateraliter a supradictis parallelogrammis -eant *rhombi*. GILD. Brit. 19 chron. III p. 35, 11 Scottorum Pictorumque greges moribus ex parte -entes.

partic. praes. inde a SEN. *interdum adiectivi vice fungi videtur, ita tamen, ut fere ubique dubitatio relinquatur, v. p. 1466, 22. 1467, 78. 1468, 1. 2. 5. 23. 26. 47.*

structurae: -ere cum *aliquo v. p. 1466, 51. supra l. 10. 11, passim.* ab *aliquo v. p. 1466, 71. 73. 77. 78, passim.* *aliqua re (separat.) v. p. 1466, 21.* inter se: *v. p. 1466, 41. 1467, 8. 9. 20, passim.* -ere *alicui, dat. nonnumquam corrupt. in codd. (cf.* PRISC. gramm. III 268, 25) *v. p. 1466, 64. 65. 1467, 31. 65. 67. 1468, 40 cf. Kühner*^{2}, *II 1 p. 319.* *accedit ablat. modi ex. gr. p. 1466, 80. 1467, 5. 20, ablat. limit. ex. gr. p. 1466, 73. 1467, 3, ablat. mensurae v. 1 A 2 p. 1466, 26, adde supra l. 25.* *pendet enuntiat. interr. obliq.*: VAL. MAX. *sub B*, CHAR. *ibid.*

syn.: dissentire, discordare, discrepare, rebellare. *opp.*: congruere, consistere, convenire (*cf. supra l. 51*), coniunctum esse.

deriv.: dissidentia.

[Fraenkel]

dissidiōsus *v.* discidiosus. **dissidium** *v.* discidium.

dis(sīdo?), -sēdī, (-sīdere?). *a* dis- *et* sidere, *si recte ad praes.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

q. e. dissido *refertur. legitur non nisi perfect.* 1 *proprie: i. q. seorsum sidere*: SIL. 7, 736 (*de Minucio*) qui partitis -erat (disc- *al.*) ante maniplis. 2 *translate: i. q. desciscere*: CIC. Sest. 44 (*per ironiam*) consules, credo ... a tribuno plebis (*sc. Clodio*) post interitum ⟨meum⟩ -issent, qui eandem horam meae pestis et suorum praemiorum esse voluissent. *i. q. in discordiam venire*: SEN. dial. 5, 2, 4 -edit plebs tota cum patribus. SVET. Tib. 7, 3 cum Iulia primo concorditer et amore mutuo vixit, mox -edit. *Fraenkel.*

dissigillo, -āre *cf. c.* dis- *et* sigillum (-are) *et c.* dissignare. *i. q. rescindere sigilla*: CARM. epigr. 1006, 2 (CORP. XIII 8655) ni -etis nive violetis opus. *cf. Bücheler ad l. et Kleine Schriften I 641. D.*

dissīgnātio, -ōnis *f. a* dissignare. 1 *i. q. descriptio, ordo* (*nisi forte* des- *legendum est; cf. p. 714, 2 sqq., quo loco iam ex Sjögreni emendatione* [*Comm. Tull. p. 154 ad* CIC. Att. 4, 4ᵇ, 1] in *et* bibliotheca *deleas quaeso*): CIC. nat. 1, 20 requiro ... ministros, machinas, omnem totius operis -em (*ABDG*; des- *HN*) atque apparatum. 2 *fere i. q. peccatum* (des-? *cf. p. 719, 80 sqq.*): ARNOB. nat. 7, 9 p. 244, 27 innoxii sanguine abolitionem -bus (*dativ.*) comparari. 3 *i. q. dissignatoris officium*: LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 94 neve quis, quei praeconium -em libitinamve faciet, ... IIvir(atum) ... aliumve quem mag(istratum) petito (104).

dissīgnātor, -ōris *m. a* dissignare. 1 *is qui sigillum rumpit*: AVG. mor. Manich. 2, 13, 30 damnari tamquam -r (*Er.* dissipator, *Lov.* dissignitor, *cett.* -r *vel* designator) signaculi (*i. symboli Manichaeorum*) ... non potest (*syn.* solutor; *cf. etiam* 16, 51 corruptor signaculi). 2 *t. t. ministerii; notatur* dissign. *in titulis* (CORP. IX 531, 2 dissic.).
a *de ministerio eius, qui in theatro loca spectatoribus distribuit; cf.* SCHOL. Hor. epist. 1, 7, 6 dissignare est ordinare, unde et, qui locos in theatris spectatoribus distribuebant, -es (des- *γ*) dicebantur (*cf. Pollack, PW. V 1199*). PLAVT. Poen. 19 neu -r praeter os obambulet neu sessum ducat, dum histrio in scaena siet. VLP. dig. 3, 2, 4, 1 -es (designatores *trad.*) ..., quos Graeci βραβευτάς appellant, artem ludicram non facere Celsus probat, quia ministerium, non artem ludicram exerceant, et sane locus iste hodie a principe non pro modico beneficio datur. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 8ᴬ, 12 ne quis -r eu⟨m ...⟩r ea loca duxi⟨sse velit⟩. CORP. VI 1074, 11 cum ... Statilio Myrone -e scaenar(io). b *de ministerio eius, qui exequiis, pompis, ludis funebribus ordinandis praeest; cf.* DON. Ter. Ad. 87, 1 -es (designatores *trad.*) dicti, qui ludis funebribus praesunt: credo ob eam causam, quod *eqs.* SCHOL. Hor. epist. 1, 7, 6 -es (des- *γbv*) dicuntur, qui ad lucum Libitinae funebria praestanda conducuntur, ut defuncti cum honore efferantur. aliter: -es (des- *γf*) funerum mancipes et ordinatores *eqs.* SCHOL. Hor. gloss. *Γ* epist. 1, 7, 6 -em ordinatorem (*v*); procuratorem funerum (*E*). *cf. Daremberg-Saglio IV 1398 sq.; Pollack, PW. V 1199.* HOR. epist. 1, 7, 6 dum ficus prima calorque -em (des- *Ar*) decorat lictoribus atris. SEN. benef. 6, 38, 4 -es et libitinarios. PS. QVINT. decl. 6, 8. TERT. spect. 10 duobus inquinatissimis arbitris funerum et sacrorum, -e et haruspice. CORP. VI 1955, 3 praec(o) dissign(ator) (*condic. libertinae, ut videtur*). X 5429, 4 (*Aquini*) *ille* annorum XXVII praeco idem -r (*ingenuus*).
utrum ministerium intellegendum sit, diiudicari vix potest his locis: CIC. Att. 4, 3, 2 desertus a suis vix iam Decimum -em (des- *trad.*) ... retinet. CARM. epigr. 39 (*Pompeis*) ⟨Sa?⟩binus -r cum plausu facit (*sc. illum duovirum*). CORP. IV 597 Elainus dissign. V 5924, 2 (*Mediolani*) *ille* -r scriba. VI 8846 *ille* -r (des-, dis-, diss- *trad.*) Caesaris Augusti (*libert.*). 9373 *ille* L. l. -r. IX 531, 2 (*Venusiae*) C. Lani(us) C. f. Hor. dissic. 5461 (*Falerione*) *illi* -i socii dissignat(ores). INSCR. Notiz. degli scavi 1904 p. 403 (*prope Tibur*) *ille* dissign. mag(ister) Herc(ulis) et Aug(usti) *libert.*

? **dissīgnītor** *var. lect. v. supra l. 24. cf. c.* insignitor.

dissīgno, -āvī, -ātum, -āre *a* dis- *et* signare *vel* signum. 1 *i. q. discernere*: GLOSS. -at ordinat, distribuit (*nisi forte ad p. 717, 79 sqq. pertinet*). AVIEN. Arat. 614 *Pleiades aestatis et hiemis* tempora -ant. AVG. c. Faust. 25, 1 p. 725, 7 *circumcisionis terminus* Abraham ... a gentium ceterarum societate -at (des- *S*). 2 *i. q. rescindere, corrumpere; cf.* EVGRAPH. Ter. Ad. 87 (*p. 720, 22; cf. p. 719, 81 sqq. et infra l. 72*) -are proprie dicitur aliquid signatum legibus rumpere. PRISCILL. tract. 3, 62 symbolum enim signatura rei verae est et -are symbolum est disputare de symbolo malle quam credere. AVG. civ. 15, 16 p. 92 D. *morem* -ari atque corrumpi merito esse nefarium iudicatur. 3 SCHOL. Ter. p. 151, 2 (*cf. supra l. 67*) -vit ostendit, id est quam famam sibi fecit publice. -are est aperire (*cf.* PORPH. Hor. epist. 1, 5, 16 *p. 720, 5*). *Vetter.*

dissilio, -uī, -īre [*a* dis- *et* salire. *Th.*]. *de formis: perf.* -suluit: LVCR. 4, 605 (*B*, -sil- *A*). -silui *etc.*: LVCR. 1, 391 *et passim* (*cf.* SERV. Aen. 3, 416). -iit: OV. met. 5, 173 *l.* 12, 488 *ς* (des- *e*). VVLG. I Macc. 9, 48 (?, *v. p. 1471, 11*) SIDON. carm. 7, 182 *M.* CARM. poet. min. V 104, 8. *fut.* -ibunt: PS. RVFIN. in Am. 8, 1, 3. -iet *etc.*: SEN. clem. 1, 4, 2 *et passim.* GLOSS. διαρήγνυμαι. -uit ἐρράγη, ἐλάκησεν. discrepuit sive descendit (*v.* desilio). -uisse aperuisse, crepasse. *legitur inde a* LVCR., *in sermone pedestri inde a* VITR.
[*loc. dub.*: LIV. 2, 31, 6 *et* AVIAN. fab. 25, 6 *v. s.* desilio *p. 722, 13. 28*; PLIN. nat. 37, 57 *v. s.* exsilio. CLAVD. 10, 314 *v. s.* dissideo *p. 1468, 49.*] *cf.* dissulto.

I *i. q. in partes diversas salire, cito motu dissipari et dispergi*: A *proprie de motu locali*: 1 *de pluribus corporibus*: LVCR. 1, 385 corpora ... si cita -ant (1, 391 -uere). 2, 87 ut diversa repente -ant *primordia rerum.* 2, 106 cetera (*sc. corpora prima*) -unt longe. 5, 362 neque extra qui locus est, quo -ant *summae rerum* (*i. mundi singuli*). AVSON. 139, 4 in diversa sui -unt cineres (cineris *al.*) *sc. filiorum Oedipodis* (*i. inter se discedunt, v. infra l. 49*).
2 *de singulis corporibus, quorum compages resolvitur*: a *de rebus: saxa, aes sim.*: LVCR. 1, 491 -unt ... saxa vapore. VERG. georg. 3, 363 aera ... -unt (SERV. rumpuntur). VITR. 2, 7, 2 Tiburtina *saxa*, simul sunt ab *igni* tacta, -unt et dissipantur (*cf.* PLIN. nat. 36, 167). 8, 3, 19 margarita, non minus saxa silicea, ... ab igni ... percalefacta ... aceto sparso -unt et dissolvuntur. MELA 1, 71 iacta in id (*monimentum*) saxa -unt. PLIN. nat. 36, 135 Varro ... tradit ... Luniensem silicem serra secari, Tusculanum -ire igni. SOL. 52, 56 *adamantes* in particulas -unt. *instrumenta, vasa sim., cf.* GLOSS. Plac. V 18, 4 (= 62, 14) -unt utres: rumpuntur: VERG. Aen. 12, 441 mucro ... ictu -uit (HOMER. 305). OV. met. 5, 173 lamina (12, 488 fracta ... -uit percusso lamina callo). VITR. 8, 3, 16 quam (*sc. aquam, quae Στυγὸς ὕδωρ nominatur*) neque argenteum neque aeneum ... vas potest sustinere, sed -it et dissipatur (ARNOB. nat. 4, 6 ne *vascula* flammarum -ant vi victa. CYPR. GALL. iud. 346 hydriae ... quassae -unt). VAL. FL. 4, 694 latera utraque (*sc. navis*) ... -uisse putant. SIL. 17, 277 -ens sonuit rupta compage carina. IVL. VAL. 2, 27 p. 95, 6 *imago quaedam Xerxi* repente fatiscente compactu procidit -itque. AMM. 23, 4, 4 funes ... compagem (*sc. scorpionis, onagri*), ne -a[n]t, continentes. PS. RVFIN. in Am. 9, 1 commota superliminaria (*i. architravi*) -rent. CLAVD. 21, 136 offenso quantae sub vomere putres -ant glaebis galeae. *mundus, tellus, montes* (*i. q. dehiscere, scindi*): LVCR. 6, 123 divolsa repente maxima -uisse capacis moenia mundi (PS. RVFIN. in Ioel 2, 30 *tempore ultimi iudicii* machina ista [*i. mundus, cf.* LVCR. 5, 96] velut combusta -at). VERG. Aen. 3, 416 haec loca vi quondam et vasta convolsa ruina ... -uisse ferunt. OV. met. 2, 260 -it omne solum. SIL. 5, 616 -ens tellus (APVL. mund. 18). STAT. Theb. 7, 817 humus ore profundo -it (APVL. mund. 34). 8, 19 -uisse novo penitus telluris hiatu Tartara (SEDVL. carm. pasch. 4, 285). PACIAN. paraen. 11, 125 -unt *Aetna et Vesuvius.* PETR. CHRYS. serm. 74 p. 409ᶜ ima terrarum. *res clausae*: STAT. Theb. 7, 69 -uere fores. PS. RVFIN. in Am. 8, 1 ianuae ... vi expugnantium -bunt (*opp.* sensim recludentur). VAL. CEM. hom. 9, 3 fastidiosa ... claustra (*sc. cellae penariae*) -ant, quae *nunc* ... nesciunt aperiri. *res intentae*: SEN. epist. 72, 3 non enim *philosophia*, ubi interrupta est, manet, sed eorum more, quae intenta -unt, usque ad initia sua recurrit, quod a continuatione discessit. *alia*: LVCR. 4, 604 ubi una *vox* -uit semel in multas exorta, quasi ignis saepe solet scintilla suos se spargere in ignis. OV. trist. 4, 6, 20 -uit nudo pressa bis uva pede. SEN. nat. 2, 28, 2 *nubes* nisi multo impetu -uere, non resonant. LVCAN. 5, 631 nec fulgora currunt clara, sed obscurum (*i. obscure, sine lumine*) nimbosus -it aer (SCHOL. *et* COMMENT. crepat). SIL. 16, 548 impius ignis -uit cineresque simul iacuisse negarunt. STAT. Theb. 4, 521 -it umbra capax. PALLAD. 10, 11, 2 *cera* picem lenitate permulcens frigoribus eam non patitur -ire. CARM. poet. min. V 104, 8 flamma. *nota metaphoram*: SEN. epist. 71, 9 optimates ... uno proelio profligabuntur et tam magni ruina imperii in totum -et orbem: aliqua pars eius in Aegypto, aliqua in Africa, aliqua in Hispania cadet. b *de partibus corporis et animalibus*: *partes corporis*: HOR. epod. 17, 29 caput ... Marsa -ire nenia. LVCAN. 9, 773 -uit ... membrana fluuntque viscera. ARNOB. nat. 2, 60 hoc saepe dicendum est, ut infidelium -at et dirumpatur auditus (*i. auris*). SIDON. carm. 7, 182 fractus ... molari -uit vertex *lupae.* FVLG. aet. mund. 14 p. 177, 7 viscera ... -entia. *corpora animalium*: OV. am. 2, 1, 25 carmine -unt angues (*v. l. 56*). LVCAN. 2, 156 (*de homine se praecipitante*) hic se praecipiti iaculatus pondere dura -uit percussus humo. *in coquendo*: APIC. 6, 248 ita ut laxamentum habeat *pullus*, ne -at (*cf.* 7, 289). *interiore quadam de causa*: SEN. dial. 1, 4, 10 lenior ieiunio mors est; cruditate -unt. MELA 3, 53 ut ... *pecora* nisi pabulo prohibeantur, diutius pasta -ant. PLIN. nat. 22, 78 *boves* -ire degustata *buprestide* fatentur. 29, 89 mus araneus ... si praegnans momordit, protinus -it. *sic hyperbolice de hominibus nimio affectu motis* (*cf.* dirumpi): SEN. epist. 113, 26 -o risu. PETRON. 61, 3 gaudimonio -o. 75, 9 felicitate -o. ANTH. 435 quaedam me (si credis) amat. sed -it (*sc. amore*), ardet non sic, non leviter, sed perit et moritur. PAVL. NOL. epist. 23, 24 ne ... *feminae* scientia inflante -ant. AVG. contin. 11, 25 nam et correptionibus eam (*ecclesiam tamquam personam*) reprimit, ne impunitate inflata -at. spir. et litt. 12, 19 p. 171, 15 qui vitio illo ... leves et inflati ac per se ipsos velut per inane sublati ... fracti -rent. MART. CAP. 8, 807 at quo etiam tempore (*sc. nuptiarum*) Cupido vel Satyrus petulantis ausus procacitate -unt?
B *translate*: 1 *de animo i. q. in diversas partes distrahi*: AVG. un. bapt. 11, 18 *Corinthios* in schismata -uisse redarguit. conf. 11, 29, 39 tu ... aeternus es; at ego in tempora -ui (*i. distentus sum, cf. antea*: distentio est vita mea), quorum ordinem nescio ..., et tumultuosis varietatibus dilaniantur cogitationes meae, donec in te confluam. 2 *de rebus i. q. perire, evanescere*: HOR.
[*Bauer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epist. 1, 18, 42 gratia sic fratrum geminorum . . . -uit. SEN. nat. 3, 27, 2 magnā tutelā stant ac vigent omnia, cito ac repente -unt. clem. 1, 4, 2 haec unitas et hic maximi imperii contextus in partes multas -et. STAT. Theb. 1, 85 generis consortia ferro -ant (SCHOL. multi 'dissiciant' [dissentiant, dissitiant, disuciant *codd.*] legunt). IVL. VAL. 2, 25 p. 87, 18 ictus (*subst.*) . . . frustra -uit (*i. exhaustus est, inanis factus est*). AVG. pecc. orig. 30, 35 quantumlibet arguta sit argumentatio, repercussa et confracta -et.

II *i. q. in alium locum salire; cf.* desilio, exsilio. *recentioris latinitatis usus*: **A** *proprie*: AVSON. 35, 4 -uit saxi fragmine laesus apex (*v. vol. II p. 227, 60*). PS. CYPR. singul. cler. 6 p. 179, 19 de carbonibus scintillae -unt. CLAVD. rapt. Pros. 2, 183 forti saucius ictu -uit... vertex Ossaeus Olympo (*abl. separ.*). *dub.*: VVLG. I Macc. 9, 48 -iit Ionathas et qui cum eo erant in Iordanem (ἐνεπήδησεν; desiluit *Amiat., recte ut videtur*). *in locutionibus metaphoricis*: BOETH. cons. 3, 12, 68 ex huiusmodi conflictatione quaedam veritatis scintilla -et. GREG. M. moral. 9, 106 ut cura carnis ... quasi ancilla famuletur, ut iussa assit atque ad nutum cordis repulsa -at. 26, 84 ab eis (*mentibus*) per districtae severitatis praesentiam cogitationes stultae -unt. **B** *translate*: ex, a *re* -ire *i. abalienari a re, omittere rem*: FVLG. aet. mund. 130, 15 ex ... ordine nullo modo -ire. AVG. fid. et symb. 10, 21 schismatici ... a fraterna caritate -unt. civ. 19, 16 p. 383, 22 D. si quis ... paci adversatur, corripitur ..., ut paci, unde -uerat, coaptetur.

deriv.: dissulto. *Bauer.*

***dissimilis,** -e [*a* dis- *et* similis. *Th.*]. GLOSS. ἀνόμοιος. -e dispar, disparile. -i discrepanti. *definitio*: *v. infra l. 61. legitur inde a* PLAVTO. *compar.*: CIC. Brut. 320 *etc. superl.*: VARRO ling. 8, 28 CIC. Verr. 4, 5. 185 *etc.* [*dub. vel corrupt.*: VARRO ling. 9, 40. 92 LVCR. 4, 104. *fort.* PLIN. paneg. 94, 2 *v. p. 1472, 81.*]

i. q. non similis, dispar, diversus:

I *absolute* (*indicatur qua re infra l. 52. p. 1472, 30. 33. 41. 42. 43. 45. 53. 54. 57. 60. 1473, 7. 10*): PLAVT. Men. 1064 tuast imago; tam consimilest quam potest. pol profecto haud est -is (SEN. epist. 92, 21 FRONTO p. 74 N.). TER. Andr. prol. 11 *Menandri Andria et Perinthia* non ita -i sunt argumento. *ibid.* 12 -i oratione sunt factae ac stilo (LIV. 35, 12, 10 Philippum Nicander haud -i oratione incitabat). Ad. 41 is adeo -i studiost. 825 non quo -is res sit, sed quo is qui facit (VARRO ling. 10, 41 RHET. Her. 2, 12, 18. 2, 29, 46. 4, 21, 29. 4, 34, 45. *ibid. opp.* consimilis. CIC. Caecin. 92. part. 55 contrariarum et -ium et inter se pugnantium rerum conflictio. fin. 2, 9. 10. 20 Tusc. 1, 46 off. 3, 119. epist. 1, 7, 2 simillimamque in re -i ... fuisse rationem. LVCR. 4, 787. 5, 1090. 6, 370. VITR. 2, 6, 4 -bus et disparibus. IVV. 8, 216 par ... crimen, sed causa facit rem -em). LVCIL. 630 ego contra *nitor*, ut -is siem. VARRO ling. 8, 23 utraque declinatione alia fiunt similia, alia -ia. 8, 34 quod si oportet id es⟨se⟩, ut a similibus similiter omnia declinentur verba, sequitur, ut ab -bus -ia debeant fingi *eqs.* (9, 1. 3. 114. *cf.* 8, 35 ⟨non solum a similibus⟩ -ia *vocabula* finguntur, sed etiam ab isdem vocabulis -ia *eqs.*). ling. 8, 36 omnia ... nostra nomina (*L. Spengel*, oñia *F*) ... cum recto casu fiunt -ia, ea⟨de⟩m ⟨in⟩ dand⟨i⟩: -ia, ut *eqs.* (9, 71 FEST. p. 371). 8, 41 inveniuntur esse -es, si alter erit puer, alter senex, aut unus albus et alter Aethiops, item aliqua re alia -e⟨s⟩. 8, 42 rectos *casus* esse similes aut -es (9, 89. *aliter p. 1472, 6*). 9, 56 -is natura⟨e⟩ (CIC. div. 2, 93 LVCR. 1, 504. 6, 775. 990 LIV. 37, 28, 7) ling. 9, 67. 84 rationem (10, 36 rust. 3, 15, 1 CIC. leg. agr. 2, 31. Catil. 2, 9 eius diversa studia in -i ratione perspicere. Mur. 19 p. red. ad Quir. 7. 23 div. 1, 115 LVCR. 2, 667 CELS. 3, 13 COLVM. 1 praef. 26 QVINT. inst. 8, 5, 10. 9, 4, 133 haec ut sunt diversa natura, ita -em componendi ... rationem desiderant). ling. 9, 94. 113 sicut in animalibus -ia sunt, ut equus, bos *eqs.* 10, 2. 3 simile est, quod res plerasque habere videtur easdem, quas illud cuiusque simile; -e est, quod videtur esse contrarium huius. *seq. v. p. 1473, 25.* 10, 7. 17. rust. 1, 9, 2 cum si⟨n⟩t -i vi ac potestate partes permultae. 1, 18, 4 si similis est ager; sin est ita -is, ut *eqs.* 3, 11, 4 sunt ... non -ia alia genera, ut *eqs.* (CIC. inv. 2, 37. 64 Mur. 149 de orat. 3, 25. 27. part. 7, 26 in -i genere persimilis. Phil. 6, 4. VITR. 2, 6, 5 -i disparique genere. CELS. 4, 2). RHET. Her. 2, 29, 46 simile vitiosum est, quod de aliqua parte -e est (QVINT. inst. 7, 4, 6 forsitan ne sint quidem paria, quae ulla parte sunt -ia). 3, 19, 31. 4, 22, 30 aliae *annominationes*, quae non habent ... in verbis similitudinem et tamen -es non sunt. CIC. inv. 1, 33 aliquam diversam ac -em partem. 1, 79 quod comparabile putant, -e ostenditur. 2, 63 -bus de causis (2, 64 Phil. 2, 98 Att. 9, 18, 1 LIV. 34, 5, 11 SEN. epist. 108, 17 IAVOL. dig. 35, 1, 56). Sull. 17 propter hanc ... dissimilitudinem hominum atque causarum -em me . . . praebui. rep. 1, 22 quem ad modum in -illimis motibus inaequabiles et varios cursus servaret una conversio (Tusc. 1, 63 nat. deor. 2, 119. PLIN. nat. 2, 63 *stellae* diversos habent orbes motusque -es). rep. 2, 69 concentus ex -illimarum vocum moderatione concors ... efficitur et congruens (LVCR. 5, 1060 cum pecudes . . . -es soleant voces variasque ciere). leg. 2, 17. Brut. 285 quid est tam -e, quam Demosthenes et Lysias? (de orat. 3, 32 quid tam -e, quam ego in dicendo et Antonius? Att. 6, 1, 2 quid potest esse tam -e, quam *eqs.* SEN. nat. 1, 5, 2). orat. 109 in -illimis personis. fin. 2, 10 -es ... voluptates. 4, 64 similitudines eas, quibus illi uti solebant, -illimas proferebas (AVG. epist. 169, 6). ac. 2, 125 alios -es, alios eiusdem modi mundos esse. nat. deor. 1, 98 inter ipsos homines nonne et simillimis formis dispares mores et moribus ⟨paribus *add. Klotz*⟩ figura -is? (div. 1, 23 LVCR. 2, 409. 671. 722. 785). 2, 123 -illimis bestiolis communiter cibus quaeritur. div. 2, 95 quod uno et eodem temporis puncto nati -es et naturas et vitas et casus habent (epist. 15, 15, 3 in consilio pari casu -i usi sumus. CELS. 8, 8, 1 *v. infra l. 33. aliter p. 1471, 52*). div. 2, 96 dissimilitudo locorum nonne -es hominum procreationes habet? epist. 1, 7, 8 tuam -em fuisse fortunam (LIV. 9, 27, 12). LVCR. 2, 432 -i ... modo (PLIN. nat. 4, 48 TAC. ann. 3, 73 MEROB. Christ. 11). 2, 664 -i ... specie (5, 94 VITR. 6, 2, 2. COLVM. 1 praef. 24 varias -illimasque terrarum species). 2, 686 formae (2, 781. 4, 678. 5, 443 -es formas variasque figuras. PS. APVL. Ascl. 35. FIRM. math. 1, 10, 11 -ium formarum varietatibus). 4, 646 omnes ... animantes ut sunt -es extrinsecus (PLIN. nat. 7, 5 congregari videmus *animantia* et stare contra -ia). SALL. Catil. 6, 2 dispari genere, -i lingua, alii alio more viventes (PLIN. nat. 6, 15 *tot* nationes -bus linguis). Iug. 85, 37 ipsa *nobilitas* -is moribus. ALF. dig. 32, 60, 2 non -em esse deliberationem. HOR. sat. 2, 3, 313 an, quodcumque facit Maecenas, te quoque verum est (*sc. facere*), tanto (tantum *Bland.*) -em et tanto certare minorem? epist. 1, 10, 3 hac in re ... una multum -es (*sc. sumus*). OV. epist. 19, 165 -i certamina mente subimus. met. 7, 170 -em ... animum subiit Aeeta. fast. 4, 430 picta . . . -i (*i. vario*) flore nitebat humus. LIV. 5, 4, 4 labor voluptasque, -illima natura. 22, 46, 5 dispares ac -es gladii. 37, 40, 11 alio haud -i habitu (MELA 3, 63 habitus moresque -es. PANEG. 4 [9], 19, 3). 43, 9, 9. MANIL. 1, 312 aer. 2, 165 iter. 3, 235 in tam -i spatio variisque dierum umbrarumque modis. VITR. 2, 7, 1 disparibus et -bus virtutibus. 5, 4, 3 tetrachordorum dispositiones. *ibid.* intervallorum designationem. 6, 1, 12 regiones. 8, 3, 12 saporibus. 8, 3, 13 si terra generibus umorum non esset -is et disparata. 8, 3, 26 propter locorum discrepantiam ... terrarumque -es proprietates. SEN. contr. 4, 5 multa sunt -ia: sexus, aetas, animus. VAL. MAX. 6, 2 ext. 3 coniugium (*i. societas*) ... virtute par, felicitate -e. CELS. 8, 8, 1 ut -is uterque casus est, sic quaedam -ia (*sc. remedia*) requirit (SEN. dial. 4, 20, 4 nec -illimis tantum ista, sed contrariis curanda sunt). SEN. benef. 2, 32, 2 exemplum hoc -e est (3, 23, 1 et -ia et quaedam inter se contraria. 5, 19, 1. 7, 14, 5 nat. 2, 55, 4 QVINT. inst. 5, 13, 24 APVL. mund. 28). benef. 3, 9, 3 quis -bus beneficiis iubebit beneficia pensari? (3, 11, 3 alia *beneficia* diversa sunt, -ia, infinitis inter se intervallis distantia). nat. 1, 3, 4 colores. 2, 12, 6 crepitus. 7, 17, 3 multi variique sunt *cometae*, dispares magnitudine, -es colore (PLIN. nat. 37, 55 *adamantem* colore -em. *cf. infra l. 53*). 7, 27, 3 et hoc ... et illud sidus eiusdem condicionis est, cum effectu et natura -e sit (PLIN. nat. 37, 58 siderites . . . pondere ante ceteros *adamantes*, sed natura -is). epist. 5, 2 intus omnia -ia sint, frons populo nostra conveniat. 7, 6 Socrati et Catoni ... excutere morem suum -is multitudo potuisset. 7, 8 neve similis malis fias, quia multi sunt, neve inimicus multis, quia -es sunt. 87, 27 -illima ... utriusque rei condicio est. 113, 16 ut quae alia erant, et -ia essent et imparia. COLVM. 5, 11, 13 quo *exemplo* possit omne genus surculi -is arboribus inseri. MELA 2, 77 *Massilia* -illimis . . . vicina gentibus. PLIN. nat. 6, 53 ferarum ... multitudo, haud -em hominum immanitatem obsidens. 6, 128 fertur . . . *Tigris* et cursu et colore -is (SOL. 37, 6. *cf. supra l. 42*). 8, 123 luporum id genus est ... brevitate crurum -e. 8, 214 multaque alia haud -ia. 10, 190 generant ... aliquid coitu, sed imperfectum ac -e. 11, 23 cum duo examina *apium* concordibus populis -es habuere ritus. 15, 85 quartum genus *sorborum* . . . arbore -e. 15, 89 nucleus -is latitudine et acriore callo. 17, 59 semine . . ., quamquam (*adverb.*) -i. 20, 231. 21, 107. 22, 66. 35, 23. 183 nec minor est aut adeo -is aluminis opera. STAT. Theb. 1, 691 tu modo -is *eqs.* (SCHOL. ut factis tuis non solum parentibus videare -is, sed *eqs.*). 12, 721 alternas in proelia gentes -is Bellona ciet. MART. 3, 88, 2 sunt gemini fratres ... sed *eqs.*; dicite, -es sunt magis, an similes? (APVL. apol. 94 PORPH. Hor. epist. 2, 2, 183). QVINT. inst. 1, 11, 4 aliis non -bus, sed quasi hebetioribus *litteris*. 3, 6, 95 status. 5, 11, 5 hoc in testium interrogatione valet plurimum, in oratione perpetua -e est. *ibid.* omnia . . . ex hoc genere sumpta necesse est aut similia esse aut -ia aut contraria. 5, 11, 33 argumenta duci ex iure simili . . ., ex contrario . . ., ex -i. 5, 13, 23. 5, 14, 4 proposito -i vel contrario. 7, 2, 29 sunt . . . pleraque non solum . . . -ia, sed etiam aliquando contraria. 8, 5, 34 ne, dum volumus esse meliores veteribus, simus tantum -es. 8, 6, 16 ne nimio maior aut, quod saepius accidit, minor, ne -is (*sc. sit translatio*). 9, 3, 76 πάρισον . . . quod sit e membris non -bus (APVL. mund. 19 cum de pluribus una sit facta et similis sui tota *urbs*, cum -ia membra sint). 9, 3, 78 ὁμοιόπτωτον est tantum casu simile, etiam si -ia sint, quae declinentur. 9, 3, 82 quae sunt simili casu -i sententia in ultimo locata. decl. 269 p. 100, 17 ante omnia hoc -e est: quod *eqs.* (PLIN. epist. 9, 7, 1). PLIN. epist. 2, 19, 7 apud Graecos . . . est quiddam quamvis ex diverso, non tamen omnino -e. paneg. 20, 4 quam -is . . . alterius principis transitus. 94, 2 audisti, quae malo principi precabamur, exaudi, quae pro -illimo optamus (*fort.* dis simillimo, *cf.* 7, 5). 9, 9, 2 qua pietate cum -illimo patre vivebat! VLP. dig. 43, 7, 3, 1 condicio (GAIVS inst. 3, 118 valde -is). PAVL. dig. 12, 6, 60, 1 sed hoc -e est (45, 1, 83, 5 haec). APVL. apol. 14 quod ... hu-

[*Nelz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mano artificio assimulatum est, non multa intercapedine temporis -e redditur. mund. 20. Socr. 4 p. 126 moribus (AVG. civ. 9, 8). MIN. FEL. 30, 6 non -es (*sc. sunt*) . . . qui *eqs.* LACT. inst. 3, 19, 17 non -e Platonis illud est, quod *eqs.* 3, 28, 6 non -i errore credunt *eqs.* mort. pers. 5, 1 non -i furore correptus. FIRM. math. 1, 5, 5 -i . . . vultus varietate. RHET. min. p. 251, 11 -e... aliquid aut simile sit, octo rebus ostenditur. AVR. VICT. Caes. 8, 3. 13, 12 -es cognomento. OPTAT. 2, 15 p. 49, 20 -ia vota et personas diversas attendite. AVSON. 45, 4. 124, 2. AMM. 19, 7, 5 ut loco dispari, ita eventu -i. 27, 4, 9 morum sermonumque varietate -es. 29, 2, 24. FAV. EVL. p. 5 planetas... locis motibusque -es. p. 21 SCHOL. Cic. Bob. p. 135, 14 St. PELAGON. 267 MAXIMIN. c. Ambr. 82 quomodo -em *filium* (*sc. Christum*) dicimus (*sc. patri; cf.* ACT. Archel. 68, 8). CLAVD. 8, 81 -es, sed morte pares. 20, 492 geminos ... fratres Iapetionidas generis primordia nostri -i finxisse manu. 28, 28 carm. min. 17, 23. 25, 38 -i (*cf.* 35 inaequales avenas) tenuem (-em tenui *VP*) variabat harundine ventum. carm. min. app. 20 AVG. civ. 4, 10. 5, 2 *bis.* 5, 3. 7, 10. SVLP. SEV. chron. 2, 40, 3 *ἀνομοιουσίαν*, id est -em substantiam. MART. CAP. 5, 473. *nota*: VVLG. Ier. 23, 10 factus est cursus eorum (*sc. prophetarum*) malus et fortitudo eorum -is (*i. q. prava*). prov. 15, 7 labia sapientium disseminabunt scientiam; cor stultorum -e (*i. q. perversum*) erit. *ratio translationis utroque loco repetenda videtur ex hebraici* כֵּן *significatione ambigua.*

II *c. genetivo* (*indicatur qua re infra l. 29. 59. 61. 66*): VARRO ling. 8, 58 cum sint ab eadem origine verborum vocabula -ia superiorum. 10, 3 minimum ex duobus constat omne simile, item -e, quod nihil potest esse simile, quin alicuius sit simile, item nihil dicitur -e, quin addatur, quoius sit -e. CIC. Quinct. 38 quis tam tui . . . -is (Verr. 4, 185 virum fortissimum ac tui -illimum. Cael. 50 mulier... tui -is vita institutoque meretricio. Phil. 10, 3 epist. 10, 6, 3. 13, 64, 1). Verr. 2, 48 fuit . . . sui -is (4, 16 quid ... poterat ... respondere, si esset . . . sui -is. Brut. 321 sui -ior videbatur fieri cotidie. de orat. 3, 26 qui [*sc. Myro, Polyclitus, Lysippus*] omnes inter se -es fuerunt, sed ita tamen, ut neminem sui velis esse -em. Cato 78 neque haberet *animi natura* in se quicquam dispar sui atque -e. nat. deor. 3, 23 nec ... vim esse naturae, ut sui -ia posset effingere. Phil. 2, 59 saturavit se sanguine -illimorum sui civium. 2, 92. 107. 9, 6 Att. 1, 16, 3 OV. met. 11, 273 EPICED. Drusi 87 COLVM. 6, 37, 7 MELA 2, 7. 86. IVV. 10, 192 APVL. met. 3, 13 PS. APVL. Ascl. 35 EPIT. Alex. 58 HIL. syn. 58 AMM. 14, 9, 2. 25, 4, 19 CLAVD. rapt. Pros. 2, 314). CIC. Cluent. 46 homines inter se cum forma tum moribus similes, municipum autem suorum -illimi. leg. agr. 3, 5 omnium legum . . . -illimam . . . legis . . . eam, quam *eqs.* dom. 83 patrem tuum, civem . . . egregium -emque vestri. 120 si qui similis istius . . . aliquem mei -em . . . affixerit (NEP. Phoc. 1, 4). Cael. 38 si esset aliqua -is istius *mulieris*, quae se omnibus pervolgaret *eqs.* de orat. 2, 83 artificium esse hoc quoddam non -e ceterorum (*sc. artificiorum*). 2, 208 aut invidiae (invidia *cod. Laud. et vulg.*) aut odii non -is offensio. Brut. 129 huius *Bestiae* -is in tribunatu reliquaque omni vita civis improbus. 282 *P. Crassus* dum Cyri et Alexandri similis esse voluit, et L. Crassi et multorum Crassorum inventus est -illimus. 285 quid est tam -e... quam horum omnium (*i. Demosthenis, Lysiae, Hyperidis*) Aeschines? 287 *v. p. 1475, 34.* orat. 67 apud *comicos poetas* nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud cotidiani -e sermonis. fin. 4, 43 *Stoici* quodam modo non sunt -es Aristonis. ac. 1, 26 quintum genus ... eorum ... quattuor (*sc. generum*), quae supra dixi, -e. 2, 125 atomos (*sc. putes esse*), e quibus quidquid efficiatur, illarum sit -illimum. Tim. 25 quattuor (*sc. orbes deus fecit*) et inter se dispares et -es trium reliquorum. div. 2, 37 vietum cor et -e cordis. epist. 11, 2, 1 de te si dubitemus . . ., simus nostri -es. or. frg. A VII 37 homo illorum et vita et prudentia longe -is. BELL. Afr. 88, 5 quod -illimus *Cato* reliquorum ducum fuerat. NEP. Chabr. 3, 4 -is ... Chares horum (*sc. Cononis, Iphicratis, Timothei*) et factis et moribus fuit. HOR. sat. 1, 4, 112 Scetani -is sis. LIV. 3, 64, 8 perseverant *consules*. . . -es decemvirorum esse. FEST. p. 310 strues genera liborum sunt, digitorum coniunctorum non -ia. CVRT. 4, 14, 7 si qui -es eorum (*sc. fortium virorum*) essent. COLVM. 4, 29, 5 quia non -is est *autumni* aëris qualitas vernae (*sc. qualitatis*). MELA 1, 58 *Apis est* cauda linguaque -is aliorum (*sc. boum*). TERT. adv. Marc. 4, 25 p. 504, 4 qui *deus* -is creatoris inducitur. nat. 1, 7 institutum Neronianum . . . -e sui auctoris. LACT. mort. pers. 8, 7 *Constantius* -is ceterorum (*sc. Caesarum*). PACIAN. sim. carn. p. 124, 23 -em nostrae sortis *carnem.* AMM. 18, 4, 5 patris fratrisque. 21, 16, 11. 30, 8, 8. SCHOL. Cic. Bob. p. 89, 34 St. maiorum suorum -illimum. SVLP. SEV. chron. 1, 50, 1 multum paterni -is ingenii. dial. 3, 9, 1 aliam eius (*sc. virtutis*) non -em in simili opere virtutem. *in comparatione compendiaria*: CIC. fin. 5, 39 earum... rerum, quas terra gignit, educatio quaedam et perfectio est non -is animantium. BELL. Alex. 25, 4 fortuna... superiorum temporum -is. PLIN. nat. 27, 14 caulis . . . non -is antherici.

c *pendent variae structurae*: *α* (*acc. c.*) *inf.*: PLAVT. Epid. 238 -bam earum (*mulierum*) operam sermoni dare. Most. 1871 -bo me horum quicquam scire (Poen. 112 CIC. S. Rosc. 102 Q. CIC. pet. 35 FRONTIN. strat. 2, 11, 4 AVG. civ. 1, 32 p. 49 D.). CIC. inv. 1, 24 te id defensurum, quod existimeris. Verr. 1, 21 me id moleste ferre. 4, 71 vos intellegere (SEN. epist. 95, 9). leg. agr. 3, 13 se Sullanum esse (Att. 4, 1, 5 se inimicos esse. ANTON. Cic. Att. 10, 8ᵃ, 1 CAEL. Cic. epist. 8, 3, 1 QVINT. inst. 1, 2, 2. 10, 3, 14 PLIN. epist. 6, 12, 3 *al.*). dom. 121 me nescire ea, quae . . . -rem. Planc. 77 me plurimum debere. Rab. Post. 38. Mil. 52 illum eo die . . . rediturum. orat. 145 *eloquentia* se valere. 146 me didicisse. off. 2, 79 se accipere voluisse. Att. 8, 1, 4 mihi quae adhuc acta sint displicere (LIV. 33, 39, 4). 12, 20, 1 me . . . dolere. Q. CIC. pet. 35 te audisse (LIV. 33, 41, 2 VAL. FL. 2, 373 VVLG. I reg. 10, 27. *cf.* SEN. suas. 7, 12 exaudisse. SEN. dial. 6, 13, 1). OV. trist. 1, 7, 5 hoc tibi . . . dici. Pont. 1, 6, 3 fateri. LIV. 4, 23, 2 neuter tribunos militum eo anno fuisse traditum a scriptoribus antiquis -at. 8, 23, 6 aegre pati civitatem Samnitium. 8, 38, 3 postero die facturos. 21, 56, 8 sentire sese. 26, 7, 3 praetermissam occasionem. *al.* *β* quod: VARRO rust. 3, 4, 1 non -bo, quod volo de ornithone primum. SVLP. SEV. epist. 3, 19 quam sancto -bat gaudio, quod dolebat. *γ enuntiatum relativum*: CIC. Verr. 2, 27 quod saepe experti sumus. OV. epist. 9, 122 quae patior. HIER. epist. 14, 1, 2. 22, 35, 5. 57, 4, 2. 61, 3, 4. *δ enuntiat. interrog. obliq.*: CIC. epist. 14, 5, 1 ut mihi . . . -are non liceat, quid sentiam. VERG. Aen. 4, 291 quae rebus sit causa novandis. OV. Ib. 52 LIV. 10, 9, 11. 28, 42, 16 ubi Hannibal sit. 29, 1, 8. 35, 31, 11 quae fama vulgata de reddenda Demetriade Philippo foret. SEN. dial 7, 10, 1. QVINT. inst. 6 praef. 7 quid ille gratiae in vultu, quid iucunditatis in sermone . . . ostenderit. 7, 1, 3. 12, 9, 4. decl. 263 p. 75 quo pertineant rogationes. CAPITOL. Ver. 4, 6. *ε* quin, quominus: CIC. orat. 147 me . . . ille versus, qui vetat artem pudere proloqui quam factites, -are non sinit, quin delecter. DICT. 5, 13 quin palam desiderium fateretur. SVLP. SEV. dial. 2, 3, 7 SIDON. epist. 1, 7, 1 ALC. AVIT. hom. 8, 4. TERT. resurr. 63 p. 125 nec -are spiritum sanctum oportebat, quominus et huiusmodi eloquiis superinundaret.

2 *res corporeas: i. q. celare*: OV. fast. 3, 748 aspicit et ceras -atque (*sc. se non aspexisse simulat, cf. p. 1483, 30*) senex. VAL. MAX. 2, 6, 2 -andum et occultandum vulnerum suorum cruorem. PETRON. 126, 18 v. 4 (*de Iove in cycnum mutato*) plumā canos -are (*cf. p. 1483, 26*). STAT. Theb. 12, 287 *Argia* gradu caeco ferrum calcataque tela -at. PORPH. Hor. ars 338 carmen . . . novem annis.

3 *homines: i. q. repudiare, non agnoscere, mutando occultare* (*part. perf. pass. nonnullis locis quasi pro medio*): OV. epist. 5, 84 ut . . . Hecubae fuerim -anda nurus. ars 1, 690 Achilles veste virum . . . -atus erat. met. 2, 731 nec se -at *Mercurius*. 13, 163 Nereia (*i. Thetis*) . . . -at cultu natum. trist. 2, 437 (*de Metella cf.* APVL. apol. 10) quorum libris modo -ata Perilla (*sc. legitur*; Perillae *sc. nomine cod. Bern. ex testim. Merkelii, fort. recte*), nomine nunc legitur dicta, Metelle, tuo. Ib. 352 (*de Arsinoe?*) quaeque sui Venerem iunxit cum fratre mariti Locris in ancillae -ata nece. fast. 5, 504 -antque deos *Iuppiter et Mercurius*. 6, 507 -ata deam . . . Saturnia (STAT. silv. 1, 2, 14. *cf.* Theb. 9, 811 *Dorcei* vultu dea *Latonia* -ata). VAL. MAX. 9, 5 ext. 1 nec fuit ei (*Alexandro*) pudori filium, civem,

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

hominem -are. STAT. Ach. 1, 948. TAC. ann. 11, 30 quod ei (*Claudio*) Titios Vettios Plautios -visset *Narcissus*. APVL. apol. 10 qui (*Propertius*) Cynthiam dicat, Hostiam -et. AVSON. 213, 7 *Dynamius* rhetor Flavini cognomine -atus. PS. PHOEBAD. fid. prol. p. 31^B -ato auctore *libelli*. PETR. CHRYS. serm. 2 p. 188^B -at iudicem, qui magis vult implere genitorem (*i. iudex esse recusat qui genitor esse mavult*).

B *de bestiis, rebus*: 1 *bestia rem incorpoream i. q. supprimere*: STAT. Theb. 12, 605 campumque lacessens -at gemitus *taurus*. Ach. 1, 707 rabiemque minasque -ant *lupi*. SOL. 27, 18 *leones* ancipiti recessu -ant timorem. 2 *res rem incorpoream*: *i. q. occulere*: CIC. orat. 145 *eloquentia* id quod -at effugit. TIB. 1, 8, 44 ut annos -et viridi cortice tincta nucis *coma*. GRATT. 93 qui ... clausit venator pedicas quam -antibus armis saepe habet ... alieni lucra laboris ...! MANIL. 4, 367 -ant, non ostendunt mortalibus astra. VAL. MAX. 3, 8 ext. 1 Blasius vultu -ante (*fere pro adiectivo*) ac voce summissa monere Dasium coepit. 5, 3, 1 *saeculum* conditoris sui cruore ... maculatum ne summa quidem posteritatis -are pietas potest. PHAEDR. 4, 21, 2 quid iudicare cogitet livor modo, licet -et, pulchre tamen intellego. SEN. epist. 114, 12 quid illi (*magni nominis viro*) aetas sua ignoverit, quid in illo sciens -verit. SIL. 4, 349 *Siris* fonte quieto -at cursum. QVINT. inst. 9, 4, 21 -atque *simplicitas numeros*. PANEG. 3 (11), 12, 4 impatientes ad -andum indicium perturbationis oculi. HIER. epist. 48, 4, 3 ecclesiastica interpretatio, etiamsi habet eloquii venustatem, -are eam debet et fugere. *c. inf.*: FILASTR. 124, 3 anima -at inhaerere studiis. 3 *res corporea rem corpoream*: *i. q. incognitum reddere*: OV. met. 2, 374 capillos -ant plumae (*cf. p. 1482, 70*). MART. epigr. 1, 1, 4 -et (*fere i. q. desinat iactare, efferre*) Delon cornibus ara frequens. 4 *bestia personam vel bestiam*: OV. epist. 4, 56 Iuppiter Europen ... dilexit tauro -ante deum. GRATT. 208 quodsi *canes* ... -are feras (*i. simulare se feras non conspexisse, cf. p. 1482, 68*) tacitique accedere possent.

II *i. q. neglegere, neglegentem esse, non respicere* (*de scriptoribus, oratoribus, loquentibus fere i. q. non commemorare, omittere, praeterire; cf. p. 1484, 52. interdum notio proxime ad eam accedit, quae est sub I*): **A** *absolute*: CELS. 3, 2 p. 77 neque dubium est, quin vix quisquam, qui non -vit, sed ... mature morbo occurrit, aegrotet. SEN. dial. 4, 33, 1 saepe ... satius fuit -are quam ulcisci. epist. 53, 6 pedes dolent, articuli punctiunculas sentiunt: adhuc -amus. STAT. Theb. 9, 203 laevum ... femur *Hippomedontis* cuspide fixum ..., sed -verat ardens, sive ... nescierat. MART. 5, 36, 2 laudatus nostro quidam, Faustine, libello -at. IVV. 16, 9 (*ad militem*) ne te pulsare togatus audeat, immo etsi pulsetur -et. TAC. hist. 1, 73 Crispinilla variis frustrationibus et adversa -antis principis fama periculo exempta est. 2, 29 ne -ans suspectior foret, paucos incusavit *Valens*. GAIVS inst. 4, 124 quodsi -verit et per cognitorem egerit, rem perdit. dig. 6, 1, 30 si ante denuntiatum sit actori, ut impensam solveret, et eo -ante posita sit doli mali exceptio. MIN. FEL. 12, 2 deus patitur, -at. TERT. pudic. 1 p. 220 adversus *pudicitiam Christianam* nonne -are potuissem? spect. 1 ne aut ignorando aut -ando quis peccet. HERM. Pal. *et* vulg. sim. 5, 2, 7 cum *dominus* sensisset, quod esset bonum, non -vit. EDICT. imp. Diocl. I 6 -andi forsitan adque reticendi relictus locus videretur. DARES 28 Achilli nuntiatum est, -at. FILASTR. 150, 9 -antibus ... et non recte currentibus a domino haec non erunt conferenda. AMM. 22, 9, 10 inimicum quidam suum ... commisisse in maiestatem turbulentius deferebat imperatoreque -ante eadem diebus continuis replicans. 22, 14, 2 multa in se facete dicta comperiens *Iulianus* coactus -are pro tempore. VVLG. gen. 19, 16 -ante illo (*Lot*) apprehenderunt manum eius *angeli*. Iob 3, 26 nonne -vi? nonne silui? nonne quievi? Sirach 23, 13 si -verit (ὑπερίδῃ) *vir multum iurans*, delinquit dupliciter. CLAVD. 19, 15 (*de Eutropio oppresso*) -ant socii coniuratique recedunt. AVG. epist. 176, 5 plurimos ... si ab eis -etur, suis laqueis implicare. AVIT. BRAC. Lucian. epist. rec. B 4. CASSIAN. c. Nest. 3, 6, 7 -andum ultra non censuit *Paulus apostolus*. LEO M. epist. 157, 4. AVELL. p. 33, 6 *episcopi* ignorantibus iudicibus vel etiam -antibus atrocia exercent. p. 399, 6 crescere -ando perniciem. *cf.* GLOSS. Plac. V 16, 30 *et* V 16, 12 demusso dubito -o. IV 507, 54 *al.* distuli -vi. *nota part. praes. c. genet.*: AMBR. exc. Sat. 1, 26 cautelam praetermisisti -ans periculi tui. de: IMP. AVR. et COMM. Macer dig. 1, 18, 14 de modo poenae eius (*insanientis*) -are, cum satis furore ipso puniatur. TERT. idol. 11 si quis ... de turario -bit. AMBROSIAST. in I Cor. 1, 20 *deus* -ans de bonis. 1, 21 *homines* -antes de *deo*. a, ab: *se continere, omittere*: TERT. Scap. 4 quanti praesides et constantiores et crudeliores -verunt ab huiusmodi causis? CLAVD. DON. Aen. 1, 202 a quibus cum Troiani iam -assent, persuadet -andum etiam a praesentibus. 1, 217 nec *Aeneas* -are a perditis potuit. 4, 107 ab *Iunonis* ... fraudibus. 12, 400 a vulnere atque omnium fletu. AMBR. in psalm. 118 serm. 2, 9 *sol* -vit a me, quia non servavi mandata eius. AMBROSIAST. *saepe, velut* in Rom. 1, 1 a lege (13, 1). 1, 18 a veritate. 12, 19 ab ira. 14, 9 ab intentione edendi. I Cor. 5, 6 a ... crimine. *al.* RVFIN. hist. 10, 1 p. 960 AVG. *saepe, velut* c. Cresc. 1, 6, 8 ab ... convincendo errore 3, 48, 53 ab inquirenda causa (IMP. CONST LIC. Aug. epist 88, 6). civ. 1, 9 p. 14 ab eis docendis admonendis (epist. 188, 3) aliquando etiam obiurgandis et corrigendis (epist. 176, 3). epist. 44, 9 ab ... factis. *al.* COD. Theod. 4, 6, 3. hinc: AVG. civ. 3, 13 p. 218 etiam Tullius hinc -are non potuit. PS. AVG. quaest. test. 115, 55 p. 337.

B *c. obiecto*: OV. Pont. 1, 2, 148 de me ut sileam, coniunx mea sarcina vestra est, non potes hanc salva -are fide. SEN. epist. 81, 16 alia ..., per quae procedit omnis collatio, prosequetur et, si pusillum erit, quod intersit, -bit. COLVM. 1, 1, 6 cetera non -anda erunt agrorum cultori praecepta rusticationis. 3, 10, 7 si quam scientiam eligendi malleoli habet, eam ... -at ac superponit. 3, 18, 3 ut incommoda ista praeteream, certe illud, quod est inimicissimum, -are nequeo. 6, 37, 3 quidam non -andi auctores ... prodiderunt. 9, 6, 2 quamvis incommodum eius (*alvi*) ... non -verit *Celsus*. PETRON. 103, 6 -ata nauseantis devotione ad ordinem tristitiae redimus. STAT. Theb. 8, 696 obiectas acies turbamque minorem -at transitque manu *Tydeus*. MART. 4, 3, 6 madidis Helicen -are comis. 7, 10, 9 illud -as, ad te quod pertinet, Ole. QVINT. inst. 1, 5, 27 cum dico 'circum litora', tamquam unum enuntio -ata distinctione. 5, 13, 9 quod defendi non possit, silentio -andum. 6, 2, 36 haec -anda mihi non fuerunt (6, 3, 112). 6, 4, 14 ut quaedam in actione -ata subito in altercando proferantur. 9, 2, 94 si fuerint crebriores figurae, quam ut -ari possint. 10, 1, 40 non est -anda nostri ... iudicii summa. 11, 3, 34 consonantium quaedam insequente vocali -antur. 12, 8, 5 quid dicendum, quid -andum, quid declinandum ... sit. decl. 298 p. 178 -ata et remota persona mea parasitum abdico. 310 p. 221 supererat fortasse, ut causam quoque adhuc viri fortis agere temptarem. sane -emus partem. 350 p. 379 personam non onero, denuntiationem -o. PS. QVINT. decl. 16, 2 litis ... facinus. 18, 1 mortem filii. IVV. 9, 70 verum ut -es, ut mittas cetera. TAC. dial. 34 ut nec bene ⟨nec male⟩ dicta -rentur *ab invidis et faventibus*. Agr. 39. hist. 2, 71 -atus Marci Macri *consulatus* (*cui destinatus erat*) tamquam Othonianarum partium ducis. 2, 82 vitia magis amicorum quam virtutes. 4, 24 Civilis conatus. ann. 4, 19 (*inter crimina Silii*) conscientiā belli Sacrovir diu -atus, victoria foedata ... arguebantur. 15, 71 Acilia ... sine absolutione, sine supplicio -ata. SVET. Claud. 46 ultima vitae tempora. Nero 37, 3 -ata senatus mentione. APVL. apol. 45 quattuordecim servi petitu tuo adsunt, eos -as. 46. TERT. idol. 2 multifariam servos dei nec tantum ignorata, sed etiam -ata *idololatriae latitudo* subvertit. adv. Hermog. 32 p. 161. HERM. vulg. mand. 12, 3, 6 mandata. COMM. instr. 2, 15, 1 legem. SOL. praef. 8 ne ... prorsus ... -ata sit *origo Romae*. 1, 44 modus intercalandi ... -atus. HIL. in Matth. 6, 6 audita. AMM. 21, 3, 2. 28, 1, 24 tot malis -atis. VEG. mil. 1, 28 cura exercitii militaris primo neglegentius agi, postea -ari ... cognoscitur. 3, 26. mulom. praef. 5 curationem. HEGES. 1, 40, 9 officium. VVLG. sap. 11, 24 peccata hominum. CLAVD. 28, 361 (*Roma loquitur*) -ata diu tristes in amore repulsas ... queror. AVG. fid. et op. 3, 4 malos in ecclesia. civ. 13, 3 p. 558 D. non -anda nascitur quaestio. serm. ed. Mai 6, 3 facta ... humana. SVLP. SEV. chron. 1, 13, 3 imperium (2, 1, 4). dial. 2, 1, 4 *pauper* -atum se a clerico querens. OROS. hist. 1, 12, 8 taceo ..., praetermitto ..., Atrei et Thyestis odia stupra et parricidia ... -o. 5, 24, 17 -ato ... Mithridatico bello atque Delmatico. EPIST. pontif. 557 Thiel (Hil. 10) praef. 4. 559 Thiel (Hil. 11) 1. 587 Thiel (Simplic. 18) 1 curam caritatis et fidei. 612 Thiel (Felix 15) 4 meam personam. AVELL. p. 368, 28 potestatem. CONC. Aurel. a. 538 p. 83, 19 canones suos nec ignorare quemquam nec -are, id est praeterire, permittetur. *al.* *nota de animo*: SEN. epist. 94, 25 saepe animus etiam aperta -at.

C *pendent variae structurae*: 1 (*acc. c.*) *inf.*: COLVM. 4, 29, 2 in vitibus nimis temere tot mensium rusticis insitionem permissam. VAL. FL. 7, 485 me mox ... morituram patris ab ira. PS. QVINT. decl. 16, 2. SVET. Iul. 73 *a Valerio Catullo* sibi versiculis de Mamurra perpetua stigmata imposita. HERM. Pal. sim. 5, 2, 7 facere illud (SERM. Caspari Anecd. p. 223, 2). PS. CYPR. singul. cler. 33 peragere domini voluntatem. ANTH. 218, 7 venire (RVFIN. Adamant. 2, 21 PS. AVG. serm. 301, 5 SVLP. SEV. dial. 1, 14, 4 SIDON. epist. 2, 12, 1 FAVST. REI. serm. 19 p. 300. 29 p. 340 LEX Burg. lib. const. 8, 4 CONC. Aurel. a. 533 p. 62, 1). SYMM. epist. 9, 17 meorum ... accusare segnitiem. 9, 23 (21), 1 *amicitiam tuam* colere. 9, 25 (23), 1 referre gratias. 9, 36 (33) salutationi respondere. 9, 63. 9, 113 (103), 2. AMM. 20, 4, 8 procursare. 30, 8, 8 scire. PHOC. gramm. V 435, 16 non -bimus de illis dicere. PELAG. epist. ad Demetr. 30 extr. bene administrare. VVLG. I reg. 23, 13 exire. CLAVD. 5, 164 nostrae succurrere morti. PAVL. NOL. epist. 29, 13 concinere vigilantibus. AVG. conf. 5, 10, 19 hospitem reprimere. serm. ed. Mai 61, 2 *bis*. epist. 118, 3 mederi tibi. 179, 8 peccata contexere. 227. PS. AVG. serm. 4, 1 peccata vitare. 301, 1. 305, 1 *al.* 2 *enuntiatum relativum*: QVINT. decl. 323 p. 275 quae acciderunt. APVL. met. 7, 9 quod bonum mihi videtur. TERT. adv. Marc. 4, 2 p. 426 DICT. 1, 23. 3, 3. AVG. civ. 3, 2 p. 98 neque enim praetereundum aut -andum est, quod et in primo libro attigi. SACR. Leon. p. 464 quos vel -are quae sua sunt vel his contraria perspexeris operari. 3 *enuntiat. interrog. obliq.*: QVINT. decl. 258 p. 52 quae causa patri fuisset. 342 p. 350. GARG. MART. med. 1 rafanus quibus rebus sit contraria. 4 ut: CASSIOD. var. 2, 10, 1 nec -ari potest, ... ut sollicitatores publicos habeat genialis tori ... societas. 2, 24, 5 nos ... -are non possumus, ut sine acerbitate belli rebus suis exuantur oppressi et illi magis pereant, qui rei publicae parere festinant. PAPYR. Wessely p. 5 n. 1 -are non potui, ut tibi non scriberem.

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

syn.: *ad I*: celare (TER. Andr. 132 CIC. off. 1, 108), fingere (CIC. Att. 1, 18, 1 QVINT. decl. 351 p. 380), ignorare (SEN. contr. exc. 6, 2 contr. 1, 7, 17 QVINT. decl. 263 p. 75), indulgere (CIC. ad Q. fr. 2, 14, 2), insidiari (CIC. off. 1, 108 QVINT. inst. 10, 1, 21), negare (CIC. Att. 4, 1, 5), neglegere (CIC. Verr. 4, 144 Planc. 57), obtegere (CIC. Att. 1, 18, 1), occultare (CIC. ad Q. fr. 2, 14, 2 CAES. civ. 2, 31, 5 VAL. MAX. 2, 6, 2 TAC. ann. 3, 52 APVL. apol. 11), oblivisci (LIV. 39, 47, 9), mente premere (OV. fast. 3, 634), non sentire (PETRON. 79, 9), silere (AMM. 20, 4, 4), spernere (CVRT. 4, 16, 22), supprimere (SEN. benef. 5, 1, 5), tacere (CIC. Planc. 48 off. 1, 108 MART. 11, 108, 4 QVEROL. p. 37, 9), tegere (CAES. civ. 1, 19, 2 LIV. 26, 51, 12 TAC. hist. 4, 11 SVLP. SEV. Mart. 23, 11), velare (HIL. c. Const. 10). *ad II*: ignorare (SVET. Claud. 46 TERT. spect. 1 idol. 2 CONC. Aurel. a. 538 p. 83, 19), mittere (IVV. 9, 70), nescire (STAT. Theb. 9, 203), removere (QVINT. decl. 298 p. 178), reticere (EDICT. imp. Diocl. 1, 6), silere (VVLG. Iob 3, 26), superponere (COLVM. 3, 10, 7), tacere (COD. Theod. 4, 6, 3), transire manu (STAT. Theb. 8, 696).

oppos.: *ad I*: prae se ferre (SVET. Vesp. 12), efferre (TAC. ann. 3, 41), praeterire (AVG. civ. 3, 2 p. 98 D.), simulare (CIC. off. 3, 61 SALL. Iug. 95, 3). *ad II*: dicere . . . declinare (QVINT. inst. 12, 8, 5), malle (TERT. adv. Marc. 4, 2 p. 426), optare (HEGES. 1, 40, 9), ulcisci (SEN. dial. 4, 33, 1).

adverbia addita: *ad I*: bene (TER. Andr. 132 PVBLIL. Q 10 QVINT. inst. 6, 4, 17 PANEG. 8 [5], 8), callide (SVLP. SEV. chron. 1, 12, 2), difficulter (BELL. Alex. 48, 1), lepide (PLAVT. Cas. 771), male (OV. epist. 15, 7 ars 1, 276 VELL. 2, 109, 2 TAC. hist. 2, 92. 5, 11 ann. 3, 2), moderate (HIER. epist. 14, 1, 2), sedulo (TER. Hec. 578). *ad II*: male (AVG. civ. 1, 9 p. 14 D.).

derivata: dissimulabiliter, dissimulamentum, dissimulantia, dissimulatio, dissimulator.

part. perf. **dissimulātus,** -a, -um *saepius sumas pro adiectivo, fere i. q. occultus, obscurus, falsus*: QVINT. inst. 4, 1, 60 -a . . . et, ut Graeci dicunt, ἀνεπίφατος actio melius saepe subrepit. 4, 2, 117 compositio -a quidem, sed tamen quam iucundissima. 8, 6, 59 μυκτηρισμός, -us quidam, sed non latens derisus. decl. 338 p. 333 *odia* nec . . . occulta aut -ata saltem. TERT. adv. Marc. 2, 11 p. 350 nec causa -am evasisse severitatem *debuit*. FRONTO p. 52, 19 in quo *genere dicendi* nihil est oblicum, nihil interdum -um. AMBR. hex. 5, 9, 25 nihil . . . inexploratum, nihil -um reliquit. COD. Iust. 4, 35, 23 pr. puram et non -am facere donationem. ex -o *pro adv.*: VELL. 2, 109, 2 ex male -o agebat aemulum *Maroboduus*. SEN. nat. 4 praef. 5 non esse occulte nec ex -o blandiendum.

adverb. part. praes. **dissimulanter**. GLOSS. II 422, 43 προσπεποιημένως. *legitur inter* GLOSS. Plaut. (Prisc. gramm. III 59, 3) in Mercatore . . . -r. [*corrupt.*: GLOSS. Plac. V 29, 11 (*cf.* V 77, 6) taciter -r intraserunt.] **I** *i. q. occulte, tecte*: CIC. de orat. 2, 149 id (*voltus perspicere*) . . . -r facere. Brut. 274 numeris non aperte nec eodem modo semper, sed varie -rque conclusis. epist. 1, 5ᵇ, 2 ceteri sunt partim obscurius iniqui, partim non -r irati. OV. ars 1, 488 lecticam dominae -r adi. epist. 19, 130 ad limina crebro anxius huc illuc -r eo. LIV. 40, 23, 4 -r asservari iussus. perioch. 67 quartum consulatum -r captans *Marius*. VAL. MAX. 5, 7 ext. 1 bracchium adulescentis -r apprehendendo *Erasistratus* . . . comperit, cuius morbi aeger esset. PS. QVINT. decl. 18, 11 ferrem . . . suspiciones tuas . . . si -r indicia tanti sceleris agitasses. PLIN. epist. 1, 13, 2 ante finem recedunt alii -r et furtim, alii simpliciter et libere. SVET. Tib. 21, 2 Augustum palam nec -r morum eius diritatem . . . improbasse. Nero 33, 1 *Claudii* necis etsi non auctor, at conscius fuit *Nero* neque -r. APVL. met. 4, 9 frugi . . . et solitarii homines fortunam parvam vel certe satis amplam -r obtectam protegunt. 9, 5 mulier . . . hominem dolio . . . -r abscondit. AVSON. 163, 18 tu caeli numeros et conscia sidera fati callebas studium -r agens. AMM. 14, 1, 6 *ad colligendos rumores destinati* peragranter et -r honoratorum circulis assistendo . . . quidquid noscere poterant vel audire . . . nuntiabant. MACR. sat. 1, 11, 21 *Caepionem* dominum Neapoli *servus* -r occuluit. 5, 16, 12 interdum *Vergilius* auctorem suum *Homerum* -r imitatur. 5, 18, 1 *Vergilius* -r et clanculo doctus. PROSP. chron. I 483, 1375 *amici Valentiniani* concepti facinoris opportunitatem -r aucupantes egressum extra urbem principem confoderunt.

II *i. q. ficte, fallaciter*: GELL. 16, 19, 19 regem . . . navitas inquisitos . . . -r interrogavisse, *eqs.* APVL. met. 5, 15 ad destinatam fraudium pedicam sermonem conferentes *sorores* -r occipiunt sciscitari, *eqs.* 9, 7 ad maritumque eius (*feminae*) -r conversus *adulter* . . . ait. LACT. epit. 59 (64), 2 (11) nihil subdole, nihil -r loquetur *veritatis sectator*. ira 11, 10 quod *Cicero* non -r, ut Academicus (*cf. p. 1478, 55 sqq.*), sed vere atque ex animi sententia proclamavit. AVSON. 165, 5 (*ad Aemiliam Hilariam*) reddebas verum non -r ephebum. MACR. sat. 3, 14, 15 quod (*saltandi studium*) ei (*Gabinio*) Cicero non -r obiecit. *nota* -r ferre, *fere i. q. dissimulare*: VAL. MAX. 1, 5, 6 vox (*Κατωβασίλεια*) spem eius (*Pompei*) . . . comminuit neque id -r tulit (4, 1 ext. 9). *fere i. q. per ambages, circuitum*: MIN. FEL. 4, 3 *oratione* in te invectus *Octavius* obiurgavit neglegentiae, ut me -r gravius argueret inscientiae.

III *i. q. sine diligentia, non accurate, neglegenter*: OPTAT. 2, 18 querellas eius (*episcopi*) -r audistis (SVLP. SEV. chron. 1, 48, 5 non -r . . . audita est vox prophetae). AMM. 28, 6, 6 -r (*fere i. q. otiose*) diebus ibi quadraginta consumptis nullo temptato inde discesserat comes. EPIST. pontif. 322 (*a. 417*) Aug. epist. 182, 6 -r habetur vulnus duarum *ovium* (*sc. Pelagii Caelestiique*). AVG. c. Parm. 3, 2, 6 *ne* quasi -r neglegantur aliena peccata. CASSIAN. inst. 2, 16 -r de satisfactione et venia cogitare. AVIT. BRAC. Lucian. epist. rec. B 14 quare dissimulasti . . . non egi -r.

adv. part. perf. **dissimulātē:** *i. q. ficte*: SCHOL. Ter. p. 90, 22 eho: -e. p. 90, 29 Chremes solus et -e loquitur. *Bannier.*

dissio *v.* dissuo.

dissipābilis, -e *a* dissipare. *i. q. qui dissipari potest.* dissup-: CIC. nat. deor. 3, 31 *A V*. CIC. nat. deor. 3, 31 ignis . . . et aër . . . cedens est maxume et -is. LACT. ira 10, 29 si . . . dii . . . ex illis *atomis* constitissent, -es fierent seminibus . . . resolutis. CHALC. transl. p. 37ᴬ cum *anima* aliquam vel -em substantiam offenderit vel individuam, facile recognoscit, quid sit eiusdem individuaeque, quid item diversae dissolubilisque naturae (*item* comm. 52 *et* 103. *Plato* οὐσίαν σκεδαστήν. CIC. Tim. 27 materiam mutabilem).

dissipātio, -ōnis *f.* *a* dissipare. GLOSS. διασπασμός. *i. q. actus dissipandi.* dissup-: CIC. Phil. 5, 11 *V²*. *cf.* CIC. de orat. 3, 207 (*v. infra l. 33*) ac. 1, 33 (*v. l. 46*).

I *de motu locali (i. q. dispersio)*: *rerum corporalium*: CIC. nat. deor. 1, 71 *Epicurus* dum individuorum corporum concretionem fugit, ne interitus et -o consequatur, negat *eqs.* ITALA Ier. 12, 11 (Hier. in Ier. 3, 10, 1) -e dissipata est terra (ἀφανισμῷ ἠφανίσθη, VVLG. desolatione desolata est. *sed cf.* VVLG. Is. 24, 3 -e dissipabitur terra). VVLG. Ier. 12, 11 posuerunt eam (*vineam*) in -em. EVCHER. instr. 1 p. 104, 27 (*ad eccles. 12, 5* 'dissipabitur capparis') in -e capparis concupiscentiae frigus ostendit. GREG. M. moral. praef. 16 Sophar . . . dicitur -o speculae vel speculationem dissipans. *verborum in rhetorica*: CIC. de orat. 3, 207 *inter varia ornamenta orationis*: dinumeratio et alia correctio et -o (disputatio *cod. Erlang. et ed. Rom. 1469*) et continuatum *eqs.* (QVINT. inst. 9, 1, 35. *cf.* 9, 3, 39 illa dispersa sunt, quae a Cicerone dissupata dici puto: 'hic segetes, illic veniunt felicius uvae, arborei fetus alibi'). *hominum*: CIC. rep. 2, 7 Carthaginem et Corinthum pervertit . . . error ac -o civium (*cf. supra*: non haerent in suis sedibus. *item*: exulant et vagantur). ITALA Ier. 24, 9 (Ps. Cypr. pasch. 11) dabo eos in -em in omnia regna terrae (εἰς διασκορπισμόν, VVLG. in vexationem afflictionemque). HIL. in psalm. 67, 32 gentium. VVLG. Ier. 25, 34 (*cf.* HIER. *ad l.*). *membrorum*: IGNAT. Rom. 5 confractio ossium, -o membrorum (*gr.* συγκοπὴ μελῶν).

II *translate (i. q. detrimentum, infirmatio)*: *generatim rerum incorporalium*: CIC. ac. 1, 33 haec erat illis (*Academicis*) forma *disciplinae* a Platone tradita, cuius . . . -es (disputationes *codd.*) . . . exponam (*cf. infra*: Aristoteles . . . labefactavit . . ., Theophrastus . . . fregit). AVG. civ. 16, 27 p. 170 D. *testamenti* (*cf.* ITALA gen. 17, 14 [Aug. civ. *l. l.*] testamentum meum dissipavit). *bonorum, maxime sumptu*: CIC. Phil. 5, 11 pecuniae publicae. 13, 10 praedae. FIRM. math. 3, 3, 19 quorum patrimonium frequenti et cita -e depereat. 4, 15, 5 *Luna* patrimonium . . . -bus lacerat (*M*, lacerationibus dissipat *rell. et edd.*). 5, 3, 35 totum . . . -bus minuunt. 5, 3, 40 substantiam . . . misera -e deperdunt.

III *generali significatione*: AVG. in psalm. 134, 19 rex in omni gente prior est; Aegyptus afflictio est, Pharao -o. afflictio ergo regem habet -em; quia illi, qui affligunt ecclesiam, dissipati affligunt . . . quoniam rex ducit, populus sequitur; praecedit -o, sequitur afflictio. 134, 20 -o rex afflictionis.

dissipātor, -ōris *m.* *i. q. qui dissipat.* GLOSS. V 414, 25 prodigus: -r substantiae. *de haeretico, inimico ecclesiae*: LVCIF. Athan. 1, 38 p. 133, 11 dicis te dei servum, cum sis ipsius -r legis (*cf.* HIER. in Is. 8, 11 p. 123 Sammai . . . -r interpretatur . . ., eo quod . . . legis praecepta dissipaverit). AVG. in euang. Ioh. 11, 13 adversus haereticos, adversus schismaticos, adversus -es ecclesiae (VIGIL. THAPS. c. Eutych. 1, 2 Nestorii . . . *ecclesiae Constantinopolitanae* non rectoris, sed -is. *cf.* FACVND. defens. 12, 3 p. 844ᶜ si quis . . . ecclesiam turbat, hic non dispensator familiae dominicae, sed -r est et mysteriorum dei dispersor). *sim. de diabolo* ACT. Petr. 8 lupus rapax, vorator et -r vitae aeternae. *dicitur in bonam partem*: PRVD. psych. praef. 34 Abram triumphi -r hostic'. AVELL. p. 735, 13 *Iustinus* scismatum et superbiae -r et cultus veteris restitutor (*refertur ad IV reg. 18, 4* dissipavit excelsa, *cf. p. 1487, 74*). *generatim*: EVCHER. instr. 2 p. 141, 22 'Aaron' mons fortitudinis. 'Pharao' denudans eum sive -r eius (*sim.* ISID. orig. 7, 6, 43, *sed* denegans eum).

[*dubiae traditionis*: AVG. mor. Manich. 2, 13, 30 signaculi -r (*ed. Er.*, dissignator *mss.*).]

⟨elutius:⟩ **dissipidius,** dissolutius, minus sapidum: SCHOL. Hor. sat. 2, 4, 16. *a* dis- *et* sapidus.

dissipisco *v.* des-.

ˣ**dissipo** (dissupo), -āvī, -ātum, -āre [*a* dis- *et* supare. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 111 insupare inicere, unde fit -are. p. 311 supat iacit, unde -at disicit. *cf.* p. 105 insipere far in ollam (farinolam, -ulam *codd.*), iacere pultis. unde -are, obsipare. dissup- *in lapide*:

[*Hey*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CORP. IX 4130. *hic illic in codd.* CIC. LVCR. LIV. SEN. phil.; *praeterea habent Noni codd. omnes ad* ENN. scaen. 118 *et pars codd. ad* COM. inc. Non. p. 287, 8 (= LVCIL. 801 L. *cf.* 922 Marx), ITALA Marc. 9, 26 cod. k. *de syncopis v. Neue-Wagener IV[3] p. 114.* *in tmesi:* LVCR. 1, 651 *v. p. 1489, 19.* GLOSS. διασπῶ, διασκορπίζω, διασκεδάζω, σκεδαννύω. -at παρακούει (παρακρούει *apud Labb. i.* desipit? *Götz*), παρατάσσεται (*ad* dirigit? *Götz*), διασκεδαννύει, disturbat (*det-al.*). -a disrue, disperge. -atum καταλυθέν. *inde a* PLAVTO, *v. p. 1488, 12.* *non habent* TER. CATVLL. SALL. NEP. VERG. TIB. PROP. MANIL. VELL. MELA ASCON. PERS. PETRON. CALP. FRONTO. *nota raritatem: semel ap.* PLAVT. VARRONEM MART. QVINT. decl. TAC. PLIN. epist.; *bis ap.* RHET. Her. SEN. contr. VAL. MAX. VAL. FL. SIL. FLOR. SVET.; *ter ap.* HOR. PHAEDR. (app.) PLIN. nat. STAT.; *quater ap.* CAES. APVL. (met.). *frequentant* CIC. LIV. VITR. SEN. phil. FIRM. math. [*loci dubiae interpretationis:* VVLG. psalm. 34, 16 Is. 42, 14.]

I *proprie de motu locali* (*i. q. disicere, dispergere, diffundere, segregare, separare*): **A** -are *res corporales:* **1** *subi. persona* (*animal*): **a** *de dispersione, divisione, dilatatione:* CIC. div. 1, 76 simia . . . sortes . . . disturbavit et aliud alio -vit (2, 69). OV. met. 4, 241 -at (*sc. penetrando*) hunc *tumulum* radiis *Sol.* SEN. dial. 9, 1, 8 divitiis per omnes angulos -atis. PRVD. psych. 603 dispergit servata (*sc. aurum, marsupia etc.*) . . . victrix et egenis -at. *sim.* SEN. contr. 1 pr. 17 nec patiebatur *Latro* alimenta . . . aequaliter digeri, sed perturbata ac -ata in caput agebat. SEN. Tro. 468 Hector . . cervice fusam -ans iacta comam (*aliter v. p. 1488, 54 sqq.*). PHAEDR. app. 8, 10 ille . . . sputum digitis -at. *in agricultura:* VAL. MAX. 4, 4, 4 illi . . . glebas . . . -bant (*sc. aratores.* PALLAD. 2, 3, 2 dolabris). COLVM. 2, 5, 2 cum in agro disponentur acervi stercoris, non debet maior modus eorum -ari, quam. 2, 10, 6 vehes stercoris . . . disponemus -bimusque (2, 15, 2). 2, 17, 4 grumos. PALLAD. 10, 1, 2 *cumulos* stercoris. *in geometria:* BOETH. arithm. 2, 6 p. 92, 4 *triangula figura* in tria triangula -atur (*supra:* dividere). 2, 7 est . . . triangulus numerus, qui in solis tribus unitatibus -atur (*infra:* segregare).

b *accedente significatione perdendi, infirmandi sim.:* *obi. variae res solidae:* CIC. leg. agr. 2, 89 effusis ac -atis fructibus. Vatin. 34 num quis . . . *quaesitorem* vi deturbarit, subsellia -arit, urnas deiecerit. Pis. 93 illi . . . statuam . . . deturbant, affligunt, comminuunt, -ant. LIV. 4, 15, 8 tecta parietesque . . . -rentur bonaque . . . publicarentur. 23, 24, 13 res, quia nihil -atum fuga est, stratae per . . . ordinem inventae sunt. VITR. 10, 13, 1 Carthaginienses . . . totam communitionem -verunt (*sc. tigno*). 10, 16, 2 machinam malleolis et ballistarum plagis. CELS. 7, 7, 14 *suffusio* acu concidenda et in plures partes -anda est. SEN. dial. 2, 5, 7 *bona* quae -ata et direpta ferebantur *in urbe capta.* PLIN. nat. 10, 204 *asinus* spinetis . . . se . . . atterens nidos . . . -at. VAL. FL. 7, 626 *Iason* galeae nexus ac vincula -at (*i. 'celeriter solvit', Langen. cf.* HIER. in Eph. 4, 3 pacis vinculo -ato atque corrupto. VVLG. iud. 15, 14. *cf. etiam l. 55.* *sim.* STAT. silv. 3, 2, 57 longo clamore magister [*sc. navis*] -at amplexus *discedentium* atque oscula fida revellit). FLOR. epit. 4, 11, 6 *naves* habiles . . . illas graves . . . adortae missilibus . . . ignibus iactis ad arbitrium -vere. VLP. dig. 47, 9, 3, 7 aedificium. ITALA Is. 58, 6 (Cypr. domin. orat. 33 testim. 3, 1 Barnab. 3, 3) omnem consignationem iniustam (cautionem malignam *Barnab.*) -a (διάσπα, VVLG. omne onus dirumpe. *cf.* TERT. adv. Marc. 2, 19 p. 361, 8 -are scripturam iniustam. 4, 37 p. 548, 8 omnem conscriptionem iniquam -ans). ITALA Marc. 5, 4 (cod. e) catenas (διεσπάσθαι, VVLG. dirupisset). HERM. Pal. sim. 8, 6, 3 qui non custodierunt sigillum (*i. baptismum*) integrum . . ., sed -verunt (τεθλακότες). PANEG. 10 (4), 33, 5 *facilius est* -are apta quam divulsa componere (*cf.* CIC. orat. 235 *p. 1493, 8*). LAMPR. Heliog. 9, 2 *consecrationem* (*i. carmina*). LACT. mort. pers. 52, 2 *bestiae malae* divini gregis . . . cubilia. FIRM. math. 8, 27, 7 civitates (*opp.* restaurabunt. HIER. in Dan. 9, 24 p. 695 civitatem et sanctuarium). PALLAD. 3, 17, 2 cuneum . . . consideranter deponimus, ne corticis fascia -etur. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 11 p. 191, 6 muros civitatis (*infra:* deiecit. VVLG. II par. 32, 5). OBSEQ. 33 grex luporum limites. AMBR. Isaac 8, 65 *bonus rector* novit copulare discordes *equos* (*sc. temperantiam et fortitudinem*), ne forte currum suum (*i. animam*) -ent. HIER. epist. 18 A 5, 2 domum . . . insipiens -at manibus (*opp.* aedificare). 53, 8, 14 ut . . . -atas quadrigas . . . vaticinetur *Zacharias* (*cf.* VVLG. Zach. 9, 10 disperdam quadrigam). in psalm. 2 p. 8, 13 vas figuli . . . si -etur (VVLG. Ier. 18, 4. *cf.* SEN. dial. 6, 11, 3 *p. 1489, 16*). VVLG. num. 9, 21 -bant tentoria (*ibid.* proficiscebantur. 9, 22 movebant castra). deut. 12, 3 -ate aras eorum et confringite statuas (II par. 34, 7 *altaria* [*ibid.* contrivisset]. AVELL. p. 35, 1 securibus). IV reg. 16, 3 idola . . . dominus. 18, 4 excelsa (*ibid.* contrivit, succidit, confregit. 21, 3). I Esdr. 6, 12 domum. Iob 30, 13 itinera (Is. 3, 12 viam). 38, 31 gyrum Arcturi (*opp.* coniungere). eccl. 5, 5 iratus dominus . . . opera manuum tuarum. 10, 8 saepem (*cf.* ITALA [Vincent. Ler. 21, 16] scindentem). Is. 49, 8 possideres hereditates -atas (*i. vastatas*). 49, 17 destruentes te (*Sion*) et -antes 65, 8 ne -es illud (*granum in botro*). *obi. suppl.* Ier. 1, 10 ut evellas et destruas et disperdas et -es, et aedifices et plantes (*sim.* 31, 28). 2, 13 cisternas -atas, quae continere non valent aquas. 47, 4 -bitur Tyrus et Sidon. 49, 2 *urbs* erit in tumulum -ata. Ezech. 36, 36 ego dominus aedificavi -ata plantavique inculta. Dan. 4, 20 *arborem.* Nah. 2, 10 *Ninive* -ata est et scissa et dilacerata. Zach. 9, 10 -bitur arcus belli (*ibid.* disperdam). *in* VVLG. *talia saepius.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 3, 3 *canes* alienos labores (*ibid.* laniare et discerpere. *Greg. Naz. orat. 26 p. 1232 B* σπαράξαι καὶ διασπεῖραι καὶ διαλῦσαι κόπον ἀλλότριον). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 6, 7 machinarum tegmina (*Ios. bell. Iud. 5, 280* ἐσπάραττον). PRVD. perist. 3, 129 martyr . . . simulacra *deorum.* cath. 7, 157 rex . . . laenam revulsa -bat fibula. COD. Theod. 9, 17, 2 pr. (*a. 349*) qui -arunt (*sc. columnas al.*) vel ornatum minuerunt (*supra:* abstulerunt, deiecerunt, GREG. M. moral. praef. 16 *v. p. 1486, 30.* *sim.* VVLG. I Esdr. 6, 12 regna. AVG. civ. 18, 42 p. 320 D. comites . . . regnum *Alexandri* . . . -assent bellis omnia vastaturi. CHRON. Alex. chron. I p. 128, 304 EXC. barb. p. 304, 24 Fr. *obi. membra, artus, corpus:* PLAVT. frg. inc. 50 -bo te tamquam folia farfari. TRAG. inc. 169 nati (*sc. Absyrti*) -atos artus (*v. infra l. 34. cf.* CIC. Manil. 22 *Medeam* praedicant . . . fratris sui membra . . . -visse, ut eorum collectio dispersa . . . celeritatem . . . retardaret. OV. trist. 3, 28 *Medea* divellit divulsaque membra per agros -at. LACT. inst. 3, 2, 2 si . . . potest corpus vocari, cuius partes ac membra . . . quasi disiecta et -ata palpitare . . . videantur. AVG. civ. 10, 11 p. 420 D.). LVCAN. 6, 178 *Scaeva* caput obterit ossaque saxo ac . . . cerebrum -at (HOMER. 452 Tydeius ensis [*ibid.* ossa . . . spargit]. ITALA iud. 5, 26 (Lugd.) [διήλωσε, VVLG. tempus valide perforans]). VAL. FL. 6, 380 regina . . . partem capitis galeaeque *securi.* SIL. 1, 402 gladio . . . crepitantia ossa. APVL. met. 7, 17 -ato corio *asini* (*sc. ictibus*). TERT. spect. 12 p. 14, 22 nisi . . . feris humana corpora -rentur (*cf.* 21 p. 22, 11 in amphitheatro derosa et -ata . . . corpora. anim. 33 p. 356, 22 *iudicia humana* sicarium . . . feris -ant. ARNOB. nat. 2, 41 in amphitheatris mandi homines . . . et bestiarum laniatibus -ari). fug. 5 praesidi oblatus, tormentis -atus. ITALA Marc. 9, 25 (cod. k) *spiritus surdus* -vit eum et exivit de eo (σπαράξας, VVLG. discerpens. VVLG. Luc. 9, 39 *spiritus* -at eum cum spuma et vix discedit dilanians eum; *gr.* σπαράσσει. *item* 9, 42, *ubi gr.* συνεσπάραξεν). ARNOB. nat. 1, 41 Liberum . . . membratim ab Titanis -atum. 5, 19 vos . . . caprorum (*sc. in Bacchanalibus*) reclamantium viscera cruentatis oribus -atis. LACT. inst. 5, 11, 6 *belua* non tantum artus hominum -at, sed et ossa ipsa comminuit (epit. 61, 4 mort. pers. 21, 6). FIRM. math. 6, 15, 8 -ati corporis laceratione confecti. AVSON. 72 tit. qui testam hominis . . . -are voluit (*infra* vers. 4 silicis verbere dissicuit). PELAGON. 286 hirundinis pullos ore -atos (*cf. Ihm ad l.*). VVLG. Ier. 15, 3 ad devorandum et -andum (*sc. a bestiis*). CASSIOD. Ios. antiq. 13, 19 matrem caedi vel -ari (*sc. tormentis. Ios. arch. Iud. 13, 233* σπαραττομένην). PRVD. perist. 10, 802 fabricam corpusculi (*sc. tormentis*). *transl.* AVG. quaest. hept. 4, 49 (*ad Ter. Andr. 408:* orationem . . ., qui differat te) solet . . . intellegi 'differat' velut 'hac atque illac ferat tempestate verborum' quasi 'discerpat et -et' (*cf.* EVGRAPH. Ter. Andr. 407). PETR. CHRYS. serm. 132 p. 562[B] qui corpus Christi -ant, membra dispergunt. ROMVL. fab. Aesop. (rec. g) 75, 10 *panthera* pecudes . . . trucidat, pastores -at (rec. W *et* rec. v necat). VICT. VIT. 1, 7 *alios* a meatu . . . naturali usque ad arcem capitis -bant (*i. scindebant*). 1, 34 -atis carnibus. 2, 16 quos . . . flagellis. 3, 40 verberibus. OP. imperf. in Matth. 33 p. 812 in destructionem carnis suae agit, quod agit et -at carnem suam. MVTIAN. Chrysost. hom. 7 p. 289 (σπαραττόμενον). GREG. M. in euang. 7, 4 ursorum bracchia. VITA Fulg. 18 flagellis membra . . . -antibus. PASS. Matth. 13 vivos -ate (σπαράξατε, διασπαράξατε) et . . . comedite. *sim. de crinibus scissis:* MVTIAN. Chrysost. hom. 4 p. 268 alius . . . capillos -at, illa . . . ululat. ACT. Petr. 17 conscissa veste, crinibus -atis lugentem. *aliter v. p. 1487, 25.* *nota* MVTIAN. Chrysost. hom. 15 p. 339 -or ex indignatione. *obi. reliquiae hominum:* CIC. leg. 2, 56 C. Marii . . . reliquias . . . -ari iussit Sulla. HOR. epod. 16, 14 barbarus . . . ossa Quirini. 17, 48 prudens anus novendialis -are pulveres. TERT. apol. 37, 2 *mortuos* de requie sepulturae . . . avellant, -ent (*Fuld.*, dissecent *vg.*), distrahant. SPART. Sept. Sev. 11, 5 senatorum . . . cadavera -ari iussit (LACT. inst. 6, 20 ictibus). VVLG. psalm. 52, 6 deus -vit ossa eorum, qui *eqs.* AVG. civ. 22, 20 p. 600 D. in resurrectione . . . natura corporum . . . -atorum in integrum . . . revocanda.

2 *subi. res:* **a** *obi. res solida:* SISENNA hist. 11 -atis (*sc. per tempestatem?*) imbricum fragminibus ac testis tegularum. CIC. nat. deor. 2, 41 ignis . . . cuncta disturbat ac -at. Att. 15, 11, 3 dissolutum offendi navigium (*sc. rem publicam*) vel potius -atum (*sc. tempestate. cf.* TERT. anim. 52 p. 385, 3 nihilo refert integram abire corporis navem an -atam [*supra:* naufragia . . . vitae]. resurr. 60 p. 121, 22 navem procella -atam vel carie dissolutam. HIER. in Ier. 21, 8—10 p. 984 ante naufragium et -atam navem. CYPR. epist. 30, 2 erret *homo* . . . necesse est et huc atque illuc . . . negotiorum tempestatibus -etur [*sc. tamquam navis*]). AETNA 502 moles . . . pulsatos -at ictus. LIV. 40, 2, 3 tempestas . . . fastigia . . . templorum a culminibus abrupta foede -vit (OBSEQ. 5). OBSEQ. 16 *tempestate* aedificia -ata. 46 nimbis et procella plurima (*sc. aedificia*) -ata. VITR. 1, 5, 5 *turres* quadratas . . . machinae celerius -ant. 7, 2, 1 calculi . . . dissolvunt et -ant tectorii politiones. SEN. dial. 12, 1, 2 hoc universum . . . dies aliquis -bit et in confusionem veterem tenebrasque demerget. nat. 2, 28, 3 ictu . . . totum globum -ante. *obi. suppl.* 2, 40, 2 *genus fulminum,* quod -at (*supra:* quod discutit. *infra:* rumpit icta. PLIN. nat. 2, 137). 2, 52, 1 *fulmen* valentiora . . . vehementius. 2, 52, 2. 6, 14, 4 *spiritus* cum . . ., quidquid intravit, vi sua diducat ac -et. 6, 21, 1 spiritus potest -are

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

magna spatia terrarum (LVCAN. 10, 232 terras ... ignis. ITALA Ier. 12, 11 [Hier. in *h. l.*] *v. p. 1486, 25.* VVLG. gen. 9, 11 diluvium -ans terram. OP. imperf. in Matth. 33 p. 811 cameli pes ... non -at terram [*cf. ibid.* p. 812 -at, id est, demolitur terram]) SEN. nat. 6, 30, 5 (*ibid.* findere *et* scindere). PLIN. nat. 28, 151 sanguine cervino ... contrahi serpentes tradunt, -ari deinde, si *eqs.* GRAN. LIC. p. 22, 4 fulmine afflatus est et culmen tabernaculi -atum. SOL. 52, 56 adamantes ... malleis ... ante fractis et incudibus -atis aliquando cedunt atque ... dissiliunt (PLIN. nat. 37, 59 incudes malleosque frangens). VOPISC. Tac. 15, 1 *statuae* deiectae fulmine ita contritae sunt, ut membratim iaceant -atae. PALLAD. 6, 2, 1 -antibus ventis *materiam* (*obi. suppl.* VVLG. Ezech. 13, 11 dabo ... ventum procellae -antem). AVG. civ. 8, 2 p. 323 D. *mens* corpora aeterna ... coniungendo et -ando ageret omnia. CYPR. GALL. exod. 1071 lignis ... perpetuo validis, nulla quae -at aetas. CORP. IX 4130, 4 canales vetustate corruptos et -atos. *transl. de homine*: SEN. dial. 6, 11, 3 quid est homo? quolibet quassu vas et quolibet fragile iactatu; non tempestate magna, ut -eris, opus est (*infra*: solveris). b *obi. res liquida sim.* (*solvere, dispergere*): VARRO rust. 3, 14, 3 ut *aqua* in ... lapidem incidat ac late -etur. LVCR. 1, 651 acrior ardor ... conductis partibus *ignis* esset, languidior ... disiectis ⟨dis⟩que supatis. 2, 210 sol ... -at omnes ardorem in partes. 4, 873 glomerata ... vaporis ... corpora -at adveniens liquor ac restinguit ut ignem. 6, 163 lapidem si percutiat lapis ... scintillas -at ignis. 6, 181 *ventus* fervidus ... -at ardoris ... semina. OV. met. 2, 801 *invidia* per ossa -at et ... spargit ... venenum. LIV. 5, 16, 9 *aquam* -atam ... rivis extingues. VITR. 1, 6, 9 ut *venti* advenientes ad angulos insularum frangantur repulsique -entur (LVCAN. 9, 451 austrum ... non ... frangit Libye scopulisque repulsum -at et ... solvit). 5, 9, 5 umores ... aer ... extenuat ... -ando quod plus inest quam *eqs.* 7, 8, 3 lapide⟨u⟩m ... pondus ... neque eum liquorem potest ... premere ... nec -are. 8, 1, 7 ex his (*aquis*) quod est levissimum ... aer avocans -at in impetum caeli. SEN. nat. 1, 13, 2 nubes ... ab eo (*sole*) -atur. 2, 15 *aer* nubium sinus -at. 2, 22, 2 *procellis* id quod obvium fuit, -atur et rapitur et longe a loco suo proicitur. 4, 2, 19 imbres nivem diluunt, reliquias eius ... calor -at. 7, 1, 7 conglobatam *flammam* ... mundus turbine suo -asset. 7, 9, 4 *conversione mundi* omnium ventorum in unum congesta vis -retur (*supra*: solveretur). SOL. 36, 3 radiis caliginem -antibus. VVLG. prov. 25, 23 ventus aquilo -at pluvias. AVG. serm. ed. Mai 188, 2 lux ... nebulam. DRAC. laud. dei 1, 410 luna tenebras. *in re medica*: VITR. 8, 3, 18 venae *fontium* ... -ant, quae ... in corporibus *hominum* ... offenderunt. CELS. 3, 27, 4 suppurationes ... perea malagmata, quae digerunt, -entur (*cf.* SCRIB. LARG. 263 malagma, quod discutit strumas ... suppurationem -at). 5, 27, 4 *acetum* habet *vim* -andi (*sc. venena*). 5, 28, 7 medicamenta ... umorem. *sim.* STAT. Theb. 12, 774 auras -at hasta tremens. c *obi. corpus humanum* (*lacerare*): ENN. scaen. 118 alia fluctus differt -at visceratim membra. LVCAN. 3, 473 saxum (*sc. ballistarum*) ... totos cum sanguine -at artus (*ibid.* frangit). APVL. met. 5, 27 per saxa ... membris iactatis atque -atis et ... laceratis. 6, 26 silices ... te ... membratim -bunt. FIRM. math. 1, 7, 21 corrupta ac -ata *per morbum* facie. 6, 11, 4 *hae geniturae* publica animadversione prostratos miseris lacerationibus -ant (*similia v. p. 1491, 80 sqq.*). 6, 29, 10 ferarum morsu consumpti artus ... lacerationibus -antur. 6, 31, 75 *al.* VEN. FORT. vita Radeg. 26, 62 lima cilicii membra ... saetis asperis -ante.

3 *passive, incerto vel non diserte addito subiecto dissipandi*: a *de rebus solidis*: VITR. 2, 7, 2 Tiburtina *saxa* simul ... sunt ab eo (*igni*) tacta, dissiliunt et -antur. 2, 8, 3 monumenta ... proruunt et ... dissolutis iuncturis ... -antur. 8, 3, 16 *hanc aquam* neque aeneum nec ferreum vas potest sustinere, sed dissilit et -atur. 8, 3, 19 isdem rationibus (*sc. aceto suffuso*) aes ... -bitur et fiet aerugo (*supra*: dissolvi; *infra*: dissilire *et* dissolvi). SEN. nat. 6, 2, 3 quod tremunt terrae, quod subito -antur. COLVM. 2, 2, 18 *gleba* illisa humo non -atur. MART. 1, 82, 1 pulvere -ata multo ... porticus explicat ruinas. ARNOB. nat. 3, 35 si ... mundus unum est animal ... nec in plura potest numina -ari (*syn.* scindi, *opp.* conflari, cogi). VEG. mulom. 2, 33, 1 quae sunt disrupta, componis ... compingis ad locum et ... fasciato, ne iterum -etur. VVLG. eccles. 12, 5 -bitur capparis. OP. imperf. in Matth. 39 p. 847 corpus ... debile ..., etiamsi modice tactum fuerit, citius -atur. *ibid.* tacuimus quasi cithara -ata. *sim. de navibus*: LIV. 35, 43, 4 collectis in alto quae -atae erant navibus. 42, 48, 10 onerariae ex agmine suo per altum -atae. b *de rebus liquidis*: VITR. 5, 2, 2 vox ... priusquam in aëra elata -bitur, auribus erit intellecta (VINDIC. med. 22 aëris laxioris causa -atae *voces* etiam proximorum difficilius audibiles fiunt). 7, 10, 2 praefurnium ... comprimitur, ne flamma extra -etur (SEN. nat. 1, 1, 3 *flamma* in cursu suo -ata est). 7, 19, 2 *cometae* dilabuntur ... et ... -antur. 8, 6, 13 *mali vapores* quemadmodum per nares spiritus ex aestu (aestuariis *Ioc.*) -buntur. SEN. nat. 1, 2, 6 *aer fluens* non ... resistit nec formatur, quia prima quaeque pars eius -atur. MIN. FEL. 5, 8 homo et animal ... elementorum ... concretio est, in quae rursum homo et animal omne dividitur, solvitur, -atur. FORTVN. rhet. 3, 17 prandendum est ... cibo tenero ..., qui ante cenae tempus -etur. CASSIOD. in psalm. 101, 4 fumum videmus de flamma ... egredi, sed in auras ... tenuissime -ari. *sim. de animo* (*anima*): CIC. Tusc. 1, 18 qui discedere animum censent, alii statim -ari, alii diu permanere. 1, 24 si anima est *animus*, fortasse -bitur. 1, 42. 4, 78 quid est autem se ipsum colligere, nisi -atas animi partis rursum in suum locum cogere? PALLAD. hist. mon. I 2 p. 256^B *animam* una cum corpore -ari atque dissolvi (συνδιαλύεσθαι). *aliter* MACR. somn. 1, 11, 1 *anima* individuo fonte naturae in membra corporea -atur. c *de re immobili*: CELS. 8, 1 p. 324^D alia *foramina* ... in multa et tenuia foramina -antur.

B -are *res incorporeas*: 1 *dispergendo, dilatando*: RHET. Her. 2, 3, 5 falsos rumores -atos esse (CIC. Phil. 14, 10 LIV. 7, 38, 9 *al.*). 2, 8, 12 rumorem proferre et confictam fabulam -are. CIC. Verr. 2, 17 cum ... amici ... sermones ... -assent (Flacc. 14). Planc. 57 nihil ... latius -atur *quam maledictum*. Phil. 14, 15 famam. CAEL. Cic. epist. 8, 1, 4 te ... subrostrani ... -arant perisse. PANEG. 10 (4), 25, 4 multitudinis portio ... ⟨per⟩ totum exercitum timoris contagium -arat. PHAEDR. app. 8, 6 factum rumor -at. *sim., ut vid., dictum* COMM. apol. 812 Apollyon ..., qui persecutionem -et sanctorum in armis (*i. spargat per orbem?*). COMPVT. Carth. 2, 9 *in computo*: assem ... annos per singulos scripulis -are. 2, 10 unus assis ... ab imperitis ... in contentionibus -atur. *passive incerto subiecto*: LIV. 28, 3, 1 Scipio ... animadvertit -atum passim bellum. 2 *dividendo, frangendo, solvendo*: LVCR. 2, 1003 mors ... coetum -at ollis, inde aliis aliud coniungit. VITR. 6, 8, 7 dentes ... -bunt retinendo impetum congestionis. SEN. epist. 100, 6 quidam usque eo asperā *compositione* gaudent, ut etiam quae mollius casus explicuit, ex industria -ent. BOETH. in Porph. comm. pr. p. 79, 4 si qua sunt subteriora, illa, quae sunt superiora, dispertiunt et in multitudinem -ant dividuntque. *passive, incerto subiecto*: OPTAT. 1, 11 p. 14, 1 scisma ... sparso coagulo pacis -atis sensibus generatur. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 42 p. 580^B *ecclesiae* corpus quod prius -atum fuerat et in diversa laceratum in suam compaginem iuncturamque redigetur.

2 *i. q. dissolutione infirmare, corrumpere, tollere, irritum facere* (*accedit* in *c. acc. p. 1500, 57. 63*; in *c. abl. p. 1499, 57. 1500, 24*): **a** *sensu strictiore: foedus, societatem, obligationem sim.* (*cf. A2*): SISENNA hist. 112 foedera (AMM. 25, 9, 11). CIC. S. Rosc. 112 amicitiam (Lael. 32 si utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata -ret. PANEG. 11 [3], 18, 4. VVLG. Sirach 22, 25 [διαλύσει]). CIC. Q. Rosc. 38 in societate -uta (NEP. reg. 3, 2 PAVL. dig. 17, 2, 56. 17, 2, 65, 9 COD. Iust. 4, 37, 7. *cf.* FIRM. math. 6, 1, 4 -uto societatis consortio). IVLIAN. dig. 18, 5, 5, 1 emptio nuda conventione -itur (POM-

[*Lackenbacher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PON. dig. 46, 3, 80 cum emptio vel venditio vel locatio contracta est, quoniam consensu nudo contrahi potest, etiam dissensu contrario -i potest. *al.*). GAIVS inst. 1, 59 -uta adoptione (1, 61 dig. 23, 2, 55 COD. Iust. 8, 47, 10, 1ᵉ). 2, 84 obligationem (3, 170. 180 TERT. idol. 21. VLP. dig. 50, 17, 35 verborum obligatio verbis tollitur: nudi consensus obligatio contrario consensu -itur. INST. Iust. 4, 13, 3 *et saepe apud* ICTOS). PAPIN. dig. 24, 2, 7 matrimonium (VLP. dig. 23, 2, 45, 6 *et saepissime apud* ICTOS. FIRM. math. 3, 13, 4. 6, 30, 10). TERT. adv. Marc. 4, 37 p. 548, 6 -ens violentiorum contractuum obnexus (COD. Iust. 8, 47, 10, 1ᶠ neque ... nexus naturalis ... -batur. *cf.* MART. CAP. 9, 888 interulos ... -ere nexus). TERT. pudic. 12 p. 242, 21 sponsionem (VLP. dig. 23, 1, 10 sponsalia [CAPITOL. Aur. 6, 2]). VLP. dig. 2, 15, 7, 1 omni causa ... -uta. 32, 49, 6 legatum. PAVL. sent. 1, 1, 2 (= CONSVLT. 4, 4) in bonae fidei contractibus pactum conventum alio pacto -itur. VVLG. Ezech. 17, 15. 44, 7. *cf.* EPIST. pontif. 286 Migne 20, 480ᴬ solet bonae fidei contractus nulla ratione -i). PAVL. dig. 46, 3, 108 mandatum. VVLG. Is. 58, 6 -e colligationes impietatis. AVG. civ. 16, 4 p. 131, 10 D. conspiratio -uta est. *fort. huc referendum* DOM. MARS. carm. frg. 1, 7.

b *sensu latiore*: α *iudicium, legem, praecepta sim.*: CIC. Tull. 27 totum hoc iudicium et praetoris severitas -retur (35 ut ... iudicia -ret. 36 severissimum iudicium maximaque ratione compositum per vos videri esse -utum. leg. agr. 2, 34 -ant iudicia publica. PAPIN. dig. 24, 3, 42, 3 HIL. ad Const. 1, 7 *cf.* AVG. in psalm. 25, 13). Caecin. 40 -i hoc interdictum. Phil. 1, 18 acta Caesaris -i. 1, 19 leges Caesaris (ITALA Matth. 5, 17 [Hil. in Matth. 4, 14] legem aut prophetas, *opp.* adimplere [καταλῦσαι, VVLG. solvere]. *item* TERT. adv. Marc. 4, 9 p. 444, 8. 4, 12 p. 456, 9. 4, 36 p. 545, 4. 5, 14 p. 626, 20. *cf.* 4, 7 p. 434, 22. 4, 9 p. 443, 5. 4, 30 p. 524, 23 pudic. 6 p. 228, 13 IREN. 1, 27, 2 HIL. in Matth. 4, 16 IVST. 3, 3, 12 CLAVD. rapt. Pros. 1, 63). Phil. 6, 7 non omnino -utum est, quod decrevit senatus (ARNOB. nat. 1, 42 omnia victa decreta -utaque fatalia). Phil. 6, 14 agrorum assignatio ... -uta est. 11, 14 iura (CALL. dig. 17, 2, 64 VLP. dig. 38, 6, 1, 6 COD. Iust. 8, 47, 10 pr. *bis* 8, 47, 10, 2 INST. Iust. 1, 11, 2 NICET. symb. p. 351). leg. 2, 29 quod institutum ... pontificum neglegentia -utum est. TAC. ann. 3, 24 neque ... -uta, quae Augustus voluisset. TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 558, 24 prophetias, *opp.* adimplere (HIL. trin. 12, 3). HIL. in Matth. 19, 5 praecepta (HEGES. 5, 7 l. 17). OPTAT. 1, 26 sententiam ... datam -i non posse. PRISCILL. tract. 1, 27 quorum dogmata ... divinorum testimoniorum ... luce -imus. *adde*: HEGES. 4, 6 l. 57 quo sollemnitas veterum -retur, legis obrogarentur praecepta. VVLG. act. 5, 38 si est ex hominibus concilium hoc aut opus, -etur (καταλυθήσεται). 5, 39. MVTIAN. Chrysost. hom. 15, 3 p. 339/40 comminationem (ἔκλυεις). β *disciplinam, mores, animum sim., saepe fere i. q. effeminare*: BELL. Alex. 65, 1 -endae disciplinae severitatisque (LIV. 39, 37, 2. VAL. MAX. 9, 7 mil. Rom. 3 -utam disciplinam ... astringere). LIV. 3, 66, 4 -i licentia militandi morem (PHAEDR. 1, 2, 12 qui -utos mores vi compesceret. FIRM. err. 6, 9 EVTR. 9, 14. *cf. p. 1501, 74*). SEN. contr. 1 praef. 3 *longa desidia* iuvenilem quoque animum -it (AVG. bon. coniug. 20, 23 animum sine disciplinae forma indecenter fluidum ac -utum. POMER. 3, 20, 2 ut animum nostrum nec blanda -ant nec adversa deiciant. MVTIAN. Chrysost. hom. 29, 3 p. 423/4 molle ... vestimentum etiam veram animam -it [ἐκλύει], diffundit et frangit. *cf.* VVLG. prov. 19, 15 anima -uta). TAC. ann. 15, 49 -uta luxu mens (SALON. in eccles. p. 1004ᶜ risus -it mentem et laetitia corrumpit ... animum. ALC. AVIT. carm. 4, 78 longior insanas mentes -erat aetas. GREG. M. moral. 2, 79. 3, 64. *reflexive*: GREG. M. in Ezech. 21, 10 *praedicatio* mentem audientis ligat, ne se vel in misera cogitatione -at). AVIEN. orb. terr. 1261 -it pectora luxus. AVG. serm. ed. Mai 61, 2 -uta ac paralytica cogitatio (SALON. in eccles. p. 1006ᴮ). *hominem* (*cf. p. 1497, 17 sqq.*): PS. RVFIN. in Am. 3, 3/8 p. 1068ᴰ quem non formido -at. ACT. Petr. 4 -erat eos diabolus nequitia sua. 5. γ *potestatem, regnum sim.*: NEP. Lys. 3, 5 regia potestate -uta (LIV. 2, 44, 2 *tribuniciam potestatem* -i. 4, 48, 6. 5, 2, 14. 5, 3, 5. 38, 56, 10). LIV. 6, 38, 7 vim tribuniciam a se ipsa -i non patiar. 4, 13, 11 ad -endum imperium. AMPEL. 12 -utum est Mediae regnum (HIL. in Matth. 12, 13 si regnum legis contra se dividitur, -atur [desolabitur *potiores codd. sec.* VVLG. Matth. 12, 25, *cf. p. 734, 52*] necesse est. 12, 15 regnum ... divisione ... -utum). δ *affectum animi sim.*: VOLCAC. carm. frg. 1, 3 eum meo iudicio errorem -am tibi. CIC. Tull. 27 severitas *supra l. 20* (Mur. 65 in -enda severitate). LIV. 39, 16, 9 -endae religionis (40, 29, 11 MIN. FEL. 8, 1). QVINT. inst. 6, 3, 10 ea ... urbanitate tota est invidia criminis -uta. FRONTIN. strat. 1 praef. p. 3, 24 de -endo metu. VLP. dig. 23, 1, 6 nuptiarum spem. HIL. trin. 7, 2 quia ... fidem unus tantum nobis deus ... -at (DICT. 5, 10 ne ... pacti fides ... -retur). HEGES. 1, 9 l. 33 offensionum genera (*Ios. bell. Iud. 1, 91* διαλύεσθαι). 3, 19 l. 6 vulgi iram sine iudicio conceptam silentio -it (*Ios. bell. Iud. 3, 411* τὴν ... περὶ τούτου δέησιν ... ἐξέλυσεν ἡσυχίᾳ). SEVERIN. doctr. p. 128 inimicitias. EVSTATH. Bas. hex. 2, 7 p. 887ᴬ maerorem (τὴν κατήφειαν διέλυσε). COD. Iust. 1, 17, 2, 15. ε *affectum corporis* (*t. t. medic., cf. p. 1498, 26. 39*): PLIN. nat. 20, 122 inflationes. 24, 60 lassitudines. 24, 62 capitis dolorem. 27, 67 stranguriam. 32, 99 tenesmum. SER. SAMM. 173 poteris -ere (depellere *vulgo*) morbum. 870 meri potu -itur improba pestis. ARNOB. nat. 2, 11 p. 56, 3 annosas -ere passiones. PELAGON. 296 -itur omne vitium (CHIRON 34). ζ *quaestionem, obscura, dubia sim., fere i. q. enucleare, explicare* (*t. t. philos.*): LVCR. 4, 500 etsi non poterit ratio -ere causam (ARNOB. nat. 1, 11 cuius *mali* explicare, -ere neque originem valeas neque causam). CIC. de orat. 2, 158 reperiunt ... ea, quae iam non possint ipsi -ere (159). ac. 2, 46 *fallaces ac captiosas interrogationes* -ere non possunt. 2, 96 haec Chrysippea sunt, ne ab ipso quidem -uta. nat. deor. 3, 29. div. 2, 11 quo modo ... 'mentientem', quem ψευδόμενον vocant, -as? 2, 35 hoc erat, quod ego non rebar posse -i. at quam festive -itur! SEN. epist. 45, 5 ambiguam significationem verbis illigamus ac deinde -imus. PLIN. nat. 7, 180 quaestione ... -uta (GELL. 12, 5, 5. 18, 2, 5 SPART. Hadr. 20, 2 HIL. trin. 1, 34 AVG. civ. 2, 2 p. 55, 4 D. 14, 2 p. 5, 26. 22, 17 p. 595, 12 retract. 2, 33 pecc. mer. 1, 1, 1. 3, 5, 11 MACR. sat. 7, 3, 23 EVGRAPH. Ter. Phorm. 626 BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 10 p. 160, 2. 1, 11 p. 167, 8. 4, 9 p. 264, 5 GREG. M. in Ezech. 1, 4, 3. *cf.* AVG. doctr. christ. 2, 30, 47 *genera quaestionum* sunt penetranda et -enda. nat. et grat. 52, 61 huius quaestionis controversia -uta est [civ. 12, 14 p. 531, 9 D. hanc *controversiam*]. PS. AVG. categ. 12 quod saepe quaesitum est, brevi tractatu -ere. EVGRAPH. Ter. Haut. praef.). GELL. 1, 2, 4 griphos. APVL. apol. 4 qui (*sc. Zeno*) primus omnium ⟨omnia⟩ sollertissimo artificio ambifariam -erit. TERT. adv. Marc. 4, 19 p. 482, 8 *voces* condicionales et rationales simplicitatis condicione -unt. PS. CYPR. pudic. 8 somniorum ... obscura (VVLG. gen. 40, 16 quod prudenter somnium -isset). ARNOB. nat. 5, 42 cur *mysteria* -ere in allegoriarum explanatione curatis? HIER. epist. 36, 12 problema. VVLG. Dan. 5, 16 obscura interpretari et ligata -ere. AVG. epist. 149, 4 ambiguitatem. MACR. sat. 3, 11, 5 nec ... haesitationem suam requisita ratione -it. MART. CAP. 2, 191 (*de Phoebo*) -is nocturna admissa. *omisso obiecto*: CIC. ac. 2, 75 *bis* (*intelleguntur* multa *a Chrysippo disputata*). η *argumentationes, crimina, sententias contrarias sim., fere i. q. refutare* (*t. t. rhet.*): RHET. Her. 1, 10, 18 *cum adiumenta* contraria ... -erimus. 2, 26, 41 controversiam controversia -ere. CIC. S. Rosc. 82 Eruci criminatio tota ... -uta est (ARNOB. nat. 1, 1 SCHOL. Cic. Bob. p. 102, 24 St.). Verr. 3, 68 crimina ... quae erant ... non solum defensione, verum etiam iudicio -uta (Sull. 69. opt. gen. 15 argumentando). de orat. 2, 236 *orator* odiosas ... res saepe, quas argumentis dilui non facile est, ioco risuque -it (*cf. infra l. 41. p. 1499, 72*). Tusc. 3, 73 utrumque -itur. RVT. LVP. 2, 4 id, quod ... fore arbitramur contrarium nobis, praeoccupamus dicere et cum ratione -ere. QVINT. inst. 4 pr. 6 contra dicta. 5, 13, 1. 2. TAC. ann. 13, 21 obiecta (SERV. ecl. 3, 10). AQVILA rhet. 15 p. 26, 21 διασυρμός ... ea figura est, qua ludentes, quae dicuntur ab adversariis, -imus (*cf.* SCHEM. dian. 34 MART. CAP. 5, 525). SERV. Aen. 12, 653. HIER. epist. 21, 3, 2 sententiam veterem nova opinione -it. 50, 1, 2 σοφίσματα ... callida argumentatione -ere. AVG. civ. 10, 31 p. 454, 15 D. argumentatio -uta est. CAPREOL. epist. 2, 12 p. 858ᴬ haereticorum machinamenta. *hominem*: ACT. Petr. 31 Petrus sequendo Simonem magum -bat eum (διήλεγχεν). *reflexive*: CIC. dom. 50 quid, si iis verbis scripta est ista proscriptio, ut se ipsa -at? ARNOB. nat. 3, 29 contraria ... -entiaque se ipsa. LACT inst. 3, 6, 14 dogma sibi ipsi repugnans seque -ens. ϑ *alia* (*accedit in c. acc. l. 57. 63*): CIC. Caecin. 7 cuius rei causa maxime iudicia constituta sunt, id iam mala consuetudine -utum est. 11 argentaria -uta. off. 3, 113 fraus ... astringit, non -it periurium. BRVT. Cic. epist. 11, 14, 1 ὄργανον est -utum. LVCR. 2, 947 -untur ... positurae principiorum. SALL. Catil. 51, 20 *mortem* cuncta mortalium mala -ere. VITR. 1, 4, 6 -untur compositionibus virtutes. PLIN. nat. 28, 117 iocinere amatoria -i. QVINT. inst. 1, 8, 2 *lectio* non ... in canticum -uta nec plasmate ... effeminata. TERT. scorp. 5 p. 155, 7 mortem morte -ere. anim. 46 p. 375, 7 -ens ordinem rerum. resurr. 2 p. 28, 11 prophetias (HIL. trin. 12, 3). SOL. 29, 6 bello ... difficultas haec -uta est. ARNOB. nat. 2, 56 humana ingenia labefactare, -ere (*syn.* infirmare). HIER. quaest. hebr. in gen. p. 4, 27 quod ... sabbatum -utum sit (ACT. Petr. 1). in Ezech. 12, 21 *sq.* p. 120 omnis visio peribit ... vel ... διαπνεύσει, id est in ventum et auram tenuem -etur (*cf.* PALLAD. hist. mon. II p. 372ᴬ phantasma ... -utum est). epist. 10, 2, 2 non memoriae tenacitatem ... senecta -it. VVLG. Zach. 11, 14 germanitatem. RVFIN. hist. p. 953, 19 pacem. PS. RVFIN in Os. 1, 10 *sq.* p. 971ᶜ captivitatem. AVG. civ. 19, 12 p. 376, 6 D. quae *curatio* formam cadaveris -i dilabique non sinat. CARM. adv. Marc. 4, 9 vacuas voces -ere vento. SIDON. epist. 2, 2, 6 luctas ... virga -it. CASSIOD. var. 11, 1, 8 paucis litigia nodosa -it.

II *vi praepositionis attenuata*: **A** *i. q. solvere, exsolvere*: **1** *pecuniam sim.* (*accedit plerumque dativus*): TER. Phorm. 655 qui -rem, quae debeo (CIC. Q. Rosc. 38 Roscio omne quod debuit -vit. Att. 14, 19, 5. 16, 15, 2 RVT. LVP. 1, 15 GAIVS inst. 3, 170 VLP. dig. 5, 3, 31, 1 PAVL. dig. 22, 3, 25, 2 sent. 2, 31, 32 ENNOD. epist. 4, 26, 2 p. 117, 6 COD. Iust. 7, 72, 10, 2). CIC. Quinct. 17 quid liberis ... -ret. Q. Rosc. 38 partem ... dimidiam Roscio (56). 40 *tot sestertia* Fannio (42. 51 Att. 16, 15, 5). Verr. 4, 174 an ... pecuniam publicam tenueris omnem neque quicquam ulli -eris civitati. 4, 180 populis pecuniam (*ibid.* 6, 53 p. red. ad Quir. 23 pecuniam qui retinet, non -it, qui reddidit, non habet: gratiam et qui rettulit habet et qui habet -it. Planc. 68. CAES. civ. 1, 87, 1 militibus ... pecuniam pro his rebus -it [solvit *cod. Dresd.*]). CIC. Verr. 6, 33 *damna aleatoria* ab isto aetatis fructu -uta et compensata sunt (*cf.* Phil. 2, 56). Sull. 56

[Lackenbacher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aes alienum (Phil. 2, 46 off. 2, 84 CVRT. 10, 2, 9 PLIN. nat. 33, 44. 36, 21 SPART. Sept. Sev. 7, 9 SCHOL. Cic. Bob. p. 87, 6 St.). CIC. Planc. 68 *oportet* ceteris, cum cuiusque dies venerit, hoc nomen, quod urget, nunc, cum petitur, -ere (LIV. 7, 21, 8 tarda ... nomina ... aerarium ... -it). VLP. dig. 24, 1, 11, 10 an -atur donatio. IVVENC. 3, 395 duplex -e tributum (4, 5 ENNOD. epist. 1, 6, 5 p. 14, 19 GREG. TVR. vit. patr. 2, 1 ut Arverna civitas, quae tributa in specie triticea ac vinaria dependebat, in auro -ret). ENNOD. dict. 8, 7 p. 448, 1 quando integrum fenus ruricolis arva -unt. COD. Iust. 4, 9, 2 LEX Burg. Rom. 8, 4. *huc pertinere videntur*: ENNOD. epist. 7, 29, 5 p. 196, 7 -ens carni subolem. 9, 16, 3 p. 240, 14 salutationis cultum ... -ens. *sine obiecto*: CIC. Quinct. 20 Scapulis difficiliore condicione -it. Q. Rosc. 55 Font. 1 *bis*. 2 APVL. apol. 75. 2 *vota sim.*: CATVLL. 66, 38 pristina vota novo munere -o (CIC. Att. 15, 11, 4 vota). PETR. CHRYS. serm. 36 p. 301A debitoris est mox promissa -ere. ENNOD. epist. 3, 7 p. 76, 18 quae *vota* consecutus dei beneficia sine mora -am. 3 *poenam*: CIC. Tusc. 1, 100 quam *poenam* sine mutuatione et sine versura possem -ere (*cf. Plut. apophth. Lac. 221F* τὴν ζημίαν ἐκτεῖσαι). LIV. 8, 12, 1 praemiis poenaque pro cuiusque merito -utis (*sic Medic., alii* persolutis). SVLP. SEV. chron. 1, 50, 1. 4 *delictum, peccatum sim.* (*accedit saepe ablativus*): PAPIN. dig. 24, 3, 39 paria ... delicta mutua pensatione -untur (ARNOB. nat. 7, 42 *ut populus* aliena delicta capitis sui -ret poenis. AVG. epist. 157, 20). ARNOB. nat. 7, 27 p. 261, 11 offensa si ... contracta est, thuris vapore -itur. PELAG. in Rom. 5 p. 670B Christus ... gratia sua multorum peccata -it (HIER. epist. 36, 5, 2. AVG. quaest. hept. 1, 169 -i abolerique peccata. CASSIOD. inst. div. 12). AVG. nupt. et concup. 1, 31, 36 quia eius reatum peccatorum omnium remissione -it. ZACCH. 2, 18 p. 1142C aut ligare, quae dura sunt, aut expiata -ere. OROS. hist. 1, 20, 5 Aremulus matura supplicia immatura aetate -it. *adde*: TERT. adv. Marc. 3, 9 p. 391, 24 *ut Christus* mortem nostram morte sua -ret (bapt. 11 quia nec mors nostra -i posset nisi domini passione nec vita restitui sine resurrectione ipsius. *cf. p. 1500, 58.* PRVD. ham. praef. 22 *mors* per crimen orta, -uta est crimine).

B *fere i. q. liberare*: VARRO ling. 7, 105 omnes, qui bonam copiam iurarunt, ne essent nexi, -uti. *cf. p. 1495, 64.* *nota ambiguitatem*: CIC. Catil. 2, 18 magno in aere alieno maiores etiam possessiones habent, quarum amore adducti -i (*sc. aut aere alieno aut possessionibus*) nullo modo possunt. *additur unde*: PSALT. Rom. 88, 45 -isti eum ab emundatione (κατέλυσας, VVLG. destruxisti). PS. AVG. quaest. test. 77, 1 -uti a promissione patrum. ENNOD. opusc. 2, 98 p. 317, 22 a nitore domini sui obligatione -itur. 4, 28 p. 389, 27 fratris ... vitam e sedibus suis ... -it. *nota c. gen.*: TIB. 1, 7, 40 Bacchus et agricolae magno confecta labore pectora tristitiae -enda dedit. *reflexive*: TER. Haut. 508 -i me (*sc. obstrictum negotio*). LVCR. 3, 903 -ant animi magno se angore metuque. GREG. M. moral. 2, 70 ne *bonorum corda* se ... a formidinis accinctione -ant.

C *fere i. q. absolvere, seiungere*: VARRO ling. 5, 79 lu⟨t⟩ra, quod succidere dicitur arborum radices in ripa atque eas -ere ab †litra (*an litore? Götz-Schöll*). VITR. 2, 8, 2 *simul* calx ... ab harena discedat et -atur. HIL. trin. 5, 38 -at eum, qui inest, ab eo, in quo inest. op. hist. frg. 1, 2 admixtos insecabili in dei nomine affectu nulla vis saecularium motuum aut -it aut dividit. AVG. civ. 13, 16 p. 576, 3 D. ne forte moriantur, id est -antur a corpore (CASSIAN. conl. 23, 5, 7 -i optat hoc corpore).

D *fere i. q. evertere, de medio tollere*: IREN. 1, 24, 2 quod -ere voluerint patrem eius omnes principes (*Theodoret.* τὸν πατέρα ... καταλῦσαι). *de tempore*: IVVENC. 4, 801 donec consumens (consummans *al.*) -at saecula finis (*cf.* VVLG. Matth. 28, 20 usque ad consummationem saeculi).

deriv.: dissolubilis, dissolutio, dissolutivus, dissolutor, dissolutus.

part. perf. pass. pro adi. ***dissolūtus**, -a, -um. *legitur comp. et superl. inde a* CIC. GLOSS. *v. p. 1495, 16.*

I *proprie*: **A** *i. q. diffluens*: HIL. in psalm. 122, 11 canibus vulnera -a lingentibus.

B *i. q. infirmatus, corruptus*: 1 *de hominibus i. q. mollis, effeminatus* (*cf. p. 1497, 28 sqq.*): PS. CYPR. spect. 6 vir ultra muliebrem mollitiem -us. SPART. Did. 5, 9 milites desides et urbana luxuria -os. TREB. Gall. 5, 1. ARNOB. nat. 6, 12 Liber *fingitur* membris cum mollibus et languoris feminei -issimus laxitate. FIRM. math. 1, 7, 40. AMM. 17, 11, 4. 23, 6, 80 adeo ... -i sunt et artuum laxitate vagoque incessu se iactitantes, ut effeminatos existimes. VVLG. prov. 18, 9 mollis et -us est in opere suo. HIER. hom. Orig. in Ezech. 3 p. 908 discipulos ... moribus -os. *i. q. paralyticus* (*cf. p. 1496, 76. 1497, 1. 2. 24*): ARNOB. nat. 1, 51 ut membrorum situs curvatis redderet et -is. 2 *de rebus*: **a** *i. q. mollis, effeminatus*: PLIN. epist. 4, 9, 19 sententiam Macri ut rigidam duramque reprehendunt, ... illam alteram -am atque etiam incongruentem vocant. paneg. 80, 1 quam mitis severitas, quam non -a clementia! GREG. M. moral. 3, 64 censura ... virilis ... -am turpitudinis mollitiem reprimat. 3, 65 -a remissio misericordia vult videri. *huc spectare videtur* SCHOL. Hor. sat. 2, 4, 16 (elutius:) dissipidius, -ius. **b** *i. q. laxus, infirmus* (*cf. p. 1495, 57. 62. 63. 1496, 78. 83. 1497, 1 sqq. 16. 19. 21*): SEN. dial. 12, 10, 3 -us deliciis stomachus (PLIN. nat. 20, 65. 75 stomachum -um astringit *herba hedypnois* [20, 256 GARG. MART. med. 47]. 23, 13. 53. 27, 112. 29, 45 stomachum -um confirmant pulli. *cf. p. 1498, 40*). PORPH. Hor. epod. 8, 9 cute iam rugosa ac -a. AMM. 20, 11, 12 aries vetustus et -us. PELAGON. 409 in *equo* paralytico signa haec sunt: labra prava et -a (HIER. epist. 22, 29, 6 in Tit. 1, 7 p. 699). GREG. M. moral. 28, 12 fortibus et non -is gressibus.

II *translate*: **A** *i. q. mores dissolutos habens*: 1 *i. q. immoderatus, lascivus*: **a** *de hominibus*: CIC. Verr. 4, 129 omnium hominum -issimus crudelissimusque. 6, 148 homo barbarus ac -us. Cluent. 175 vir. Tusc. 4, 45. 55 de adulescente perdito ac -o. NEP. Alc. 1, 4 luxuriosus, -us, libidinosus, intemperans. QVINT. decl. 252 p. 31, 31 quam -us, quam luxuriosus ac perditus. inst. 12, 3, 12 in publico tristes, domi -i. FIRM. math. 1, 7, 42 pudicis ac sobriis impudicus ac -us ... praelatus est. EVTR. 9, 8, 1 diu placidus et quietus, mox in omnem lasciviam -us. MVTIAN. Chrysost. hom. 15, 4 p. 339/40 -i et remissi (διακεχυμένοι καὶ χαῦνοι). **b** *de rebus* (*cf. supra p. 1499, 47. 50. 53. 54*): CIC. Verr. 4, 131 iudicium Romae tam -um, tam perditum, tam nummarium. leg. agr. 2, 55 o consilia -a atque perdita! Flacc. 25 -am Graecorum consuetudinem licentiamque. QVINT. inst. 2, 2, 5 non austeritas eius tristis, non -a sit comitas. ARNOB. nat. 1, 59 p. 40, 15 -i est pectoris. SALON. in eccles. p. 996D risum -um et immoderatum atque perstrepentem. MVTIAN. Chrysost. hom. 29, 3 p. 423/4 humidam et -am ... vitam (ὑγρὸν καὶ διαλελυμένον ... βίον). *pro subst.*: CIC. off. 1, 129 nec ... histrionibus oratoribusque concedendum est, ut iis haec (*sc. inverecunda*) apta sint, nobis -a (*sc. apta sint*). *nota*: RVT. LVP. 1, 21 -o (*i. hilari*) vultu. 2 *i. q. neglegens*: **a** *de hominibus*: CIC. Quinct. 38 quis tam -us in re familiari fuisset, quis tam neglegens (Verr. 4, 143. 162. 5, 115 HIL. in Matth. 27, 5 *cf.* CIC. off. 1, 99). Quinct. 40 quis tam perditus ac profusus nepos non adesa iam, sed abundanti etiam pecunia sic -us fuisset, ut fuit Sex. Naevius? Q. Rosc. 27 homo liberalis et -us et bonitate affluens. Verr. 6, 7 maluisse Domitium crudelem in animadvertendo quam in praetermittendo -um videri. 6, 104 poterone esse ... in eum -us? Catil. 1, 4 cupio ... me esse clementem, cupio in tantis rei publicae periculis non -um videri. Cato 36. QVINT. inst. 7, 4, 19 laus eum misericordis potius quam reprehensio -i consecutura est. PLIN. paneg. 82, 9 VOPISC. Prob. 6, 4 PS. ASCON. Verr. p. 239, 5 St. **b** *de rebus*: RHET. Her. 3, 3, 6 inertiam et -am neglegentiam (VLP. dig. 17, 1, 29 pr. *cf.* CIC. S. Rosc. 32 quis tam -o animo est, qui, haec cum videat, tacere ac neglegere possit? AVG. in psalm. 30, 1, 20 ne -a securitate neglegentius agant). CIC. ad Brut. 1, 3, 3 ne tua liberalitas -ior videatur. 2, 7, 5 neque -um ... nec crudele. Att. 1, 19, 8 nihil ... a me asperum in quemquam fit nec tamen quicquam populare ac -um. PAPIN. dig. 21, 1, 55 ignorationem.

B *i. q. non coniunctus, in partes diductus*: 1 *generatim*: CIC. de orat. 1, 188 quae ars (*sc. logica*) rem -am divolsamque conglutinaret et ratione quadam constringeret. 2 *speciatim*: *t. t. rhet.*: RHET. Her. 4, 11, 16 quod *genus* appellamus -um, quod est sine nervis et articulis (FORTVN. rhet. 3, 9 p. 126, 8 μέσῳ *dicendi generi* quod est contrarium? tepidum ac -um et velut enerve). CIC. orat. 196 *sit oratio* permixta et temperata numeris nec -a nec tota numerosa ([*cf.* 195 FORTVN. rhet. 3, 11 p. 128, 3 IVL. VICT. rhet. 2 p. 433, 27]. 198 ne immoderata aut angusta aut -a aut [ac *Heerdegen*] fluens sit oratio. QVINT. inst. 8, 6, 62 fit ... aspera et dura et -a et hians oratio [*cf.* 12, 10, 80]. PRISC. gramm. III p. 419, 10 ut paene -a et pedestri simillima esse videatur ... sermocinatio). QVINT. inst. 11, 1, 6 humile atque cotidianum sermonis genus et compositione ipsa -um. PRISC. rhet. 2, 6 p. 552, 19 *enarrationem* variis proferre modis solemus: per rectum indicativum, per indicativum inclinatum, per convictivum, per -um (*cf. ibid.* 2, 7 p. 552, 26. 33). *pro subst.* (*i. q.* ἀσύνδετον): RHET. Her. 4, 30, 41 -um est, quod coniunctionibus verborum e medio sublatis, separatis partibus effertur. CIC. de orat. 3, 207 (= QVINT. inst. 9, 1, 34) est ... gradatio quaedam et conversio et verborum concinna tragressio et contrarium et -um.

C *i. q. diffusus*: TERT. praescr. 9 nulla vox divina ita -a est et diffusa, ut verba tantum defendantur et ratio verborum non constituatur. GRAMM. VI 274, 6 poematum versificationes laudantur gravis et plena, aequalis et temperata, subtilis et circumspecta, florida et venusta, quibus contrariae sunt tumida et -a, exilis et fucosa.

D *i. q. dissolvens*: CASS. FEL. 1 p. 3, 4 austri graves auditui, caliginosi, capiti gravabiles et -i (*Hippocr. aphor. 3, 5* διαλυτικοί).

comp.: indissolutus.

adv. **dissolūtē**. *comp. l. 84.* 1 *i. q. neglegenter*: CIC. Verr. 4, 90 ita ... -e decumas vendidisti. Caecin. 103 ut id non minus ... laboravit, ne inique contendere aliquid, quam ne -e relinquere videretur. Att. 14, 13, 6 *M. Antonius scripsit* quam -e, quam turpiter. ISID. sent. 3, 20, 1 quanto superni amoris propositum -e appetunt, tanto proclivius ad mundi amorem ... reducuntur. 2 *i. q. molliter, effeminate*: CIC. Verr. 6, 19 si quid est factum clementer, ut -e factum criminer. Phil. 6, 1 res ... confecta est, minus quidem illa severe quam decuit, non tamen omnino -e (MAR. VICTORIN. rhet. 1, 25 p. 217, 31 severiores saepe -ius et dissolutiores saepe severius educant). ad Q. fr. 2, 11, 2 iudicatis. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 4, 2. MVTIAN. Chrysost. hom. 24 p. 387/8 -ius laxiusque moventur. 3 *i. q. non coniuncte*, ἀσυν-

[*Lackenbacher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

δέτως: CIC. orat. 135 (= QVINT. inst. 9, 1, 39) demptis coniunctionibus -e plura dicuntur. 4 *i. q. lascive*: AVG. conf. 8, 11, 27 casta dignitas continentiae, serena et non -e hilaris.

dissolūtio, -ōnis *f. a* dissolvere. GLOSS. διάλυσις, διευλύτωσις. *plur.*: CIC. part. 21 PLIN. nat. 20, 248. 25, 56. 27, 123 IVL. VAL. 2, 5 VVLG. sap. 8, 8. *legitur inde a* RHET. Her. [*ex coniectura*: TERT. resurr. 41 p. 85, 11.]

I *vi praepositionis integra i. q. solutio in partes*: A *proprie*: 1 *de rebus conexis et intentis*: ARNOB. nat. 1, 62 nec interitionis -e dilabi id, quod est unum et simplex nec ullarum partium congregatione compactum. AVG. civ. 13, 18 p. 581, 4 D. sibimet conexa nulla possint -e seiungi. *cf. etiam l. 35. 36.* 2 *de rebus solidis*: a *sensu strictiore*: CASS. FEL. 49 p. 128 ex fellis -e. b *sensu latiore i. q. destructio, corruptio*: VITR. 8 praef. 1 quae ... de aere nascerentur ... in caeli regiones reverti neque interitiones recipere et -e mutata in eam recidere, in qua ante fuerant, proprietatem. TAC. ann. 14, 5 navigii. MARCELL. dig. 34, 2, 6, 1. TERT. adv. Marc. 5, 12 p. 615, 25 ad *domus* -is contristationem consolandam. resurr. 31 p. 70, 1 de -e et corruptela seminis. 47 p. 97, 15 carnis (HIL. in psalm. 122, 11 PACIAN. sim. carn. 110, 7 *cf.* TERT. resurr. 41 p. 85, 13. 44 p. 90, 21 in substantia perpetuae -is. 57 p. 116, 16). IVL. VAL. 2, 25 pontis. ARNOB. nat. 2, 36 *deos et* mundum corruptibilis esse natura neque esse omnino -is expertes (HIL. in Matth. 25, 2 universitatis huius -o). ARNOB. nat. 6, 16 ab ruinarum casibus et -is metu. *de corpore humano eiusque partibus* (*de anima v. infra l. 45*): SEN. epist. 77, 9 paulatim defecit ... non sine quadam voluptate, quam afferre solet lenis -o non inexperta nobis, quos aliquando liquit animus. TERT. adv. Marc. 5, 10 p. 606, 20 seminationem ... vocavit -em corporis in terram. *ibid.* 22 cuius ille ordo in -e, eius et hic in resurrectione, corporis scilicet. ceterum si auferas corpus resurrectioni quod dedisti -i, ubi consistet diversitas exitus? (HIL. in psalm. 119, 18 corporum. AMBROSIAST. in Rom. 5, 12 mors ... -o corporis est. HIER. epist. 60, 4, 2. AVG. c. Pelag. 1, 20, 38 p. 455, 19 conversus est color *reginae* per -em [ἐν ἐκλύσει]. SVLP. SEV. epist. 3, 6 = GREG. TVR. glor. conf. 97). PLIN. nat. 27, 123 -es nervorum et infirmitates et incisuras. VVLG. Nah. 2, 10 geniculorum (RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 2). *fere i. q. interitus, mors*: CIC. fin. 2, 101 cum -e, id est morte, sensus omnis extinguatur (*cf.* CIC. leg. 1, 31 mors fugitur quasi -o naturae [fin. 5, 31]. BOETH. top. Arist. 4, 4 p. 947^{B} -o *est* corruptio quaedam). SEN. epist. 82, 15. IREN. 1, 24, 2 ad -em malorum hominum (ἐπὶ καταλύσει τῶν πονηρῶν). 2, 18, 5 timor et expavescentia et passio et -o. 2, 18, 7 -is et perditionis. 3, 8, 3 quaecumque ... initium sumpserunt, et -em possunt percipere. ARNOB. nat. 2, 64 ad nihilum redigi corruptionis -e. LACT. inst. 7, 12, 27. FIRM. math. 1, 4, 2 mortalitatis (*i. hominum*). 1, 8, 3. PS. HIL. libell. 8 amputato interventu temporariae -is. AMBR. bon. mort. 9, 41 *anima* moritur non ... aliqua sui -e. CAEL. AVR. acut. 2, 32, 166. *t. t. medic.*: *de stomacho* (*cf.* GLOSS. V 656, 30 vomicae stomachi -o): PLIN. nat. 9, 155. 20, 248. 22, 144. 23, 9. 51. 25, 56. 26, 59. 27, 17. 130. *genus morbi*: CAEL. AVR. acut. 3, 5, 53 similis *apoplexiae* lethargia, epilepsia ... et paralysis et gravatio et -o. *ibid.* 56 gravatio et -o inter resumptionem veniunt.

B *translate*: 1 *i. q. infirmatio, abolitio*: a *sensu strictiore: de matrimonio sim.*: PAVL. FEST. p. 74 inter virum et mulierem ... -o. COD. Iust. 5, 12, 29, 1 post matrimonii -em. 7, 10, 7 pr. si non a dominis libertas detur mancipio alieno ..., facilis -o est. b *sensu latiore*: α *de rebus variis*: CIC. Verr. 5, 133 iudiciorum. Phil. 1, 21 legum omnium. TAC. ann. 13, 50 imperii. FERRAND. epist. 7, 5 p. 933^{C} severitatis. β *de moribus, disciplina* (AVG. quaest. hept. 7, 50) *sim.*: *fere i. q. lascivia*: SPART. Pesc. 10, 8 Commodi temporum -o. TREB. Val. 8, 1 moribus periucundus atque a fratris -e seiunctus. trig. tyr. 23, 2. SCHOL. Iuv. 6, 326 lascivitas efficitur et -o. AMBR. bon. mort. 8, 35 PS. AMBR. serm. 24, 6 HEGES. 4, 25, 2. 5, 7, 1. HIER. in Dan. 11, 13 *sq.* p. 707 tantae ... -is et superbiae Agathocles fuit. AVG. serm. ed. Mai 108, 2 ubi timor non est, -o vitae est, ubi -o vitae, ibi vitiorum abundantia. ZACCH. 1, 35. SALV. gub. 6, 95 ille nos provocat ad compunctionem, nos ruimus in -em. POMER. 2, 4, 3 animorum -em. APON. 12 p. 218. GREG. M. moral. 14, 15 luxuriae et -i. *fere i. q. neglegentia, desidia*: CIC. epist. 5, 2, 9 remissio animi ac -o (MVTIAN. Chrysost. hom. 34, 3 p. 453/4 omnem remissionem et -em; *gr.* πᾶν χαῦνον καὶ διαλελυμένον). SEN. dial. 2, 5, 1 animorum -o et vanitas. 7, 10, 2 desidiam -emque segnis animi. nat. 7, 31, 1 invenit deliciarum -o et tabes aliquid adhuc tenerius molliusque. epist. 3, 5 non est quies, quae motum omnem molestiam iudicat, sed -o et languor. IVL. VAL. 2, 5 timiditates nobis et -es Atheniensibus struis. ARNOB. nat. 4, 33 aures ... enervati pectoris -e mollitae. *fere i. q. perturbatio animi*: VVLG. II Macc. 3, 24 ut omnes ... in -em (ἔκλυσιν) et formidinem converterentur. Is. 8, 22 -o et angustia. γ *i. q. explicatio*: VVLG. sap. 8, 8 argumentorum (λύσεις αἰνιγμάτων). δ *i. q. refutatio*: RHET. Her. 1, 3, 4 confutatio est contrariorum locorum -o (*cf.* CIC. part. 60). CIC. Cluent. 3 ut eorum omnium *criminum* -em ab oratore quaeratis.

2 *i. q.* ἀσύνδετον: PS. IVL. RVF. schem. lex. 20 p. 53, 1 ἀσύνδετον *vel* διάλυτον latine dicitur -o vel inconexio. CIC. part. 21 *cum* constructio ... verborum tum coniunctionibus copuletur tum -bus quasi relaxetur. QVINT. inst. 9, 3, 50 hoc genus et βραχυλογίαν vocant, quae potest esse copulata -o; ... ἀσύνδετον ... dicitur (*opp.* πολυσύνδετον). *ibid.* figuram, quae, quia coniunctionibus caret, -o vocatur.

II *attenuata vi praepositionis: fere i. q. compensatio*: COD. Theod. 4, 9, 1 (*a. 319*) poenae facilis -o est.

dissolūtīvus, -a, -um *a* dissolvere, dissolutus. *i. q. aptus ad dissolvendum*: BOETH. top. Arist. 4, 4 p. 947^{B} si corruptivum -um *est*, et corrumpi dissolvi *est. cf.* 7, 2 p. 991^{C}. *adv.* **dissolūtīvē**: BOETH. top. Arist. 7, 2 p. 991^{C} corruptive *est* -e.

dissolūtor, -ōris *m. a* dissolvere. *is qui dissolvit*: AVG. mor. Manich. 2, 17, 58 signaculi -r. COD. Theod. 3, 16, 1 (*a. 331*) sepulchrorum -em (INTERPR. sepulchri violatorem. COD. Iust. 5, 17, 8, 2). *is qui infirmat*: TRACT. in Luc. 5, 14 -em ... legis. *is qui enucleat*: ALC. AVIT. hom. 17 p. 125, 35 -r aenigmatum. *f.* **dissolūtrīx**, -īcis. TERT. anim. 42 mortem -em corporis. COD. Iust. 5, 17, 8, 3 sepulchrorum -em.

1. dissolūtus, -a, -um *v. p. 1501, 62.* **2. dissolūtus**, -ūs *m.* GLOSS. διάλυσις. *a* dissolvere. *Lackenbacher (militiae munere avocatus et huic verbo et ei q. e.* distribuo *pertractando manum extremam imponere non potuit, curam egit D.)*

dissonantia, -ae *f.* [*a* dissonans, dissonare. *Th.*]. *plur.*: *l. 28. 36.* 1 *proprie i. q. sonus absonus, asper*: BOETH. mus. 1, 8 p. 195, 8 -a ... est duorum sonorum sibimet permixtorum ad aurem veniens aspera atque iniucunda percussio. 1, 28 p. 220, 10 *opp.* consonantia. PRISC. gramm. III 505, 7 in 'sor' ... desinentia vel in 'xor' verbalia feminina facere non possunt litterarum -a prohibente. *cf. infra l. 27.*

2 *transl. i. q. discrepantia, diversitas, contrarietas*: a *de rebus*: *corporeis*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 11 p. 977 aures, si frequentius audiant, melius possunt vocum capere -as. CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 73, 7 haec ... -a contrariorum sibi corporum (*sc. elementorum*) ... in quandam concinentiam cogitur. 1, 21 p. 76, 5 cum animalis cuiuspiam corpus -a sui dissederit. *incorporeis (plerumque de scriptis)*: *absolute*: AVG. serm. 51, 5 ostendero ... -am (*antea* dissonare inter se euangelia). CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 19 *syn.* diversitatis. COD. Iust. 1, 17, 2, 15 (*a. 533*) *syn.* contrarium, discordiae. 6, 51, 1, 11^{b} (*a. 534*) antiquam -am in unam trahentes concordiam. VIRG. gramm. epist. 3 p. 133, 7. 9 (*bis plural.*). *c. genet.* (*cf. l. 46. 47. 49. 54 sqq.*): CHAR. gramm. I 291, 9 idiomatum -a multiplex. HIER. in Matth. 18, 8/9 p. 139 morum. vir. ill. 5 (= catal. Paul.) stili sermonisque (ISID. eccl. off. 1, 12, 11 *syn.* distantiam *cf. l. 49*). RVFIN. hist. 5, 24, 13 nec -a ieiunii fidei consonantiam rupit (*syn.* varietas). 6, 31, 3 Africanus scribit ... de ea quae videtur euangeliorum -a (διαφωνίας. *syn.* diversa conscriptio, *opp.* consonantiam. *adde*: AVG. cons. euang. 3, 7, 30 euangelistarum, *syn.* discrepantia). AVG. epist. 75, 22 unius verbi. ENNOD. epist. 8, 1, 4 p. 200, 3 -am Atticae perfectionis ... et Romanae. *add. praepos.* (*cf. infra l. 54. 55*): HIER. adv. Rufin. 2, 19 quantam inter se *duae translationes Origenis* ... sensuum habeant -am (*cf. l. 54*). 3, 34 in una re et in parva epistula quanta varietas et -a mentiendi (adv. Pelag. 1, 26. LEO M. epist. 90, 1 *syn.* discordia. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 12). vir. ill. 1 (= catal. Petr.) propter stili cum priore -am. HIER. chron. a. Abr. 914 quanta ... de *Homero* apud veteres -a fuerit (AVG. civ. 15, 10 p. 76 D. eadem -a est quae in superioribus quinque de centum annis [*opp.* consonantia]). AVG. soliloq. 1, 1, 2 deus, a quo -a ... nulla est, cum deteriora melioribus concinunt. b *de personis* (*cf. supra l. 42*): AVG. civ. 18, 40 p. 316 D. historicorum inter se -a (*cf.* NOVELL. Iust. 125, 1 si ... aliqua inter *cognitores* emergat -a). PS. AMBR. serm. 3, 5 afflictionem, quae nobis propter -am regum supervenit. ENNOD. dict. 10, 9 p. 457, 21 familiarum. *adde*: NOVATIAN. trin. 31 p. 952^{A} aut -a aut inaequalitate divinitatis.

syn.: contrarium, discordia, discrepantia, distantia, diversitas, varietas. *opp.*: concinentia, consonantia.

dissono, -uī (*p. 1505, 38*; -āvī: *p. 1505, 1. 24*), -āre *a* dis- *et* sonare, *cf.* διαφωνέω. *de scriptura* de- *v. infra l. 66, cf. 73. legitur inde a* VITR., *dein apud* COLVM. QVINT. decl. *singulis locis, saepius demum inde a s. p. Chr. quarto.* GLOSS. ἀπηχῶ. διαφωνῶ. -at per diversa sonat. non consentit. non convenit. divisi (*? ex contaminatione cum* dissortes, *q. v., ortum, ut videtur*). desonuit desentit. 1 *proprie de sonitu, voce*: BOETH. mus. 4, 18 p. 349, 8 quid consonet vel quid -et utraque *chorda*. HIER. in Nah. 3, 7 p. 569 -antes chordas ... in unam harmoniam contrahere. *adde*: MART. CAP. 5, 514 labdacismus: ubi 'l' plurimum -at. *dub.*: VITR. 5, 8, 1 sunt ... nonnulli loci naturaliter impedientes vocis motus, uti -antes qui graece dicuntur κατηχοῦντες (*opp.* circumsonantes, resonantes, consonantes. desonantes *coniec. Krohn*). *ibid.* -antes sunt in quibus vox prima, cum est elata in altitudinem, offensa superioribus solidis corporibus repulsaque residens in imo opprimit insequentis vocis elationem.

2 *translate i. q. discrepare, discordare, differre*: a *de rebus*: *absolute*: COLVM. 1, 1, 3 an universa, quae maiores prodiderunt, huius temporis culturae respondeant an aliqua -ent. SOL. 52, 19 in quantum mores populorum -ant, habitus quoque discrepantissimus (*cf.* MELA 3, 63). ARNOB. nat. 2, 57 ex omni parte diversa dici ... et rerum contrarietatibus -are. LACT. inst. 3, 15, 2 legem bene vivendi, cuius capita longe -ant. HEGES. 4, 1, 2 studiis -antibus. HIER. epist. 65, 8, 2 nec statim scriptura -are videatur. MART. CAP. 6, 718 ἄλογος ... linea efficitur, si -are per omnia repperitur. *nota* ITALA Ios. 23, 14

[*Hofmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(Lugd.) *verbum* non -vit ex illis (διεφώνησεν, *i. irritum cecidit*; Vvlg. *deest*). *add. dativ.* (*cf. infra l. 11*): Consent. gramm. V 382, 2 nec -at huic condicioni '*lavor*'. Rvfin. hist. 3, 24, 13 non sibi euangelia -are (διαφωνεῖν ἀλλήλοις. *cf.* Orig. in Matth. 18, 126 non -ant sibi euangelistae ab invicem). Macr. sat. 1, 24, 12 nec his Vergilii verbis copia rerum -at. Cassiod. in psalm. 70, 18 haec duo -antia sibi *nomina*. *add. praepos.*: a b: Sol. 37, 23 siderites a contemplatione ferri nihil -at (differt *SAP*². *cf.* Plin. nat. 37, 182 ferro similis est). Hil. ad Const. 2, 11. Amm. 15, 5, 4 alter multum a vero illo -ans . . . textus (22, 10, 2. 22, 15, 6 a veritate [Avg. civ. 18, 40 p. 316 D.]). 26, 1, 1 similia plurima ⟨a⟩ praeceptis historiae -antia. Ambr. Isaac 8, 79. Rvfin. hist. 3, 25, 7 longe ab apostolica -ant fide (τῆς ἀληθοῦς ὀρθοδοξίας ἀπᾴδουσα). symb. 1 nil ambiguum, nil obscurum, nil a reliquis -ans. Avg. epist. 27, 4 *ut* meum cor a lingua mea non -et. Prosp. in psalm. 146, 2 non . . . ab operibus vox nec a voce debent opera -are. c. coll. 21, 3 epist. 2, 6. Clavd. Mam. anim. 1, 21 p. 73, 13 -antibus ab unitatis concinentia corporis partibus. Cassiod. inst. div. 15 p. 1126^C. Facvnd. defens. 1, 5 p. 551^C. inter: Hier. in Ioel 2 p. 201 diversa et -ans inter se explanatio. Rvfin. hist. 5, 28, 16 inter se ipsa multum -are *exemplaria* (*syn.* non conveniunt). Avg. civ. 15, 10 tit. p. 76, 8 D. de differentia, qua inter Hebraeos et nostros codices videntur annorum numeri -are.

b *de personis* (*cf. supra l. 5*): *absol*: Itala exod. 24, 11 (Ottobon. *et* Aug. quaest. hept. 2, 102) de electis Israhel non -vit (Ottobon., -uit Aug.) nec unus (διεφώνησεν, Vvlg. *aliter*). Filastr. 121, 11 multis consonantibus in unum quam duobus aut tribus -antibus historiographis. Rvfin. Adamant. 3, 4 auctoribus ipsis -antibus (μὴ ὁμονοούντων). Mart. Cap. 2, 213 populus studiis discrepantibus -bat. *dat.*: Pavl. Nol. epist. 29, 13 piis vocibus -are. *praepos.* (pro: *l. 34*): a b (*cf. etiam l. 7. 56*): Filastr. 52 a fide catholica -antes. 82, 3. Avg. epist. 71, 4 a Graecis ecclesiis Latinae. 143, 3 a sensu communi *moriones*. in psalm. 146, 3 a te ipso -as. 'quomodo', inquies, 'a memetipso -o?': aliud sonat lingua, aliud indicat vita. Sacr. Leon. p. 331 ab . . . traditione. inter: Canon. Migne 56, 797^B pro eo -are inter eos *episcopos*. in: Hier. in Agg. 2, 11*sq.* p. 759 in quibusdam verbis LXX *interpretes*. de: Ambr. in Luc. 6, 44 de numero euangelistae. 3 *singulariter i. q. divulgari*: Avell. p. 194, 17 a recta fide te deviasse et hoc ubique -uit (πανταχοῦ περιήχηται).

part. praes. pro adi. **dissonāns,** -tis (*locos, ubi c. praep. vel dat. iungitur, vide fere s. verbo*): *proprie i. q. absonus, asper*: Diom. gramm. I 456, 21 in ornatu prima compositio debet servari, ut non sit -s et aspera structura orationis. *translate i. q. discrepans, discors, diversus*: *de rebus*: Herm. dig. 40, 1, 24 pr. si -es pares iudicum existant sententiae (*cf. p. 1506, 35*). Garg. Mart. med. 41 -s virtus *pomorum* et quadrifariam divisa. Hil. in psalm. 51, 7 *ut extet per linguam* ex confuso erumpentis spiritus sono -s (*i. distinctus*) ad rerum intellegentiam sermo. Ambr. fid. 1, 6, 44 una perfidia *Arrianorum* impietate non -s, communione discordans (*syn.* dissimilis). in psalm. 118 serm. 10, 1 nec discors ac -s videtur interpretatio. Mart. Cap. 2, 102 -s discrepantia nationum (*nota pleonasmum, cf. l. 28 et p. 1506, 25*). Cael. Avr. acut. 1 pr. 9 obtrusionem. chron. 2, 13, 183 ordinata (3, 4, 56 ordinatio). 3, 8, 122 iudicia. *nota add. dat. gerund.* (*cf.* aptus, contrarius): Cael. Avr. chron. 4, 1, 10 quae sunt utraque incongrua ac -ia siccandae cuti (*postea* contrarium). *de bestiis*: Rvfin. Orig. in cant. 4 p. 196^D trecentarum vulpium quae a semetipsis diversae et -es erant. *pro subst.*: *masc.*: Qvint. decl. 327 p. 286, 28 ne fraternitatis quidem eadem iura futura erant inter tam -es tamque discordes. *neutr.*: Mar. Victorin. ad Iust. 7 haec -ia. Filastr. 142, 1 -ia . . . dictasse. Hier. in Ezech. 7 praef. p. 241 iuncta . . . separare et -ia in unam coartare congeriem. Rvfin. Orig. in cant. 2 p. 117^C nihil -s (*syn.* contrarium, *opp.* congruum, conveniens). Cod. Iust. 1, 17, 2, 19 (*a. 533*) quid -s. *technice*: Diom. gramm. I 456, 1 Latine barbarismus -s vocatur. *adv.* **dissonanter**. Avg. gen. ad litt. 4, 33 p. 133, 13 de illo alibi non utique -r scriptum est.

opp. ad dissono: consono. *ad* dissonans: *syn.*: contrarius, discordans, discretus, dissimilis, diversus, incongruus. *opp.*: congruus, conveniens.

dissonōrus, -a, -um *cf. c.* dissonare *et c.* sonorus. *i. q. dissonus, diversus*: Ter. Mavr. 190 compressio porro est in utraque (*sc.* '*b*' *et* '*p*') -a.

dissonus, -a, -um [*cf. c.* dissonare *et c.* consonus. *Th.*]. *sine gradatione* (*cf.* Clavd. 21, 152, *ubi -a iuxta compar.* diversior). *legitur inde a* Liv., *dein* Sen. Cvrt. Colvm., *in poesi inde a* Lvcano. Gloss. -a dissimilia. Not. Tir. 72, 29 -us, consonus.

1 *proprie de incongruo* (*turbato, aspero, vario*) *sonitu*; *cf. definitionem*: Boeth. mus. 4, 1 p. 302, 4 -ae *voces*, quae simul pulsae non reddunt suavem . . . sonum. 5, 7 p. 357, 14. 5, 11 p. 361, 5 non unisonarum . . . vocum aliae quidem *sunt* aequisonae, aliae consonae . . ., aliae -ae. 5, 11 p. 361, 16. *de musica, cantu*: Sen. dial. 6, 18, 4 tantum silvarum cum suis animalibus aviumque concentu -o (*cf.* epist. 84, 10 *cum* ex pulpito omne tibiarum genus organorumque consonuit, fit concentus ex -is [Macr. sat. 1 praef. 9 Apvl. mund. 19 *v. p. 1506, 74*]). Colvm. 12, 2, 4 -um quiddam ac tumultuosum . . . canere. Apvl. mund. 20 *musica* tam diversis et -is vocibus (*Ps. Arist. mund. p. 396^b, 16* ἐν διαφόροις φωναῖς) harmoniam consonam reddit. Fav. Evl. p. 21, 26 tetrachorda . . . non hiantia neque -a. Mart. Cap. 2, 209 -is mela dulcia cantilenis (*sc. complurium vocum. cf.* 9, 910 -a suavitas). Nicet. psalm. 13 p. 80, 5. *adde*: Nemes. ecl. 1, 16 -a (disona *N*) flamina Mopsi. 3, 10 -a sibila. *de clamoribus turbulentis sim.*: Liv. 4, 28, 2 -os clamores ac subitos tumultus (4, 37, 9 -us, impar [*cf. ibid. glossema*: incerto clamore]. 21, 33, 6. 22, 5, 1. 34, 47, 4. 37, 41, 10. 44, 33, 6. *reliqua v. s.* clamor *vol. III p. 1257, 49 sqq*). Liv. 5, 39, 5 ululatus cantusque -os. 30, 34, 1 congruens clamor ab Romanis . . . -ae illis, ut gentium multarum discrepantibus linguis, voces (*Polyb. 15, 12, 9* ἀδιάκριτον . . . τὴν φωνὴν καὶ παρηλλαγμένην. *adde*: Cvrt. 9, 9, 14 Tac. ann. 14, 45 Plin. paneg. 56, 6. *technice*: Qvint. inst. 9, 3, 72 non eadem ex ⟨voce⟩ non -a. *cf. etiam infra l. 31*). Lvcan. 6, 687 murmura . . . -a et humanae multum discordia linguae (*cf.* Clavd. carm. min. 18, 3). 7, 272 mixtae -a turbae barbaries. Plin. nat. 2, 54 crepitu -o. Tac. hist. 4, 29 strepitus. ann. 1, 34 questus. Apvl. met. 8, 4 latra[n]tibus fervidis -isque. Amm. 31, 7, 11 varios sermonis -i strepitus (*antea* clamoribus . . . inconditis). *adde*: Plin. nat. 2, 112 vaporem -um . . . ut candente ferro in aquam demerso. *nota per enallagen de locis*: Val. Fl. 3, 359 -a pervigili planctu vada. Sil. 3, 221 castra . . . permixtis -a linguis. *hinc transfertur ad oculorum sensum de vario atque incongruo aspectu*: Prvd. psych. 829 ne commissuris distantibus angulus impar argutam mutilet per -a semetra normam. *cf.* 442 gemmas discordia -a turbat. Physiogn. 54 incongruis ac -is translationibus pedum.

2 *translate i. q. discrepans, diversus* (*saepius add. ablat. ut l. 29. 44. 45. 59. 65. 66*): a *de rebus* (*hic illic i. q. alienus, cf. l. 48. 50*): *absolute* (*vel c. abl.*): Lvcan. 3, 289 tam variae cultu gentes, tam -a volgi ora (*cf.* Arnob. nat. 1, 46 oratione. Pavla et Evstoch. Hier. epist. 46, 10, 3 vox [Avg. doctr. christ. 2, 4, 5 Sidon. epist. 4, 25, 4]. Hil. Macc. 311 lingua. Carm. epigr. 1842, 6 verba). Plin. nat. 36, 73 solis ipsius -o cursu. Stat. silv. 2, 2, 114 seu nostram quatit ille chelyn (*hexametros*) seu -a nectit carmina (*i. disticha*). Pavl. dig. 42, 1, 38 pr. inter pares numero iudices si -ae sententiae proferantur (Boeth. cons. 1, 4 p. 16 *syn.* multiplices). Sol. praef. 4 ritu -o abditarum nationum (Prvd. perist. 2, 427). 29, 2 natura tam -am (sui *add. SAP*) faciat varietatem (Avg. epist. 112, 2). Paneg. 4 (9), 19, 3 -i motus habitusque dissimiles (*syn.* diversissimus, dispar, discrepans). Mar. Victorin. in Phil. 4, 7 p. 1229^D *syn.* discrepans. Cod. Iust. 6, 36, 3 (*a. 290*) -is voluntatibus (*syn.* contrarius. Pallad. hist. mon. I 6 p. 269^C *syn.* diversae). Ambr. Abr. 2, 6, 26 plura . . . -a ac repugnantia *vitia*. Hier. epist. 18^A, 7, 4 *syn.* diversum. Prvd. cath. 10, 16 -a texta. c. Symm. 2, 324 tempora. Clavd. 20, 42 -a partu semina. 28, 6 species . . . -a coetu. Avg. coll. c. Don. 3, 9, 15 *testimonia* (*opp.* consona). Cypr. Gall. gen. 1254 somnia. Ios. 501 synagoga. Macr. sat. 7, 8, 6 exemplum non -um. Mart. Cap. 1, 1 -a nexa (*sc. coniugia. cf.* 1, 92 nexio). 2, 191 -a sacra (*sc. peregrina, barbara*). 9, 912. Epist. pontif. Thiel Hil. 2, 2 opinionis. Pavl. Pell. 277 vota. Inscr. christ. Rossi II p. 264 v. 19 dogmata. *nota i. q. allegorice scriptus*: Arnob. nat. 5, 36 -is atque alienis significationibus tecta *pars historiae* (*postea*: ambiguorum . . . dictorum). *add. dativ.* (*cf. infra l. 78*): Stat. Theb. 8, 620 voxque illa *hirundinum* tamen non -a verbis. Ter. Mavr. 116 'e' quae sequitur vocula, -a est priori (*sc.* '*a*'). Ivvenc. 3, 764 laetitiis thalami fuerat quae *vestis* -a (desona *L saec. IX*) longe (lingua *R, Huemer*). Priscill. can. 2 p. 113, 9 quae sibi -a et inimica motu ac fructibus existant. *seq. praepos.*: Liv. 8, 8, 2 adeo nihil apud Latinos -um a b Romana re praeter animos erat. b *de personis* (*ubi additur* sermone *sim., etiam possis referre ad 1*): Liv. 1, 18, 3 tot gentes -as sermone moribusque (Stat. Theb. 4, 299 gens una viris, sed -a cultu. Sol. 31, 1 Amm. 31, 5, 13 Favst. Rei. epist. 3 p. 172, 12 Iord. Get 39, 204. *cf.* Amm. 23, 6, 75 nationes -as et multiplices [29, 5, 28 Mart. Cap. 2, 203]). Val. Fl. 5, 608 regna (Prvd. c. Symm. 2, 586). Sil. 16, 19 tot -a lingua agmina (*syn.* discordantia). Tac. hist. 2, 37 exercitus linguis moribusque -os. Prvd. ham. 100 numina. Clavd. 17, 249 -a ritu barbaries. 21, 152 -a linguis turba. *adde*: Stat. Ach. 1, 457 tunc sparsa ac -a moles (*Graecia*; *sc. propter varias dialectos*) in corpus vultumque coit. *seq. praepos.*: Leo M. epist 111, 3 episcopum a professione sua -um. *adde de mente i. q. inimicus*: Sil. 11, 45 -a corda (Cypr. Gall. Ios. 296). Cypr. Gall. lev. 164 mens.

pro subst.: *masc.*: Ambr. Abr. 2, 6, 26 quietis et pacificis etiam angusta abundant, -is moribus etiam spatiosa artantur (*syn.* discordibus). *neutr.* (*cf. p. 1505, 83*): Apvl. mund. 19 contrariorum per se natura flectitur et ex -is fit unus idemque consensus. Priscill. tract. 6, 100 p. 74, 24 ista tam diversa, tam -a. Macr. sat. 5, 1, 18 velut in musica concordiam -orum. Cod. Theod. 16, 1, 3 (*a. 381*) nihil -um profana divisione facientes (*de trinitate*. Greg. Tvr. glor. mart. 80). Cypr. Gall. num. 664 vatem diversa et -a fantem. *add. dativ.*: Cassiod. gramm. VII 211, 35 (= inst. div. 15 p. 1128^D) reperies . . . frequenter in auctoritate consuetudini -a. inst. div. 24 p. 1138^D quid -um aut discordans patrum regulis.

syn.: alienus, contrarius, discors, discrepans, dissimilis, diversus, incongruus, inimicus, multiplex, peregrinus (Clavd. 28, 6), varius. *opp.*: aequisonus, congruens, consonus, unus.

[*Hofmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dissors, -tis [*a* dis- *et* sors, *cf.* consors. *Th.*]. AVG. gramm. V 505, 33 consors et -s in genetivo singulari tis syllabam habent, ut consortis -tis. -s autem dicitur dissimilis sortis (ISID. orig. 10, 51 'consors'... communis sorte, sicut '-s' dissimilis sorte). GLOSS. II 51, 24 -es διακληρωθέντες. V 287, 35 di⟨s⟩sociat⟨i⟩, sine sorte. 628, 8 desociati (*i.* diss-), divisi, sine sorte sociati. OV. am. 2, 12, 11 mea seposita est et ab omni milite -s (*sic P*, discors *vulgo*) gloria.

dissortium, -ī *n.* [*cf. c.* dissors, consortium. *Th.*]. GLOSS. II 53, 10 -um: διαχωρισμός, διάστασις.

dissuādeo, -suāsī, -suāsum, -ēre *a* dis- *et* suadere. de- *legitur* PORPH. Hor carm. 3, 5, 18 *et semel bisve in edd. parum fidelibus; cf. l. 12. legitur inde a* PLAVTO. GLOSS. ἀποτρέπω. desuadeo ἀποπείθω. NOT. Tir. 53, 45 -et. 53, 48 -sit.

i. q. *dehortari, absterrere, saepe technice de parte deliberativi generis causarum, cf. definitiones*: QVINT. inst. 2, 4, 33 Romanis pro contione suadere ac -ere moris fuit. 3, 4, 15. 3, 8, 6 pars deliberativa, quae eadem suasoria dicitur, de tempore futuro consultans quaerit etiam de praeterito. officiis constat duobus suadendi ac -endi. 3, 8, 15.

A *de spatio locali*: **1** *generatim*: MANIL. 1, 843 *ignis* tumidis exaequat dolia flammis procere -nta uteros (*de structura cf. l. 61*). 2, 253 Cancer (*sc. sidus*) patulam -ntus in alvum. 5, 685 cum solidum certo -unt (-ant *al.*) margine campum, *sc. ad salinas faciendas* (*cf.* MAR. VICTOR aleth. 1, 279 *flumen* regna Evilantum -it limo, *i. auget*). SEN. nat. 2, 6, 6 quid ... aliud ... virentes erigit arbores ac -it in (*cf. l. 33*) ramos (*item de arboribus sim.*: COLVM. 4, 21, 2 quae [*sc. vitis*] supra hunc modum materiis -itur. 10, 306 iam rosa -at contorti stamina iunci. RVFIN. patr. 1 praef. 2 vel gravatur fructibus palmes, vel vaga proceritate -itur. MART. CAP. 1, 11 eminentiora prolixarum arborum culmina perindeque -nta. PAVL. PETRIC. Mart 2, 259 huic pinus vicina loco -nta virentes pandebat ramos. CORIPP. Ioh. 1, 534 ubi glauca nemus -it oliva). LVCAN. 4, 140 medios pontem -it in agros. 6, 489 gelidos ... explicat orbes inque pruinoso coluber -itur arvo (*cf.* AMM. 19, 12, 13 criminibus vero *velut viperis* serpentibus latius, per implicatos nexus sine fine -ntos [*v. p. 1512, 18*] quidam ... extinguebantur). VLT. SYLL. gramm. IV 232, 13 pronomina ... neque multiplicibus syllabis late -nta. HIL. trin. 10, 34 *Christum* penetrantem quidem inferos, sed ubique naturae suae virtute -ntum (*i. per omnia pertinentem*). AVG. gen. ad litt. 5, 10 p. 154, 9 qua latius possent erumpentia fluenta dispergi atque -i. COD. Theod. 7, 13, 12 (*a. 397*) per quas *provincias* res nostra -itur. MAR. VICTOR aleth. 3, 421 -itur agmen (*i. phalanx dilatatur, acies instruitur*). PAVL. PETRIC. Mart. 5, 736 sic -nta nimis longe lateque micabant ... signa. ARATOR act. 2, 682 quinquaginta etiam cubitis -itur arca. *translate*: CASSIOD. var. 1, 4, 15 quo enim se quaevis nobilitas ultra -it quam haec, quae.... BOETH. herm. sec. 2, 7 p. 138, 8 *qualitas humanitatis* determinanda est et aut in pluralitatem -enda aut in unitatem numeri colligenda. NOVELL. Iust. 79 praef. in omnia ... eam (*sc. legem*) quae subiecta sunt -entes. **2** *speciatim*: **a** *sensu geographico, de terris sim.*: MANIL. 1, 204 tellus ... *non* patulas -nta plagas (*i. in plagas extenta; de structura cf. l. 32*), sed *globosa*. MELA 2, 5 terra ... longe -nta. AVIEN. orb. terr. 224 qua ... pontus -itur. 412 latior ambabus (*Europae et Libyae*) species -itur. 538 Illyris ora dehinc -itur. 566 cetera sub folii specie -itur arva. 575 hic -ntus aquas (*ed princ.*, aqua *cod.*, *recte, ut videtur; ablat. ad* lambit *pertinet*, *cf.* ora 634) sata lambit pinguia Ladon. 633 tellus Trinacria patulo -itur agro. Arat 1727 qua pontus freta per -nta quiescit. ora 217 litusque late saxeum -itur. 580 moles multa gurgitis -itur. AMM. 14, 4, 3 spatia longe lateque -nta. 14, 8, 1 Cilicia spatiis porrigitur late -ntis (23, 6, 65 terrasque lato situ -ntas. 31, 16, 3). 22, 8, 42 terras sine cognita fine -ntas (*cf.* 31, 2, 18). VEG. mil. 1, 8 *populus Romanus* ex parvissimis finibus imperium suum paene solis regionibus et mundi ipsius fine -it. MART. CAP. 6, 626 hoc ... freto laevorsum Europa -itur usque in Tanais fluminis gurgitem. 6, 644 circuitus eius (*Corsicae*) omnis -itur milibus trecentis viginti quinque. 6, 661. 8, 831. VICT. VIT. 1, 37 itinera -nta deserti. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 16 urbs Turonum -nta agris. 2, 228 -nti avia ruris. 5, 19 Gallia et immensis late -itur agris. DRAC. laud. dei 2, 380. VEREC. satisfact. 168 ardor concremat incensas -ntis sedibus urbes. PRISC. peribeg. 89 Sicaniae gurges ... qui procul effusus Pachyni -itur (*B*, pachinis tenditur *A*) oris ad Cretae summam. 133 Asia quam (*sc. Propontida*) supra populis -itur amplis ad notiam partem. CASSIOD. in psalm. 33, 4 per locorum latitudines forte -ntas. IORD. Get. 3, 17 sinu (*sc. maris*) -nto. 5, 37 ultra quos -untur (*antiquorum codicum pars*, -unt *ex altera parte recepit Mommsen, interpretatus p. 186 'sensu reflexivo'*) supra mare Ponticum Bulgarum sedes. CORIPP. Ioh. 2, 80 iunctasque mari -it harenas Marta mali genetrix. GREG. M. dial. 2, 8 p. 152ᴬ mons -nso sinu hoc idem castrum recepit. **b** *apud mathematicos et physicos de corporibus, quibus extentio quaedam propria est, item apud theologos Christianos de qualitate dei disputantes.* AVG. civ. 10, 3 p. 405, 33 D. *deus* nec mole -itur nec partitione minuitur. 11, 5 p. 467, 24 substantiam dei, quam nec includunt nec determinant nec -unt loco (*cf.* c. epist. fund. 16 p. 213, 24 *omne corpus* aliud hic et aliud alibi habens per quaelibet spatia locorum distanti et dividua vel potius, ut ita dicam, sectili mole -itur). MACR. somn. 1, 5, 9 planities vero, quam Graeci ἐπιφάνειαν vocant, longo latoque -itur, alto caret. EVSTATH. Bas. hex. 3, 4 p. 894ᴬ corpus ... in altitudine et latitudine -nsum. CLAVD. MAM. anim. 3, 11 p. 174, 8 corpulentum aliquid aut coloratum aut per loca -ntum. *cf.* 3, 16 p. 186, 11 memoria illocalis quaedam capacitas est, quae nec multitudine recordabilium -itur (*sc. ut ex. gr. venter cibis*) nec *eqs.* BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 10 p. 161, 5 linea vel superficies vel numerus vel singulae qualitates, quas tametsi incorporeas esse pronuntiamus, quod tribus spatiis minime -antur, tamen *eqs.* arithm. 2, 4 p. 90, 3 *superficies nec* trina intervalli demensione -itur. 2, 13 p. 97, 15 quartus *pentagonus* ... quantitate -itur. 2, 49 p. 158, 20 ex longitudine in latitudinem -ntus est cybus. *a corporibus geometricis transl. ad numeros*: MART. CAP. 7, 746 in secundo versu a decem numeri velut linea -untur. BOETH. arithm. 2, 4 p. 88, 9 intervalla multiplicata (*sc. numerorum*) maiore sese spatii prolixitate -unt. 2, 5 p. 90, 7 in longitudinem ... -nti numeri (*paulo post*: in aliud ... spatium latitudinis extenti numeri). *de musicorum intervallis*: BOETH. mus. 1, 18 p. 204, 28 diapente ab ... usque ad ... -itur.

B *de spatio temporali*: **1** *generatim*: CYPR. GALL. Ios. 572 cuius vita fuit centum -nta per annos atque decem. AVELL. p. 596, 18 -untur ecce vota pacem desiderantium, diuturni temporis tractu maeret ecclesiarum ... communio. VEN. FORT. carm. 11, 3, 11 gaudia -nsos pariter celebretis in annos. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 23 p. 383ᴮ moleste ferens intercapedinem temporis, quae dilatione sui desiderata -it. **2** *speciatim de sermone vel libro ampliore*: RVFIN. symb. 22 breviatum sermonem longa dissertatione -imus. AVG. c. Cresc. 3, 82, 94 nolo te per multa -as. MAR. MERC. Theod. adv. Cyr. 1 operae pretium visum est iterum contra niti sermonemque -ere. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 201 -ntae et scripta coartans historiae. BOETH. in top. Cic. 1 p. 271, 14 nisi opus multa librorum pluralitate -ret. *cf.* GLOSS. *p. 1512, 20.*

part. perf. pass. pro adi. **distentus** (-nsus *l. 49*), -a, -um. *comparat.*: HOR. sat. 1, 1, 110 quodque aliena capella gerat -ntius uber (*cf. III A 2 c*). PACIAN. epist. 3, 25 p. 94 uva -ntior (*cf. p. 1515, 37*). AMM. 22, 12, 6 milites carnis -ntiore sagina ... potusque aviditate corrupti. 28, 4, 34 plerique -ntioribus saginis addicti (*utroque Ammiani loco translatio ab homine ad rem; cf. p. 1514, 6*). GREG. M. moral. 2, 75 quo est cura -nsior. VEG. mulom. 1, 25, 2 (*enumerantur varia aegrotorum mulorum genera casu dat.*) freneticis, -ntis (*L*, distenticiis *F* [distentiosis *Chir.*], bistentitiis *A*, disentricis *P*), sideraticis (*cf. p. 1512, 57*).

usus reflexivus: *v. p. 1515, 56. 1516, 26.*

deriv.: distento, distentio, distentus.

distēnsio *v.* distentio.

[**distentātio**, -ōnis *f.* -e *var. lect. pro* distentione *p. 1517, 63.*]

?**distenticius**, -am, -um *v. l. 51.*

***distentio**, -ōnis *f. a* distendere. *iuxta formam genuinam legitur* distensio *inde a saec. IV* (CHIRON 114. 275. 276 FVLG. aet. mund. p. 141, 5 RVFIN. Greg. Naz. orat. p. 175, 18 AVG. serm. 243, 4 MARCELL. med. 8, 117. 16, 4 PS. SORAN. quaest. med. 79 CASS. FEL. 42 p. 99, 21 BOETH. arithm. 2, 44 p. 145, 7 VEREC. in cant. 1, 2. 6, 12 *al.*). GLOSS. occupatio (distent-, distens-; *fort. huc etiam referenda* distar-, distur-, *sed cf. p. 1540, 46.* -e δια[σ]τάσει). *primum legitur apud medicos* (CELS. SCRIB. LARG.) *sensu proprio, deinde translate ad sollicitam occupationem significandam usurpatum erat in ecclesiastae interpretatione vetere latina* (*v. p. 1517, 45*), *unde fluxit in scriptorum Christianorum tractatus, qui postea eius vocis vim latiorem esse voluerunt, ita ut multis participii* distentus *significationibus responderet. a scriptoribus non Christianis vocem non usurpatam esse nisi ad morbum nominandum vel inde intellegitur, quod* PLIN. *et* DIOM. gramm., *cum eis nomine actionis opus esset a verbo* distendendi *derivato, non* -o, *sed* distentus (*quod conferas*) *dixerunt.*

I *proprie*: **A** *i. q. tensio*: **1** *generatim* (*cf.* distendo *I A*): RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 8, 1 nec arcus ... chordaque distenta ... (*cf. p. 1512, 40*), nisi parum quid a -sione (-tione *al.*) laxetur. AVG. serm. 243, 4 diversa -sio (*nervorum citharae*) diversos edit sonos. VEREC. in cant. 6, 12 arcus extensio dominici corporis est in ligno crucis -sio (*cf.* distendo *I A 2*) MVTIAN. Chrysost. hom. 27 p. 405, 1 -o quippe dicitur decollatio (ἀποτυμπανισμὸς γὰρ λέγεται ὁ ἀποκεφαλισμός. *cf. p. 1513, 1*). **2** *speciatim*: *t. t. medicorum*: **a** *de nervis*: CELS. 2, 1, 12 frigus modo nervorum -em, modo rigorem infert; illud σπασμός, hoc τέτανος graece nominatur. 2, 8, 17 *ipsa febris* nervorum -em rigoremque, si postea coepit, ex toto tollit (*cf. Hippocr.*

[*Fraenkel*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vol. V p. 658, 348 Littré τὰ σπασμώδεα καὶ τετανώδεα πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει). passim apud CELS.: nervorum -o (*opp.* resolutio 5, 28, 2 B. 8, 4, 1. 21). CAEL. AVR. acut. 3, 6, 61 *suprascr.* de conductione, quam Graeci spas[i]mon vocant et -e, quam tetanon appellant (*cf.* 3, 6, 63) et earum speciebus (*toto hoc capite modo* extentio, *modo* distentio, *modo* tensio *ponuntur*). VEN. FORT. vita Germ. 39, 110 nervorum -sionem. **b** *de toto corpore* (*i. q. inflatio*): CELS. 5, 28, 11 D. SCRIB. LARG. 89 extr. MARCELL. med. 16, 4 (*cf.* CASS. FEL. 42 p. 99, 21 ad praecordiorum -siones [p. 99, 15 praecordiorum tensio]. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 69 colli). **c** *de oculis*: SCRIB. LARG. 26 (= MARCELL. med. 8, 117) ad dolores cum rubore et -e oculi sicca (*cf. p. 1515, 9*). **d** *in mulomedicina capitis quidam morbus*: VEG. mulom. 2, 9, 1 -is quoque valetudo ad capitis praecipue causam refertur. 2, 9, 3 cum animal -is aegritudo comprehenderit (tit. cap. 2, 9 de -bus). CHIRON 114 (*in titulorum indice*) de -nsione. 256 si nondum cerebrum gravaverint, -ntionem faciunt ab eo, quod *eqs.* 266 -ntio. 275 de -nsione. *ibid.* quod iumentum a -nsionem (*Bücheler*, ad extensionem *cod.*) laborabit. 276. *de humani capitis morbo*: PS. SORAN. quaest. med. 79 per hanc (*sc. vigilantiam*) ... aegro -nsio fit. et est siccitudo cerebri, quae aufert somnum.

B *i. q. extensio, ambitus, amplitudo (de spatio locali). cf.* distendo *III A*: FVLG. aet. mund. p. 141, 5 murorum ambitus in -ntione (-nsione *al.*) admiranda porrigitur. AVG. in psalm. 44, 4 -ntio aëris (EVSTATH. Bas. hex. 6, 9 p. 932^C^ aëris -ntione). BOETH. arithm. 2, 44 p. 145, 7 (*cf. p. 1516, 26*) si in quamlibet multiplicitatem numerorum sit constituta -nsio (distantia *al.*).

C *i. q. inflatio. de ventre pleno; cf.* distendo *III A 2 a*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 6, 1 ventris -nsione. PAVL. NOL. epist. 38, 8 init. (*trop.*) ab illa supervacuae -ntionis saturitate vacuatus es. 50, 13 extr. (= AVG. epist. 121, 13) -ntio (-nsio *al.*) corporis animae sobrietatem necat. POMER. 2, 22, 1 -e ventris vilibus onerari. MVTIAN. Chrysost. hom. 29, 4 p. 426, 6 gravedinem ex illis cibis et -em ... habiturus.

II *translate i. q. sollicita occupatio* (*cf.* distendo *I B*): ITALA eccles. 3, 10 (Op. imperf. in Matth. 29 p. 784) deus -nsionem magnam (περισπασμόν, VVLG. afflictionem) dedit hominibus, ut distendantur in ea (*cf.* HIER. adv. Iovin. 1, 13 statim impleat, quod praeceptum est, et hoc faciat sine ulla -e [distentatione *al.*], quae data est secundum Ecclesiasten hominibus huius mundi, ut distendantur in ea [epist. 49, 7, 3]). ITALA eccles. 5, 13 (Ambr. Iob 2, 4, 12) pereunt in summa -e (*pro* -ntione *pars codd.* distinctione, *reliqui* districtione) ac sollicitudine (περισπασμῷ πονηρῷ, VVLG. afflictione pessima). VVLG. eccles. 8, 16 *ut* intellegerem -em, quae versatur in terra (τὸν περισπασμὸν τὸν πεποιημένον ἐπὶ τῆς γῆς). *hebraicam vocem q. e.* ענין, *quam quomodo verterent interpretes valde dubitabant, cum in uno Ecclesiastae libro atque illic quidem passim legeretur (cf. ex. gr. Fürst, lexic. manual. s. v.), iam in interpretatione vetere latina si non ubique, at certe aliquot locis vocabulo q. e. -o redditam esse testatur* HIER. in eccles. 1 p. 392 (*ad* eccles. 1, 13 hanc occupationem ... dedit deus filiis hominum): verbum ANIAN Aquila, Septuaginta et Theodotio 'περισπασμόν' similiter transtulerunt, quod in 'distentionem' Latinus interpres expressit, eo quod in varias sollicitudines mens hominis distenta lanietur. Symmachus vero 'ἀσχολίαν', id est 'occupationem' transtulit. quia igitur saepius in hoc volumine nominatur, sive 'occupationem', sive 'distentionem', sive quid aliud dixerimus, ad superiorem sensum cuncta referantur (*sic ipse* HIER. in eccles. 8 p. 456 [*ad* eccles. 8, 16] *transtulit*: viderem occupationem, *in* VVLG.: intellegerem -em; *cf. l. 41*). *vox illo artiore sensu, quo adhibetur Ecclesiastae locis (sc. ut significet sollicitam occupationem,* 'quae versatur in terra') *a posterioribus recepta, adamata* CASSIANO: SERM. Arrian. frg. II 9 a terrenarum rerum -nsione. CASSIAN. inst. 6, 11 -bus diei (conl. 7, 3, 3 *mens* cotidianis -bus occupata. 9, 6, 1. 24, 11, 2 ab omni cura et sollicitudine diurni operis ... absque ulla -e spiritus). conl. 14, 9, 3 mundanis ... -bus (9, 5, 1 [*syn.* curas sive sollicitudines saeculares]. 24, 13, 4 nullae saeculares curae, nullae mundanae -es. *cf.* 23, 16, 4 -e condicionis humanae ... ad curas humilium rerum *mens prolabitur*). *de cura victus et rei familiaris*: CASSIAN. conl. 4, 20, 2. 18, 7, 3. 19, 5, 1. 19, 6, 1. 24, 1, 2. 24, 3, 1 loca quae mentem eius nulla ad culturae -em ... fecunditate sollicitent (*cf.* 24, 12, 4). 24, 25, 5. 24, 26, 4. 6. GILD. chron. 34 p. 15, 20 propriae voluntatis -bus ruptis. POMER. 2, 21, 2 *qui mortuus est carne ... eum* non -o (distinctio *al.*) alieni actus illaqueat. VEREC. in cant. 1, 2 extr. in -e mobilium voluptatum (*antea*: fluminibus ... -is humanae). 2, 6 terrenis -bus occupati. GREG. M. moral. 2, 37 deus ... simul cuncta sine -e comprehendit.

deriv.: distentiosus.

distentiōsus, -a, -um *cf. c.* distentio, distentus. *de armento, quod distentionis malo laborat*: CHIRON 17 caduco, frenetico, -is (distencionis *cod.*). *cf. p. 1516, 51.*

distento, -āre *a.* distendere. *i. q. distendo*: HIER. in Is. 54, 2. 3 p. 628^D^ dilatet tentorium suum pellesque -et (VVLG. extende).

1. distentus, -a, -um *a* distendere *v. p. 1516, 43.*

2. distentus, -a, -um *a* distinere *v. s. v*

3. distentus, -ūs *m. a* distendere. *i. q. actio distendendi*: PLIN. nat. 8, 138 sufflatae cutis -u (*cf.* distendo *I A 1 b*). DIOM. gramm. I 477, 18 *ut* et brevi successu et longo -u (-o *al.*) gradus simul et nisus firmaretur. *Fraenkel.*

distergit, -sit NOT. Tir. 49, 3^a^. 49, 9^a^. *a* dis- *et* terg(e)o, *cf. c.* deterg(e)o, *cuius verbi formam vulgarem fortasse agnoscendam esse statuit Heraeus, Archiv 12 (1902) 42.*

disterminātio, -ōnis *f. a* disterminare. *i. q. terminatio*: AGENN. grom. p. 66, 24 L. (= p. 27, 14 Th.) in omni ... genere -is.

disterminātor, -ōris *m. a* disterminare. APVL. mund. 1 axis ... divisor et r mundi (*Ps. Arist. mund. p. 391^B^, 26 διάμετρος ἔσται τοῦ κόσμου*).

distermino, -āvi, -ātum, -āre [*a* dis- *et* terminare. *Th.*]. *variat in codd. hic illic cum* de-, *quod conferas.* GLOSS. διορίζω. -at disiungit. COMMENT. Lucan. 2, 7 divisit -vit. *legitur inde a* CIC. carm. *et* LVCR. *singulis locis, dein* SEN. phil. [*dub.*: CLAVD. 3, 175 discriminat *codd. plerique*, disterminat *B*, '*fortasse recte*' *Birt*]

1 *i. q. dividere, disiungere, separare*: **a** *c. acc. rei* (*absol., obi. supplendo*: VVLG. Ezech. 47, 18 Iordanis -ans ad mare orientale [διορίζει]): *c. simplici acc.*: CIC. Arat. 94 quas *stellas* intervallum binas -at unum. PLIN. nat. 6, 9 ubi -at eos ... amnis. APVL. Socr. 8 p. 137 veluti quadrifariam natura magnis partibus -ata. mund. 2 Luna altitudinis aetheriae principia -ans (*Ps. Arist. mund. p. 392^A^, 29 ὁ τῆς σελήνης [sc. κύκλος] μέχρι γῆς ὁρίζεται*). PAVL. dig. 10, 1, 4, 10 *urbana praedia* communibus parietibus plerumque -antur (*cf.* AMBR. in psalm. 118 serm. 6, 19 nec -et *paries* eius *templi* interna, sed muniat [*syn.* separet]). AVIEN. orb. terr. 911 medius -at ambos. Arat. 386 -at aër crassior hos. AMM. 31, 8, 6 fretum ... maria. HEGES. 3, 6, 1 *Galilaeam* (*Ios. bell. Iud. 3, 35 διορίζει*). *adde*: THEOD. PRISC. gyn. 12 ut haec patefactio *feminarum atretarum* ... linteolis ... diutius -etur (*i. aperta teneatur*). *c. duobus acc.* (*saepius nomina populorum pro terris posita. cf. etiam*: PLIN. nat. 5, 85 Arabiam inde laeva ... dextraque Commagenem -at *Euphrates*): SEN. nat. 1 pr. 8 Danubius Sarmatica ac Romana -et (6, 7, 1 Europam Asiamque). MELA 2, 5 Panticapes qui Nomadas Georgosque -at (PLIN. nat. 4, 83). PLIN. nat. 3, 31 Pyrenaei montes Hispanias Galliasque -ant. 5, 123. 142. 149. 6, 129 Tigris ... Arabas Orrhoeos Adiabenosque -ans. TAC. ann. 11, 10. AVIEN. orb. terr. 28 Europam atque Asiam Tanais (*cf. infra l. 44. 51*). 398. ora 695 Europam ... isto flumine *Rhodano* et Libyam ... -ari. AMM. 27, 12, 11. 31, 16, 7. HYG. astr. 1, 8 p. 27, 14 *syn.* dividit. PRISC. periheg. 866 IORD. Get. 3, 17. *c. acc. et* a b *c. abl.* (*cf. infra l. 51*): MELA 1, 101 canalis angustior Europam ab Asia stadiis quinque -at. LVCAN. 1, 216 Gallica certus limes (*sc. Rubico*) ab Ausoniis -at arva colonis. 9, 957 Asiam ... fluctus ab Europa. PLIN. nat. 4, 112 -atis ab Asturia Vettonibus. 5, 119 Phrygem *fluvium*, qui nomine genti dato a Caria eam -at. 6, 9. 135. 7, 30. 12, 100. OPTAT. 3, 2 p. 70, 10 (de- *pars codd.*). AVIEN. orb. terr. 349 *Nilus* Asiam ab Libya -at ... secernens, ... disiungens (*cf. infra l. 52*). AMM. 15, 11, 2. 22, 8, 27 Asiam ... ab Europa *Tanais.* HEGES. 4, 27 v. 5 AVG. quaest. hept. 6, 21 p. 440, 9. *adde*: AMM. 25, 1, 15 venam quae caput a cervice -at. PROB. Verg. georg. 1, 233 p. 363, 13 orizon ... diem a nocte. AMBR. Noe 13, 43 noctem ... tenebrae a diei claritate. *nota passivum pro intrans. (cf. infra l. 75) i. q. distare*: SOL. 33, 5 pagus Sabaeorum, a quo octo mansionibus regio turifera -atur (*cf.* PLIN. nat. 12, 52 distat). EPIST. pontif. 300 Migne 20, 515^B^ ita longis intervallis -atis a me ecclesiis. *c. acc. et abl.*: AVIEN. orb. terr. 861 *Tanais* Asiam Europa[m] -at. PRISC. periheg. 219 *Nilus* latis Libyen Asiae -at oris. **b** *c. acc. personae (cf. etiam supra l. 26)*: *c. acc. mero*: LICENT. carm. ad Aug. 140 nos iter immensum -at (*syn.* coercet). *c. acc. et* a b *c. abl.*: PANEG. 12 (2), 22, 2 non ... quas *gentes* ab orbe nostro ... flumina ... distinguunt, sed quas ... continua hieme separatas aut interfusis aequoribus abiunctas natura -at. ARNOB. nat. 6, 5 quos *populos* ab sui notitia maria *eqs.* -ant. SYMM. epist. 4, 23, 1 quos a proprio lare peregrinatio longa -at. *adde*: ZACCH. 3, 1 p. 1150^A^ eos a Christo vis nulla. AVELL. p. 53, 26 quem a communione religionis mentis inquietudo -at. POMER. 2, 13, 2 p. 456^C^ quae *divitiae nos* a mundo -ant. **2** *i. q. determinare, definire*: PLIN. nat. 5, 97 unde vastos sinus Taurus mons ... Chelidonio promunturio -at. HYG. lim. grom. p. 169, 5 mensurae ... -andae causa. AMBR. in psalm. 118 serm. 8, 40, 1 qui *funibus* ... agrorum limites ... distingunt et possessionum spatia -ant. COMPVT. Carth. I 9 tricesimarius ... lunae numerus per septenarium numerum ebdomadis divisus spatia numero ducenta decem -at (*postea* adnotata). **3** *de actione mentis i. q. distinguere*: LVCR. 2, 719 ne forte putes animalia sola teneri legibus hisce, ea res (*Munro*, his quaedam *codd.*) ratio -at omnes. AVG. civ. 8, 4 p. 325 D. rationalem *philosophiam*, qua verum -atur a falso. BOETH. in Porph. comm. sec. 5, 7 p. 307, 15 aliae sunt *differentiae* quae genus ab specie ... -ant, aliae vero quae ... genus ... etiam a ceteris diducunt ac -ant (distinguunt ac deducunt *H N*). categ. 1 p. 177^B^. *pass. pro reflex. vel intrans. i. q. differre*: THEOD. PRISC. log. 32 satyriasis, gonorroea vel priapismus ... his accidentibus -antur. 49. 77. *nota duos abl.*: THEOD. PRISC. log. 112 hae passiones ... locorum varietate nominibus -atae sunt.

syn.: ab-, disiungere, arcere (PLIN. nat. 4, 112), coercere, dividere, secernere, separare. determinare, diducere, distinguere.

disterminus, -a, -um [*cf. c.* disterminare *et c.* conterminus. *Th.*]. *i. q. disterminatus*: SIL. 5, 399 Tartessos latis -a terris, *sc. a Calpa* (*syn.* divisus). *f. subst.* **distermina**, -ae: MART. CAP. 6, 714 quae linea ... διάμετρος dicitur, latine -a.

[Hofmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

disterno, -strāvī, -strātum, -ere [*a* dis- *et* sternere. *Th.*]. NOT. Tir. 54, 87 -it. 54, 88 -vit. 54, 89 -atum. *i. q. sternere*: APVL. met. 2, 15 pueris extra limen ... humi ... -atum (distractum *φ, de F v. adn. crit., cf.* ὑπέστρωτο *Lucian.*) fuerat. 10, 34 iam torus ... accuratissime -batur.

distero, -trīvī, -ere *a* dis- *et* terere. *i. q. terendo comminuere*: CATO agr. 75 casei p. II bene -at in mortario. *ibid.* ubi bene -erit. *obscaene*: PETRON. 24, 5 cinaedus ... clunibus eum basiisque -vit.

distexo, -ere *a* dis- *et* texere. *i. q. retexere*: SIDON. carm. 15, 161 Penelopam tardas texit -ere telas.

distichos, -on (**distichus,** -um) *adi.*, δίστιχος. *de hordei genere*: COLVM 2, 9, 16 alterum ... genus hordei est, quod alii -um, Galaticum nonnulli vocant (*opp.* hexastichum. ISID. orig. 17, 3, 10). *de genere versuum*: VARRO Men. 398 etiam -on epigrammation vocant poema. *n. subst.* **distichon (distichum,** -ī), δίστιχον (*graece scr.*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 57, 9 epodoe quae similiter κατὰ δίστ[ο]ιχον fiunt): ISID. orig. 1, 39, 21 idyllion paucorum versuum, -on duorum, monostichon unius. MART. 2, 71, 2 ex nostris -a pauca (7, 85, 2 *opp.* tetrasticha. 11, 108, 2 *opp.* libello). 2, 77, 8 -a longa facis. 3, 11, 2 in te factum -on (*sc. 3, 8*). 6, 65, 4 -a sola legas (*opp.* hexametris epigramma facis). 8, 29, 1 *opp.* liber. 13, 3, 5. SVET. Iul. 51 hoc -o apparet (*sc. duobus septenariis troch.*). Otho 3, 2 hoc -o enotuit. vita Verg. p. 58 *bis* (*semel seq. duo hexametri*). p. 63 AVSON. 109, 2. SCHOL. Hor. epist. 1, 1, 67 unde -on fecit (*duos senarios*). MART. CAP. 1, 42 -um ... Eunianum (*seq. duo hexametri*). SIDON. epist. 5, 8, 2. 8, 11, 7 *opp.* tetrasticho (epist. [carm. 22] 6). 9, 14, 5.

distillātio, distillo *v.* de-.

distimulo, -āre [*a* dis- *et* stimulare. *Th.*]. *quasi stimulo dissipare, dilapidare*: PLAVT. Bacch. 64 aculeata sunt: animum fodicant, bona -ant, facta et famam sauciant. *cf. etiam* destimulo *p. 754, 44, ubi* PAVL. NOL. epist. 20, 23 *corrigas*: carm. 20, 23.

distīnctē *v.* distinguo. **distīnctibilis** *v.* discinctibilis.

distīnctim *adv. i. q.* distincte. CYPR GALL. exod. 1095 signantes *gemmae* nomina sena -m tribuum. num. 152. CASSIAN. inst. 2, 11, 1 *psalmos* duabus vel tribus intercisionibus cum orationum interiectione divisos -m particulatimque consummant (*opp.* continuata ... pronuntiatione concludere). PROSP. c. coll. 21, 3 -m (*i. separatim*) edita volumina *Augustini*. CASSIOD. in psalm. 32, 15 singillatim: id est divisim atque -m.

×distīnctio, -ōnis *f. a* distinguere. distint- *hic illic in codd. saep. confunditur in codd. cum* distentio; *hinc dub.*: EVSTATH. Bas. hex. 7, 1 p. 937ᴮ per -em pectoris aerem traheus *pulmo* (*sic impressum apud Migne;* διαστολῆς). GLOSS. διαστολή. διάλυσις. separatio. -em διαίρεσιν. *legitur inde a* RHET. Her. *et* CIC., *dein* SEN. phil. (*11ies*) COLVM. (*semel*) PLIN. nat. (*17ies*) QVINT. inst. (*13ies*) TAC. (*bis*) PLIN. epist. (*semel*), *dein passim. plur. inde a* QVINT. [*dub.*: PAVL. dig. 4, 8, 16, 1 districtione *codd. dett.*]

I *de actione mentis i. q. discretio*: **A** *latiore sensu*:

1 *generatim*: **a** *mera vi actionis*: **α** *absolute*: CIC. inv. 1, 75 hac -e *nominis ambigui*. fin. 3, 54 recte ... haec facta -o est. ac. 2, 48 nulla in visis -o appareat (*cf.* 2, 86 in agnoscendo. orat. 205 in eo genere. part. 17 in verbis). 2, 84 qua -e sublata. Tim. 7 de his ... haec sit prima -o (διοριστέον). div. 2, 127 quae est tandem ista -o? (*cf.* TERT. adv. Marc. 5, 13 p. 621, 2). fat. 45 off. 1, 122. ad Brut. 1, 2, 5 illam -em tuam. SEN. epist. 58, 21 si aliam desideras -em *eqs.* 85, 18 inepta -o *Epicuri*. PLIN. nat. 12, 71 facili -e *Indicae murrae a genuina*. GAIVS dig. 50, 16, 236 TER. MAVR. 1356. TERT. resurr. 51 p. 105 sine -e, sine condicione. adv. Marc. 4, 39 p. 556 interstruere -em. 5, 17 p. 633 *al.* FAV. EVL. p. 8, 13 -is gratia. HIER. epist. 37, 1, 3 ob -em ... positum est. AVG. civ. 6, 9 p. 263 D. cum religiosum a superstitioso ea -e discernat, ut *eqs.* 10, 1 p. 403 certior. *al.* BARNAB. 9, 8 -e facta dicit (διάστημα ποιήσας. *cf.* RVFIN. hist. 3, 39, 5). *al.* *add. gen. subi.* (*cf. p. 1520, 27*): SEN. epist. 9, 14 Chrysippi. TERT. adv. Marc. 5, 13 p. 619 haeretici. AVG. civ. 3, 25 p. 137 D. Labeonis. POMER. 3, 31, 5 Stoicorum. AVG. quaest. hept. 3, 2 p. 236, 2 legis *Mosaicae*. BOETH. herm. sec. 6, 13 p. 446, 14 expositionis nostrae (*syn.* separationem). **β** *c. gen. obi.* (*cf. p. 1520, 29*): RHET. Her. 3, 19, 32 idoneorum locorum commodissimam -em comparare. CIC. Scaur. frg. 1, 4 congesta fuit accusatio magis acervo quodam criminum, non -e aliqua generum et varietate (PLIN. nat. 10, 22. 12, 41). leg. 2, 13 est lex iustorum iniustorumque -o *eqs.* (*cf.* top. 82 iuris et iniuriae *de cognitionis quaestione* 'quale sit'). fin. 1, 33 harum ... rerum facilis est et expedita -o. ac. 2, 43. nat. deor. 2, 15 siderum ... -em, utilitatem, pulchritudinem, ordinem (2, 104. *cf. p. 1521, 83*). 2, 146 varietas sonorum, intervalla, -o (*cf. p. 1520, 67*). fat. 43 causarum -o ac dissimilitudo. off. 1, 104 ingenui et illiberalis ioci. SEN. benef. 7, 2, 1 turpis honestique. nat. 2, 39, 4 aliam -em utriusque *fulminis* (*cf.* PLIN. nat. 15, 122. 19, 126). PLIN. nat. 19, 18 medullae *lini* numerosior -o candore, mollitia. QVINT. inst. 4, 5, 6 quaestionum (*opp.* tractatio). ITALA I Cor. 12, 10 (Tert. adv. Marc. 5, 8 p. 599) -o spirituum (διακρίσεις, VVLG. discretio). TERT. pudic. 19 delictorum. anim. 11 spiritus. adv. Hermog. 30 p. 158 substantiarum (*coniunct.* dispositionem, *opp.* confusionem. *cf. antea* singillatim definiens). adv. Marc. 2, 14 p. 354. 2, 21 p. 364 *al.* HIL. psalm. instr. 17 psalmi. AMM. 25, 4, 8 pro rerum ⟨et⟩ hominum -e. 31, 14, 3 HIER. epist. 28, 4, 2 in psalm. 24 AVG. civ. 10, 25 anim. 4, 24, 39 p. 418, 24 serm. ed. Mai 58, 1. ARNOB. ad Greg. 14 ciborum. BOETH. herm. sec. 6, 14 p. 485, 12 falsitatis. *al. nota*: AMM. 16, 8, 13 sine iustitiae -e (*i. respectu*) vel recti. DECRET. decur. Ferent. Prisc. (Corp. X 5853) 17 sine -e libertatis. *nota*: DIOM. gramm. I 436, 19 pronuntiatio est scriptorum secundum personas accommodata -e similitudo. *adde*: CIC. fin. 1, 64 veri a falso -o. **b** *i. q. discrimen*: DIOM. gramm. I 420, 17 *vox tibiae* habet ... modulatam aliquam -em. LACT. epit. 33, 3 non erit sanguinis ulla -o *in civitate Platonis* (*cf.* SALV. gub. 7, 101 sine -e [*i. promiscue, syn.* discretione]). VVLG. Rom. 3, 22 non enim est -o (10, 12 Iudaei et Graeci). RVFIN. Greg. Naz. orat. 4 p. 154, 20 temporum ... -e servata. VICTRIC. 21 nominis. ISID. diff. 1, 225. 2, 3. est -o *c. structuris* (*cf. etiam p. 1521, 14*): *seq.* ut (*cf. infra l. 34*): CIC. fat. 45 cum haec sit -o, ut. SVLP. SEV. dial. 2, 10, 6. *enunt. interrog.* (*cf. infra l. 33*): CIC. Tusc. 4, 59. TERT. bapt. 4 nulla -o est, mari quis an stagno ... diluatur (*syn.* refert). quod: PLIN. nat. 21, 165. 34, 117 (*cf. antea* distat). *acc. c. inf.*: PLIN. nat. 18, 90.

2 *speciatim*: **a** *in iure*: *absol.*: NERAT. dig. 25, 1, 15 secundum eam -em (VLP. dig. 12, 4, 3, 1 *al.* COD. Iust. 3, 33, 14, 1 *al.*). AFRIC. dig. 19, 2, 35 pr. hac -e uti (VLP. dig. 41, 1, 33, 1 *al.*). *ibid.* probata est (VLP. dig. 14, 1, 1, 9 *al.*). GAIVS inst. 1, 127 hoc -em recipit (MAECIAN. dig. 35, 2, 30, 5). 3, 197 optima ... -e. MAECIAN. dig. 29, 1, 14 non sine -e (35, 2, 30, 2 PAVL. dig. 5, 1, 24, 2 *al.* COD. Iust. 5, 16, 25, 1 *al. cf.* PAVL. dig. 34, 3, 25 cum -e [VLP. dig. 42, 8, 10, 10 *al.*]). PAPIN. dig. 3, 1, 8 adhibetur. 15, 1, 50, 3 admittendam esse. 49, 17, 15, 2 servabitur. *saep. add. gen. subi.*: PROC. dig. 32, 86 Labeonis. VLP. dig. 12, 1, 11 pr. Nervae. 19, 1, 17, 2 Trebati. COD. Iust. 4, 29, 23 pr. iurisdictionis. *al. add. gen. obi.*: PAPIN dig. 34, 9, 18 pr. temporis (35, 2, 9, 1). 49, 17, 15, 3 causarum. VLP. coll. Mos. 1, 6, 1 casus. COD. Iust. 2, 41, 2 *al. add. praepos.* (*cf. supra l. 7*): in *aliqua re*: VLP. dig. 28, 3, 6, 7 *al.* de: AFRIC. dig. 19, 2, 35 pr. circa: PAPIN. dig. 29, 1, 34, 2. 35, 2, 9, 1. *add. enunt. interrog.* (adhibenda est -o *sim.*): POMPON. dig. 34, 2, 34, 2 PAPIN. dig. 3, 1, 8 CALL. dig. 14, 2, 4, 2. ut: POMPON. dig. 32, 85 PAPIN. dig. 46, 3, 95, 5 VLP. dig. 19, 1, 17, 2 *al.* **b** *apud* ECCL. *de trinitate* (*cf.* ISID. diff. 2, 3 in personis ... discretio est, in divinitate nulla -o): TERT. adv. Prax. 9 p. 239 nec divisione alium *filium a patre*, sed -e (12 p. 246 *cf.* PHOEBAD. c. Arrian. 20 FACVND. defens. 7, 7 p. 703ᴮ). 11 p. 243 et demonstrationem et -em trinitatis (p. 245). 21 p. 264 utriusque personae. 27 p. 279 patris et filii (*opp.* coniunctione). AMBR. apol. Dav. II 4, 26 TRACT. c. Arrian. p. 11, 22. 13, 11 *opp.* unitatem. GAVDENT. serm. 7 p. 882ᴬ *opp.* naturae diversitas (*item* FILASTR. 93, 3). *adde*: HIER. quaest. hebr. in gen. p. 11, 22 Ps. AVG. spec. 2 p. 298, 2 tit. *passim. nota*: VICT. VIT. 5, 79 aequalitatem -is personarum (*i. distinctarum personarum*). *adde*: TERT. adv. Prax. 14 p. 251 visibilis et invisibilis *dei* -em *in scriptura*. 15 p. 253.

B *strictiore sensu i. q. explanatio, explicatio, definitio, signum* (*cf.* GLOSS. σαφήνεια): SEN. nat. 2, 40, 6 utrique *generi fulminis* -em suam reddam. benef. 6, 7, 1 -o statim subsecuta ostenderet (*antea* apertius ... dicere). HIER. in Ezech. 44, 25 *sqq.* p. 553 non dixerit absolute 'et sabbata sanctificabunt', ... sed cum -e 'sabbata mea'. RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 84ᴬ cum evidens in eo *versiculo* habeatur -o. hist. 1, 7, 10. AVG. pecc. mer. 2, 10, 13 p. 84, 23 -e confusa (*i. ambigua*). *al.* HESYCH. in lev. 22, 4—8 p. 1068ᴮ traditam a lege -em. *nota*: MART. CAP. 2, 127 omnia ... vigili -e (*i. examinatione*) discriminans ... Prudentia. *add. gen. subi.*: ITALA num. 19, 2 (Aug. quaest. hept. 4, 33 p. 341) ista -o legis, quaecumque constituit dominus (διαστολή, VVLG. *aliter, cf.* AVG. *ad l.*). num 30, 7 (Aug. quaest. hept. 4, 59 p. 363, 25) secundum -em labiorum *mulieris* (*cf. s.* distinguo *p. 1526, 81*). ISID. vir. ill. 41 libellum titulorum -bus praenotatum. *gen. obi.*: PLIN. nat. 17, 263 Cato et medicamenta quaedam componit, mensurae quoque -e. TERT. pudic. 4 demandata paenitentiae -e. resurr. 48 p. 98 disposita ad Corinthios (*cf. Vulg. I Cor. 1—14*) omni -e ecclesiasticae disciplinae. HIL. in psalm. 128, 4 sine -e nominis. myst. p. 27, 13 sacrificiorum -o (*fere i. constitutio*). VVLG. IV Esdr. 12, 8 ostende ... mihi interpretationem et -em visus horribilis huius. I Cor. 14, 7 nisi -em (διαστολὴν) sonituum dederint *citharae* (*opp.* incertam vocem). AVG. civ. 20, 30 p. 484 D. etsi eius *dei* alia -o non ponatur. LIB. col. I grom. p. 223, 16 L. numeri.

II *i. q. divisio, separatio*:

A *generatim*: **1** *de rebus corporeis*: COLVM. 4, 18, 1 centenae stirpes per singulos hortos semitis distinguantur ... quae -o *eqs.* PLIN. nat. 15, 88 nucleorumque *iuglandis* alia quadripertita -o, lignea intercursante membrana. TERT. adv. Marc. 3, 13 p. 398, 5 antequam transcripta esset *Damascus* in Syrophoenicem ex -e Syriarum. *adde*: FRONTIN. grom. p. 38, 14 L. (= p. 28, 15 Th.) agrorum finis qui aut loci natura aut terminorum -e firmatus est. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 23 ora vaporanda et -o dentium facienda. *nota fere i. q. pars*: PLIN. nat. 5, 24 mox Africae ipsius alia -o (*i. q. subdivisio*): Libyphoenices vocantur. ITALA cant. 1, 10 (Ambr. in psalm. 118 serm. 3, 7, 1 Rufin. Orig. in cant. 2 p. 135ᴬ Cereal. 20 p. 768ᴬ) similitudines auri faciemus tibi cum (ex *Ambr.*) -bus argenti (στιγμάτων, VVLG. vermiculatas argento. *cf.* RVFIN. *ad l. ut* -es solas ac signa quaedam parva velut puncta intersererent illi operi). *adde de hom.*:

[*Hofmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AVG. serm. ed. Mai 133, 2 corpus hominis ... in membrorum -e formetur (PS. ORIG. tract. 1 p. 2, 19 quasi corporeum deum et membrorum esse -e compositum. *cf. ibid.* p. 2, 1 compactione). in psalm. 141, 18 *coniunct.* compago. 2 *de scriptorum, temporis al. partitione*: PLIN. nat. 10, 29 volucrum prima -o pedibus maxime constat. 18, 220 cardines temporum quadripertita anni -e constant per incrementa lucis (*cf.* CASSIOD. inst. 25 quadrifaria *libri*). SOL. pr. 3 servata orbis -e. AVG. civ. 6, 3 p. 249 D. subtilissima -e *in libris Varronis facta* (6, 4 p. 250 *syn.* distributionis). 8, 4 p. 325 *philosophiae* (*antea* tripertitio). SVLP. SEV. chron. 1, 1, 1 cum -e temporum ... res ... dicere. LEO M. epist. 15 pr. illa totius humani corporis per duodecim caeli signa -o *eqs.* (*de haeresi quadam*). CAEL. AVR. acut. 3, 1, 1 cunctarum *passionum* perfecta -o. CASSIOD. in psalm. 80, 3 priscorum -bus (*syn.* partitio). 93, 10. *nota*: est -o *seq.* siquidem: PLIN. nat. 37, 186. *adde*: PLIN. epist. 8, 14, 6 quae -o (*i. divisio*) pugnantium sententiarum *in senatu* (*cf.* 8, 14, 15 dividere sententiam).

B *technice in re rhetorica et grammatica*: *de traductione quae vocatur, qua idem verbum crebrius ponitur*: CIC. de orat. 3, 206 eiusdem verbi crebrius positi quaedam -o. *cf.* CARM. de fig. 49 si verbum diverse iteres, -o fiet. *i. q.* παραδιαστολή: QVINT. inst. 9, 3, 65 qu[i]a simili⟨a⟩ discernunt⟨ur⟩. *cf.* 9, 3, 82 species *contrapositi* quam -em diximus. SEN. epist. 88, 42 *philosophi* ad syllabarum -es et coniunctionum ac praepositionum proprietates descenderunt. AMBR. in psalm. 118 serm. 18, 33, 2 quamvis ... 'et' syllaba ... coniunctiva sit, habet tamen -em, qua confusio disiungitur ac separatur. *de rhythmo*: CIC. de orat. 3, 186 -o (*i. interruptio, opp.* continuatione) et aequalium aut saepe variorum intervallorum percussio numerum conficit. HIER. epist. 28, 2, 1 rhythmi -em *diapsalma esse*. *de separata pronuntiatione singularum vocum*: QVINT. inst. 1, 5, 27 'circum litora' tamquam unum enuntio dissimulata -e. 11, 3, 52 volubilitate nimia *vocis* ... -o perit. *cf.* FORTVN. rhet. 1, 24 p. 99, 18 ambiguitas ... per -em *eqs.* (IVL. VICT. rhet. 3, 12 p. 383, 9 MART. CAP. 5, 462). *latius de moris, pausis pronuntiandi*: QVINT. inst. 11, 3, 37 in ipsis ... -bus tempus alias brevius, alias longius dabimus *eqs.* 11, 3, 38 illam -em 'litora'. 11, 3, 39 vitiosa -o. 11, 3, 47 singulas ... -es *principii Milonianae*. 11, 3, 181. *hinc apud gramm. fere i. q. punctum, interpunctio,* στιγμή, *opp.* subdistinctio, media -o (*sed saepe etiam significatio morae vel pausae subest; cf.* GLOSS. διάστιξις. διαστιγμή. sensus separatio): DIOM. gramm. I 436, 25 discretio ... ostenditur modis quinque *eqs.* 437, 10 *syn.* posituras, θέσεις (DON. gramm. IV 372, 15 SERV. gramm. IV 427, 36). 437, 14 -o est apposito puncto nota finiti sensus vel pendentis mora (*hinc* MAR. VICTORIN. gramm. VI 192, 8 *al.*). 437, 20 est silentii nota cum sensu terminato (*hinc* DOSITH. gramm. VII 380, 7 *al.*). SERV. gramm. IV 484, 23 dicta -o est ..., quod positum punctum distinguit nostram orationem *eqs. sim. alii, nota*: ISID. orig. 1, 20, 2 ultima -o ... est periodus. diff. 1, 145 (DIFF. ed. Beck p. 52, 26). *exempla*: TER. MAVR. 2769 -o verba dissociat nectitve aliter. 2776. 2779 PORPH. Hor. epist. 1, 14, 40. 2, 1, 3 incerta -o est (DON. Ter. Eun. 1073 Ad. 45. 213. 254. 345. 481. 693 Phorm. 255; *seq. enunt. interrog.*: Andr. 228 Hec. 104 Phorm. 116 Ad. 321. 740. *adde*: 595 obscura). ROMAN. Char. gramm. I 229, 18. 240, 19 mora -is. MAR. VICTORIN. gramm. VI 151, 2 interposita, ut versus priapeus exigit, -e. DIOM. gramm. I 450, 13. 453, 7. 15. DON. Ter. Andr. 332 interposita -e (Eun. 209) vultuose hoc dicitur. 915. Eun. 290 ambigua -e positum est (*cf.* SCHOL. Verg. Veron. Aen. 10, 566 ⟨amb⟩igua). SERV. Aen. 1, 100 varia. 1, 130 gemina. 2, 114 mutata (5, 81. 565. ecl. 1, 28). 4, 486 plena (5, 565 SERV. auct. Aen. 6, 287 SCHOL. Hor. sat. 2, 8, 40). CLAVD. DON. Aen. 9, 390 diversa. 10, 229. 11, 145 mala. *apud alios scriptores*: TERT. adv. Marc. 4, 38 p. 551, 7 facta hic -e post 'deum'. *ibid.* p. 551, 17. 5, 11 p. 612, 28. 613, 15. AVSON. 322, 49 -o sensum auget *in legendo* (*syn.* intervalla. *cf.* HIER. epist. 60, 11, 2 -e moderata et pronuntiationis varietate). AMBR. Cain et Ab. 2, 6, 21 *syn.* divisiones. AVG. doctr. christ. 3, 2, 3 illa haeretica -o. 3, 2, 4. 5. 3, 4, 8 quaest. hept. 7, 44 p. 477, 7 PS. AVG. quaest. test. I 91, 11 p. 158, 25. SIDON. epist. 9, 11, 6 -um raritas. CASSIOD. inst. div. praef. p. 1109C. 12 GREG. M. moral. 7, 51. *de totis enuntiatis*: AMBR. epist. 76, 1 *Pauli* -es ... quibus persuadendum putavit ... de dei regno nobis non desperandum. *cf.* DON. Ter. Ad. 634. *nota de apice*: IVVENC. 1, 488 apicis parvi gracilis -o. *de 'diastole' accentu, opp.* hyphen: ISID. orig. 1, 19, 7 (*sed* PS. PRISC. gramm. III 520, 10 *habet* disiunctio).

III *praevalent notiones secundariae*: **1** *i. q. variatio, vices*: CIC. part. 47 est etiam illa varietas in argumentando et non iniucunda -o *eqs.* TAC. Germ. 12 -o poenarum ex delicto *eqs.* (*i. diversa constitutio*). ann. 15, 43 *aedificia* non, ut post Gallica incendia, nulla -e nec passim erecta. TERT. resurr. 12 p. 41, 5 reducuntur et siderum absentiae, quas temporalis -o exemerat (*cf.* AMM. 20, 3, 3 perenni -e). SYMM. epist. 6, 61 modo abscessu, modo reditu variamus locorum -em. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 155 loco ... nulla quoque picturae -e neque fenestris ... luminato. **2** *i. q. exornatio*: CIC. de orat. 2, 366 ut ipse instrumentum oratoris exponeret, tibi eius -em atque ornatum (*sc. luminibus dicendi*) relinqueret. SEN. benef. 7, 9, 2 elaboratam scrupulosa -e testudinem. BOETH. mus. 1, 27 p. 219, 6 ordinis -isque caelestis. cons. 2, 5 p. 36, 27 *gemmae* sui ... -e ... aliquid pulchritudinis trahunt. *huc pertinet* (*cf. sub* distinguo *p. 1527, 36*): HIL. in psalm. 148, 6 montium celsitas, -o collium ... creatoris providentiam laudant. *de honoribus hominum*: PLIN. nat. 18, 13 -o honosque civitatis ipsius non aliunde erat *quam ex agro colendo. cf.* AVG. civ. 7, 3 p. 278 D. si ... paucorum sapientium est ista -o *deorum quorundam* (*antea* selectio). CASSIAN. conl. 9, 26, 2 -em gravitatemque psallentis.

syn.: *ad I*: discretio, dispositio, distributio. *ad II A*: partitio. *ad II B*: divisio, intervallum. *ad III*: varietas. ornatus. *opp.*: *ad I 2 b*: coniunctio, unitas. *ad II A*: compactio, compago. *ad II B*: continuatio.

[distīnctīvus] *v.* distantivus.

distīnctīvē *adv. a* distinguere. PRISC. gramm. III 203, 12 -e 'ipse' ... nominativus trium personarum nominativis ... coniungitur.

distīnctor, -ōris *m. a* distinguere. GLOSS. διαστίκτης. διαστολεύς. *is qui discernit*: AMM. 18, 1, 2 erat indeclinabilis iustorum iniustorumque -r (22, 3, 4 districtores *V.* 28, 4, 1 *coniunct.* arbiter). AVG. in euang. Ioh. 20, 12 considerator istorum omnium, discriminator, -r et quodammodo appensor in libra sapientiae animus est.

1. distīnctus, -a, -um *v.* distinguo.

2. distīnctus, -ūs *m. a* distinguere. STAT. silv. 1, 5, 41 viridis cum regula longo Synnada (*i. Synnadicum marmor*) -u[m] variat. TAC. ann. 6, 28 ore ac -u pinnarum a ceteris avibus diversum *animal Phoenix. cf.* GLOSS. -um στιγμόν. *v. etiam p. 1531, 77.* *Hofmann.*

distineo, -uī, -entum, -ēre [*a* dis- *et* tenere. *Th.*]. disteneo *traditur*: VITR. 10, 18 (12), 1 *GH.* AVIEN. ora 4. *in codicibus vel codicum parte saepe scriptum* destineo, *secundum inferioris aevi pronuntiationem (cf. Schuchardt, Vocal. d. Vulgärlateins II p. 65), vel inde corruptum* destino: CAES. Gall. 7, 37, 3. 7, 59, 5 α. HOR. epist. 1, 2, 5 (destinet *maior pars codd.*, distinet *vel* distenet *al.*; detinet [*cf. supra p. 817, 69*] *Goth.* ς *ex coniectura, ut videtur, et editores*). OV. epist. 8, 69 LIV. 4, 59, 3. 37, 12, 2. 44, 20, 5 VITR. 3, 4, 1 CET. FAV. p. 292, 16 SEN. dial. 10, 17, 5 LVCAN. 4, 675 AMM. 18, 5, 2. GLOSS. -eo (destino *cod.*) ἀντέχω (detineo *editio Stephani; neutrum intellego; an* obstino?). *legitur inde ab* AFRANIO, *translata significatione, eademque haud raro apud* CIC.; *proprie primum apud* LVCR. CAES. CIC. *activo non utitur nisi* Att. 3, 23, 5. [*falso traditum pro* detineo: BELL. Afr. 61, 2 (destinere *T*[1], destinare *V*, detinere *Nipperd.*). AVR. VICT. Caes. 40, 9 *Galerius* Romam contendit; ibi cum obsidione -retur (*codd.*, detscripsi) ... Italia decessit. *contra* dist- *corruptum in* det-: *v. p. 1523, 14 sqq.* *locus dubius*: VITR. 2, 1, 5 Phryges ... eligunt tumulos naturales eosque medios fossura detinentes (*codd., cf. vol. V p. 812, 1*; dist- *cum Lorentzen Rose, parum probabiliter*; detegentes *Schmidt apud Krohn, haud intellego*; deprimentes *H. Bauer, cf.* VITR. 10, 16, 11 *et supra p. 613, 72 sqq.*]

I *proprie*: *de loco*:

A *i. q. separatum, divisum, disiunctum tenere*:

1 *de rebus*: **a** *in re geographica vel astronomica* (*apud poetas*): LVCR. 5, 203 mare quod late terrarum -et oras. 5, 690 medio cursu flatus aquilonis et austri -et aequato caelum (*subi.*) discrimine metas totius orbis. OV. epist. 8, 69 qua duo porrectus longe freta -et (*v. supra l. 31*) Isthmos (12, 104 [*versum cum antecedente spurium iudicat Ehwald*] quique maris gemini -et Isthmos aquas). LVCAN. 4, 675 vasti plaga fervida regni -et (*v. l. 32*) oceanum zonaeque exusta calentis. STAT. Theb. 7, 16 omne quod Isthmius umbo -et (*i. a reliqua Graecia separatum tenet*) et raucae circumtonat ira Maleae. AVIEN. ora 305 Gerontis arcem et prominens fani ... -et medium salum. 340 -eri ⟨utrosque⟩ *locos* milibus tribus. 356 stadia triginta refert has *insulas* -ere. orb. terr. 397 procul unum -et (sustinet *al.*) os ambas (*sc. Europam et Libyam*). Arat. 524 *Aries* parvo se tramite subter -et (*sc. ab Andromeda*). **b** *t. t. architectorum*: *i. q. distinendo figere*: CAES. Gall. 4, 17, 6 haec utraque (*tigna*) insuper bipedalibus trabibus immissis, quantum eorum tignorum iunctura distabat, binis utrimque fibulis ab extrema parte -bantur (*v. supra l. 35*). VITR. 3, 4, 1 intervalla ... concameranda aut solidanda festucationibus, uti -eantur (*v. l. 31*). 10, 12, 1 in quibus excisionibus includuntur capitula catapultarum, cuneisque -entur (disten- *codd.*), ne in contentionibus moveantur. CET. FAV. p. 292, 16 puteum ... cum fodere coeperis, ... tabulas axium directas fodiendo submittes et eas vectibus ligneis transversis -bis (*v. l. 31*; sustinebis PALLAD. 9, 9, 3), ne labens terra ruina ponderis periculum fodientibus faciat. **c** *singulariter*: APVL. met. 1, 4 mollitie cibi glutinosi faucibus inhaerentis et meacula spiritus (*i. arteriam*) -entis minimo minus interii (*cf.* distendo *II A 2 e*).

2 *de hominibus*: **a** *in re militari i. q. copias in diversis partibus tenere*: CAES. Gall. 2, 5, 2 manus hostium -eri, ne cum tanta multitudine uno tempore confligendum sit. 3, 11, 4 qui eam manum -endam curet. 7, 50, 1 *Haeduos* Caesar ... manus -endae causa miserat (civ. 3, 52, 1 -endae manus causa. BELL. Alex. 17, 3). Gall. 7, 59, 5 legiones ... maximum flumen -bat (*cf. supra l. 28*). 7, 84, 3 Romanorum manus tantis munitionibus -etur nec facile pluribus locis occurrit. civ. 3, 44, 2 *Pompeius* quam latissimas regiones praesidiis teneret Caesarisque copias, quam maxime posset, -ret. BELL. Hisp. 12, 5 *Cordubenses* eruptionem ad legionem VI fecerunt, cum in opere nostri -nti essent. *item* 23, 2 (*cf.* 25, 2). 27, 1 (*his quattuor* BELL. Hisp. *locis fere idem significari videtur quod apud* CAES. Gall. 3, 28, 3 dispersis

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in opere nostris subito ... *hostes* impetum fecerunt, *qui tamen etiam verbo* occupandi *hac de re utitur* Gall. 2,19,8 ad nostra castra atque eos, qui in opere occupati erant, contenderunt. 7,22,4 milites occupatos in opere adoriebantur. *utriusque significationis verbo suo aliquid inesse nescio an voluerit auctor belli Hisp.*). LIV. 4,59,3 late populati sunt tecta agrosque, ut -rent (*v. p. 1522,31*) Volscos. 21,8,4 oppidani ad omnia tuenda atque obeunda multifariam -eri coepti [sunt] non sufficiebant. 31,11,10 -endo copias. *prope accedit notio, qua non unius exercitus partes, sed populi vel imperatoris vires variis bellis divisas teneri significatur*: PS. CIC. epist. ad Oct. 1 Italia tota legionibus ... equitatuque exterarum nationum -etur (*i. divisa teneatur atque ideo debilitatur*). BELL. Afr. 55,2 Iuba -ntus triplici bello. LIV. 44,20,5 potuisse ancipiti bello -eri (*v. p. 1522,31*) regem (IVST. 29,2,8 *Philippus* ne eodem tempore multis bellis -retur [*Duebner recte*; detin- *codd., cf. supra p. 816,75*], pacem cum Aetolis facit. 31,1,6 ne uno tempore duplici bello Romanae vires -rentur [*Duebn.*, detin- *codd., cf. supra p. 816,75*]). TAC. hist. 4,55 furere discordiis populum Romanum, ... omnis exercitus suis quemque bellis -eri (*i. suo quemque loco retineri, ut unus cum altero convenire nequeat*).
b *generatim*: APVL. met. 6,11 -ntis et sub uno tecto separatis amatoribus. ANTH. 456,2 diversis iuvenes (*sc. Pompeios*) Asia atque Europa sepulcris -et.

B *i. q. procul, remotum tenere, cf.* SERV. Aen. 11,381 -et: arcet, repellit, nam 'distinet' est proprie extra tenet.

1 ab *aliqua re*: BELL. Hisp. 8,5 ita ab oppugnationibus natura loci -entur *oppida* (*i. ab oppugnationibus quasi intervallo quodam secernuntur*). HOR. carm. 4,5,12 iuvenem, quem Notus ... dulci -et a domo.

2 *loco, a quo quis separatur, non indicato*: CIC. Phil. 11,6 *Dolabella* nunc tota Asia vagatur, volitat ut rex; nos alio bello -eri putat (*cf.* 11,2 *Dolab.* cum procul esset a consulibus exercitibusque nostris). VERG. Aen. 11,381 quae (*verba*) tuto tibi magna volant, dum -et (*Pγbc, Prisciani ω, Servius*, destinat *R*, detinet *M, Prisciani φ; cf. vol. V p. 812,5*) hostem agger moerorum (*v.* SERV. *ad l. supra l. 23*). LYDIA 69 tum (*sc. cum Venus moechi cuiusdam amore fruebatur*) credo fuerat Mavors -ntus in armis (*i. propter bellum a Venere remotus*). TAC. hist. 2,32 Britannicum militem hoste et mari -eri (*i. procul teneri*). ann. 3,59 *Drusum* diverso terrarum -eri (*i. procul ab urbe*). 14,25 Parthi Hyrcano bello -bantur (*cf. l. 30*). PLIN. paneg. 25,4 negotiis aliquis, valetudine alius, hic mari, ille fluminibus -batur (*sc. ab urbe, cum congiarium distribuebatur*): expectatus est, provisumque, ne quis aeger, ne quis occupatus, ne quis denique longe fuisset. AVIEN. ora 4 Taurici ponti situs capi ut valeret his probabili fide, quos -rent (*v. p. 1522,25*) spatia terrarum extima (*sc. a Taurico ponto*). AMM. 14,2,20 magister equitum longius ... -batur. 18,5,2 per Illyricum ..., ubi -batur (*v. p. 1522,32*), ex negotiis seriis imperator.

procul tenere, ut de spatio loci, sic nonnumquam etiam de spatio temporis, fere i. q. differre: CIC. Phil. 12,28 ne imperita militum multitudo per me pacem -eri putet. Att. 3,23,5 exponis ... quae sint quae rem -ere videantur (*paulo post opp.*: rem confici). CAES. Gall. 7,37,3 unam esse Haeduorum civitatem, quae certissimam Galliae victoriam -eat (*v. p. 1522,28*). LIV. 2,15,5 ne quid meam vobiscum pacem -eat 37,12,2 rem (*sc. urbis traditionem*) -bat (*v. p. 1522,31*), quod, utrum ... an ..., parum conveniebat.

b *attributive:* PLAVT. Amph. 170 (*v. p. 1587, 78*) dominus (CATVLL. 61, 92 SALL. or. Macri 26 VERG. Aen. 12, 473 TAC. hist. 2, 56. 4, 1 *al.*). Asin. 499 mercator (HOR. carm. 1, 31, 10). Aul. 226 hominem (Bacch. 338 Curc. 475 CIC. Verr. 4, 91 off. 2, 58 LIV. 24, 45, 12 *al.*). Curc. 472 maritos (APVL. flor. 14 p. 48). Poen. 73 domino ... -i quoidam seni (QVINT. decl. 382 p. 426, 22 TAC. hist. 2, 86 PLIN. epist 8, 18, 8). TER. Ad. 581 Cratini huius ditis aedis. CIC. Quinct. 62 scurra. Cael. 38 mulier (FIRM. err. 3, 1). off. 2, 71 viro (VAL. MAX. 8, 14, 5 SEN. dial. 7, 24, 3 *al.*). NEP. Att 1, 2 patre ... diti (SEN. contr. 1, 1, 2 HIER. epist. 22, 32, 5). VERG. Aen. 4, 263 Dido. 7, 11 Solis filia (*i. Circe*). catal. 3, 20 vicinus. HOR. carm. 1, 10, 14 Priamus. 2, 18, 31 erum. 4, 7, 15 Tullus -es et Ancus. 4, 11, 23 puella. epist. 1, 18, 19 amicus (MART. 5, 18, 9. 11, 50, 10 *saepe*). TIB. 1, 5, 47 amator (OV. am. 1, 8, 31 SEN. contr. 2, 7 [15], 1). 2, 5, 35 magistro. 3, 8, 18 Arabs (SEN. Med. 710). LYGD. 3, 38 Orcus. PROP. 3, 4, 1 Indos (VAL. FL. 6, 117). RVT. LVP. 2, 5 avarus (OV. am. 3, 7, 50 IVV. 7, 30 GELL. 10, 17, 3). OV. rem. 346 Amor. met. 2, 571 procis (APVL. flor. 14 p. 47). 2, 689 Nelei. Pont. 4, 3, 37 Croesi (*v. supra l. 5*). *al.* LIV. 9, 40, 6 hostem. 39, 1, 3 ditiores quam fortiores exercitus. 22, 16, 4 sociorum. SEN. contr. 1, 6, 5 uxores. 10, 1, 1 inimicum (QVINT. decl. 257 p. 48, 25). 10, 6 *thema* accusator. *al.* SEN. epist. 55, 3 ille praetorius -es. CVRT. 10, 2, 11 gentium (PLIN. nat. 6, 162). MELA 1, 68 populi (LVCAN. 3, 162 STAT. silv. 5, 3, 188. ARNOB. nat. 7, 51 potentioribus populis ditioribusque. HIER. epist. 65, 18, 3). 3, 96 Aethiopes. 3, 103 Pharusii ... dites nunc inculti. LVCAN. 7, 756 Arimaspus. SIL. 13, 84 Feronia. 16, 170 Massylis regnator ... ditissimus oris ... Syphax. STAT. silv. 1, 2, 255 Tibullus. 5, 3, 42 Sabaei (*cf. Vollm. ad l.*). MART. 6, 86, 4 Midae. *al.* IVV. 6, 460 femina. 6, 548 orbi. TAC. hist. 2, 81 Antiochus ... regum ditissimus. 4, 18 validissimarum -issumarumque nationum. 4, 43 perinde -es et eloquentia clarus *Cluvius.* ann. 2, 48 -is equitis. 3, 55 -es ... familiae (11, 7 ditium). 4, 1 Apicio -i et prodigo. 4, 66 Varum. 11, 18 dites ... Gallos. 13, 44 spe ditioris coniugis. 14, 55. SVET. Nero 35, 5 libertos (*cf.* Vesp. 23, 1). Galba 3, 4 Liviam Ocellinam, ditem admodum et pulchram. Vesp. 13 in defensione -is rei. APVL. apol. 76 adulescentulos ditiores. TERT. ieiun. 16 epulone. ARNOB. nat. 1, 16 Christianos ditiores et locupletissimos. FIRM. err. 7, 1 -es rusticus, cui propter divitias Pluton fuit nomen. AMM. 28, 4, 26 matronarum. HIER. epist. 16, 1, 1 pastor. 60, 11, 3 monachi. *passim.* *cf. etiam Onomast. s. v.* Dives.

2 *accedit genet.* (*cf. p. 1587, 39*): VERG. ecl. 2, 20 -es pecoris ... lactis abundans (STAT. Theb. 4, 295). Aen. 1, 343 ditissimus agri (10, 562 OV. met. 5, 129. 130. SIL. 1, 393 -es agri, -es pecoris. 5, 260 arvi). 9, 26 -es equum, -es pictai vestis et auri. HOR. carm. 4, 8, 5 -e me scilicet artium. OV. epist. 9, 91 armenti -tes Hiberi. fast. 3, 570 opum (SIL. 12, 28 AVSON. 134, 1 [= CARM. poet. min. V 15, 1] non est -es opum -es [*i. felix*] nec pauper inopsque infelix. HEGES. 4, 10, 1 VEN. FORT. carm. 6, 1, 126 *cf. p. 1590, 69. 1591, 67*). SIL. 3, 151 auri. 6, 649 praedae (STAT. silv. 1, 4, 32). 15, 702 ovium. MART. 2, 63, 3 tanti. APVL. flor. 6 p. 19 odorum -tes Arabas. CENS. 1, 1 virtutis non minus quam pecuniarum -em, id est vere -em (AMM. 22, 6, 1 pecuniarum repetundarum). *nota per imag.:* VAL. MAX. 8, 15, 2 virtutis (*cf. l. 72*). SIL. 3, 397 rex ... fuit humani ditissimus aevi (*i. exactae aetatis, de Arganthonio*). STAT. Theb. 3, 481 animi. GELL. 4, 1, 1 grammaticae rei. PAVL. NOL. carm. 33, 487 mente pauper, spei -es. epist. 11, 12 iustitiae pauper et peccati -es. 18, 17 gratiarum. 35^{a}, 2 poenarum. 42, 2 -es in omnes (*cf. p. 1590, 21*) omnis boni. PS. RVFIN. in Am. 3, 12 miserendi -es deus.

3 *accedit ablat.* (*cf. p. 1587, 42*): CIC. S. Rosc. 93 pecunia (SEN. epist. 119, 9 TAC. ann. 3, 46). VERG. Aen. 7, 537 arvis. CVLEX 340 propriae fortunae munere -es. HOR. epod. 15, 19 sis pecore et multa -es tellure. sat. 1, 2, 13 -es agris, -es positis in fenore nummis (= ars 421). OV. epist. 6, 2 auratae vellere -es ovis. 16, 224 congestoque auri pondere. met. 2, 759 ditem sumpto ... auro (*potest utroque loco pro abl. abs. accipi, sed cf. supra Horatii locum.* SEN. Tro. 1020 STAT. Theb. 2, 406 IVST. 44, 3, 5). 9, 88 -esque meo Bona Copia cornu. 15, 12 bobus -es. MANIL. 4, 124 -es fecundis Aries in vellera lanis. SEN. Med. 333 parvo (epist. 94, 72. 108, 11). MELA 3, 67 populi ... opibus. PLIN. nat. 6, 159 ditissimos armento. STAT. Theb. 2, 406 satis ostro -es. 4, 749 amictu. MART. 9, 42, 1 campis -es Apollo. SOL. 33, 16 *Arabes* et silvis et mari -tes. *nota per imaginem:* OV. ars 1, 444 pollicitis -es (*i. largus*) quilibet esse potest. met. 6, 451 *magno* -es Philomela paratu, -ior forma. MANIL. 4, 521 *Taurus* -es ... puellis (*i. copiosus; sc. Pleiadibus*). SIL. 1, 292 largo ... -es alumno. 13, 684 viris (*i. magnis militum copiis instructus*). STAT. Theb. 1, 392 avis. MIN. FEL. 36, 4 deo (*cf.* VVLG. Luc. 12, 21 in deum. ITALA cod. f, ff^{2}, q in deo, *gr* εἰς θεόν). VIGIL. ad Ioh. 3 p. 553^{C} fide ditior quam facultate. PAVL. NOL. epist. 3, 18 spiritu dei. AVG. civ. 7, 12 p. 290 D. virtutibus. MART. CAP. 1, 7 Ψυχήν opimam superis ditemque muneribus. PETR. CHRYS. serm. 22 p. 260^{C} poena. CARM. epigr. 134, 6 animo -issimus. 1552, 72 toto pectore -es.

4 *seq.* **praepos.:** ab: OV. epist. 9, 96 damnis -es ab ipsa suis. in *c. acc.* (*cf. supra l. 4. 13*): PLIN. nat. 6, 111 *Persis* in luxum -es. STAT. silv. 3, 3, 147 -es (*i. largus*) in usus. VVLG. Rom. 10, 12 in omnes (*cf. p. 1589, 78*). ex: GENNAD. vir. ill. 90 (*per imag.*) -es ex lectione antiquorum. sub: OROS. apol. 31, 6 -tes sub religione. in *c. abl.* (*cf. supra l. 13*): GREG. M. moral. 7, 50 (*per imag.*) in verbis. *nescio an huc pertineat:* VEN. FORT. carm. 2, 4, 6 res (*i. protoplasma hominis primi*) nobilis usu, -es in arbitrio radianti lumine.

B *de rebus quasi personatis:* **1 corporeis:** **a** *de aedificiis vel omnino de rebus manu factis i. q. sumptuosus, pretiosus necnon copiosus, amplus, plenus sim. saepe metonymico sensu:* NAEV. carm. frg. 50 magnam domum decoremque ditem (HOR. epod. 2, 65. LIV. 23, 8, 6 domo diti ac luxuriosa. 42, 34, 3 SEN. Thy. 649 dial. 3, 16, 4 AMM. 14, 1, 6. 30, 4, 8 *al.*). CVLEX 95 non -e cultu (OV. epist. 15, 189 cultu -e digna. met. 5, 49 *formam* -e cultu augebat. ANTH. 443, 5 atria ... -es tegit omnia cultus [*i. ornamenta*]). HOR. sat. 2, 4, 87 mensis (*i. plenis dapum, lautis*). OV. epist. 16, 65 munera tanta quidem promittit epistula -es (*quippe quod multa promittat; cf. p. 1592, 7*). met 13, 431 regia (*cf. l. 50*). fast. 2, 535 munere (HIER. epist. 21, 35, 3). 5, 263 si bene floruerint segetes, erit area -es (*i. plena frumento*). Pont. 3, 4, 110 texta. PHAEDR. 4, 12, 2 arca (*i. plena nummis.* MART. 4, 67, 7). app. 14, 6 villa ditis, splendida. LVCAN. 9, 515 templa (CARM. epigr. 1513, 3 pro marmore -ique templo [ἀπὸ κοινοῦ?]. HIER. epist. 52, 10, 1. *adde metonymice:* STAT. silv. 3, 1, 136 -es Tirynthius [*i. templum Herculis*]). STAT. Theb. 5, 187 ditibus ... epulis. *cf.* silv. 3, 1, 86 epulae ditesque tori (ἀπὸ κοινοῦ, *ut videtur*). Theb. 10, 344 dona (HIER. epist. 22, 21, 7 PROSP. carm. de ingrat. 35 *al.*). MART. 1, 76, 12 forum. 5, 44, 10 popina -es (*i. apparatissima*). PS. QVINT. decl. 13, 8 quae *volucres* per rusticas villas quaeque -bus cellis saginantur. ANTH. 471, 13 cenis. IVST. 31, 6, 5 castra. RVT. NAM. 143 vectigalia. *accedit ablat.:* CIRIS 433 deliciis ... regia -es, ⟨-es⟩ curalio. OV. ars 1, 70 marmore -es opus (*de Octaviae porticu*). met. 2, 77 delubraque ditia donis (LIV. 45, 28, 3 templum donis). CVRT. 3, 11, 20 castra omni ... opulentia ditia. ITIN. Alex. 7 classi ... belli usibus -e.

b *de arvis, terra, silva sim. i. q. fecundus, frugum capax, ferax sim.:* VERG. Aen. 7, 262 agri (OV. ars 2, 263 VAL. FL. 2, 635 STAT. Theb. 3, 322). HOR. epod. 16, 42 arva -tes et insulas (ἀπὸ κοινοῦ). TIB. 2, 2, 4 e terra -e (MANIL. 4, 671 -esque per omnia tellus auratique fluunt amnes. SOL. 33, 2. AVIEN. orb. terr. 1122 tellus effudit -es odores. PSALT. Rom. 21, 20 [VVLG. pingues]). OV. met. 1, 137 humus (MART. 12, 62, 4). SEN. Med. 65 cornu retinet -e copiam (*per imaginem de ruris ubertate. cf.* PORPH. Hor. carm. 1, 17, 11 benigno ... cornu: videlicet copioso et -e *eqs.*). Phaedr. 67 silva (PETRON. 133, 3 LACT. Phoen. 79). Phoen. 608 solum (MELA 2, 1 regio ditis admodum soli. VAL. FL. 2, 296). CVRT. 3, 10, 10 campis agrisque. LVCAN. 3, 271 rura ... ditissima. SIL. 3, 673 dites sine vomere glebas. 4, 544 -is uber campi. PANEG. 11 (3), 10, 1 segetes. AVIEN. orb. terr. 532 caespite. 1137 glebae. CLAVD. 8, 597 -is algae germina. *accedit genet.:* VERG. georg. 2, 136 silvae ditissima terra (AVIEN. orb. terr. 1326). Aen. 2, 22 insula -es opum (*cf. p. 1589, 67*). HOR. sat. 1, 5, 91 aquae non ditior urna. 2, 2, 31 *loco* multarum -e rerum. SIL. 14, 229 mons ... ditior umbrae. HEGES. 3, 6, 4 regio -es pecoris. SOL. 4, 3 solum ... argenti. AVIEN. orb. terr. 948 arva ... ferri ditia. CLAVD. 15, 509 -es ager frugum. PRISC. perieg. 934 palmarum -e silva. *accedit ablat.:* AETNA 442 -es satis ubere terra (OV. met. 10, 307 -es amomo ... tellus. STAT. Theb. 5, 54 [*per imag.*] florebat -es alumnis terra. AVIEN. orb. terr. 1193 humo tellus. AMM. 14, 8, 1 bonis omnibus). CVRT. 8, 5, 3 -es regio ... auro. PLIN. nat. 6, 161 agros ... ditissimos silvarum fertilitate odorifera (AMM. 21, 1, 14 agros omni frugum genere -tes). SIL. 7, 210 -es Tmolus. STAT. Theb. 5, 305 insula -es agris opibusque armisque virisque (AVIEN. ora 97 *insulae* metallo -tes). silv. 3, 1, 79 multo culmine -es mons. ITIN. Alex. 45 petram virentem, soli ubere et mollitudine -em. 50 petra cultoribus -es haud minus locupletibus quam securis.

c *de aquis:* *α de fluminibus quae terras per quas fluunt fructi-*

[*Gudeman*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ficant: Ov. am. 3, 6, 39 ille fluens -es septena per ostia N i l u s (GERM. 236 donum hoc spectabile Nili -bus generatum undis. IVV. 13, 27 -is ostia Nili). SEN. Herc. O. 628 nec si totus serviat Hebrus ruraque -es iungat Hydaspes (*per hypallagen, ut videtur, pro* rura -ia). *fortasse huc pertinet*: PLIN. nat. 3, 49 Padum amnem Italiae ditissimum. SIL. 9, 195 quidquid diti devexit Hibero *Roma*. β *i. q. profundus, aquis copiosus*: Ov. fast. 5, 731 -es aquis ... Amphitrite (*i. Oceanus*). STAT. Theb. 7, 730 Aonidum -es largitor aquarum (*de Asopo flumine personato*). AVSON. 4, 5 *Danubius* -es aquis. γ *de amnibus auriferis*: SEN. Oed. 407 -e Pactolos vexit te Lydius unda (CLAVD. 1, 54 -es Pactolus. CARM. poet. min. V 118, 35 ditia Pactoli munera). VAL. FL. 4, 463 rex ego -is Hebri. MART. 10, 16, 4 aurea quidquid habet -is unda Tagi. δ *i. q. abundans aliqua re*: PLIN. nat. 3, 21 Hiberus amnis navigabili commercio -es. VAL. FL. 5, 122 spoliis ditissimus amnis. CARM. poet. min. V 87, 6 mare purpureo murice dite rubet. *nota metonymice de naumachia i. q. omni ludorum genere abundans*: MART. epigr. 28, 10 quidquid et in circo spectatur et amphitheatro, -es Caesarea praestitit unda tibi. ε *i. q. abundanter profluens*: MART. 11, 96, 2 (*de dividiculo*) quid ... puerum prohibes -is imbre lacus? AMM. 18, 9, 2 sub arce fons -es exundat.

d *de pecunia*: *i. q. pretiosus vel quod divitem facit*: TIB. 1, 9, 31 -is a u r i pondere (1, 10, 7 -is hoc vitium est auri. LYGD. 3, 11 pondus ... -is a u r i. LAVS Pis. 219 -is auri imperiosa fames). CVRT. 5, 1, 10 Arbela ... regiā supellectile ditique gaza repleta. AVIEN. orb. terr. 377 -e metallo. DRAC. laud. dei 3, 44 pauper sub -e nummo.

e *v a r i a, praecipue i. q. aureus, pretiosus* (*cf. etiam l. 21 sqq.*): VERG. Aen. 6, 195 -es opacat ramus humum. PROP. 3, 5, 4 nec bibit e gemma -e nostra sitis. MANIL. 5, 16 Hesperidumque vigil custos et -is auri (SEN. Herc. f. 532 pomis -bus praepositus draco). LVCAN. 9, 659 partu Danaes et -e nimbo ortum. PLIN. nat. 7, 108 librorum Homeri custodiae detur *scrinium*, ut pretiosissimum humani animi opus quam maxime -i opere servaretur. VAL. FL. 5, 203 -es ubi pellis micet arbore sacra (DRAC. Romul. 10, 32). MART. 8, 78, 7 linea -es (*i. de qua dona pretiosa pendent*). 11, 8, 10 -bus lapsa corona comis. APVL. met. 7, 9 centunculo (*v. adn. crit.*). ANTH. 470, 5 iugulo stat -e (*i. quod auro ornatum est*) ferrum. AVSON. 396, 18 *ostrea* ditissima. *nota*: SIDON. carm. 5, 463 non cultu pugnas, sed more priorum dite magis (*fere i. q. potentiore*) ferro, merito cui subiacet aurum -is ignavi.

2 ***incorporeis****, praecipue* ***de civitatibus, urbibus, terris*** *i. q. felix, beatus, fortunatus; hic illic praevalet notio opulentiae vel fecunditatis necnon metonymice usitatur* (*res pro persona*): **a** VERG. georg. 2, 224 Capua. Aen. 7, 684 Anagnia. HOR. sat. 1, 7, 19 Asiam. carm. 1, 7, 9 aptum ... equis Argos -esque M y c e n a s (*cf.* VAL. FL. 4, 360 ditibus Argis. PRIAP. 75, 2 Samos et Mycena ditis. *cf. p. 1587, 51*. AVSON. 398, 18. 419, 59). 4, 8, 27 Aeacum ... lingua potentium vatum -bus consecrat insulis (*i. fortunatorum*, μακάρων). LYGD. 2, 23 -es Panchaia ... -es et Assyria. Ov. epist. 15, 34 oppida. met. 8, 268 Achaia. fast. 2, 175 Ionia. LIV. 9, 31, 4 caput hoc erat Samnitium longe ditissimum. 36, 17, 14 Asiam deinde Syriamque et omnia usque ad ortum solis ditissima r e g n a (VAL. MAX. 2 praef. -es et praepotens naturae regnum. 4, 4, 9 pauperque in -e quam -es in paupere imperio versari. SEN. Phaedr. 325 vidit Persis ditique ferax Lydia regno). MANIL. 4, 761 Bithynia. 4, 793 Gallia. VAL. MAX. 4, 3, 12 in c i v i t a t e iam -e et lautitia gaudente natus *Cato* (VOPISC. quatt. tyr. 8, 5 civitas opulenta, -es, fecunda. AMM. 23, 6, 31 abundat civitatibus -bus Media). 4, 8, 4 ditissimam atque amoenissimam partem terrarum orbis. CVRT. 9, 2, 27 -es eadem et imbellis est regio. MELA 1, 30 Mauretania. 1, 61 Arabia (PLIN. nat. 5, 65). 2, 61 Aquileiam. 3, 105 *Mauretania* isdem opibus, sed minus -es, ceterum solo etiam ditior et ... fertilis. PLIN. nat. 6, 68 amplissima urbe ditissimaque. SIL. 3, 345 Callaecia. 4, 220 Ausoniae. STAT. silv. 3, 1, 128 Capreae. Ach. 1, 419 Arcadiae. MART. 9, 61, 2 Corduba. AVG. civ. 5, 18 p. 227 D. rem publicam ... opulentissimam atque ditissimam. CASSIOD. var. 9, 3, 1 Italia. or. frg. p. 481, 5 India. *nota*: PRVD. psych. 521 nobis ditissima Tartara debent quos retinent populos (*loquitur Avaritia, fortasse ad* Ditis *nomen spectat, i. q. abundans mortuis*). **b** *accedit genet.*: VERG. Aen. 1, 14 Karthago ... -es o p u m (SIL. 8, 524 *Campania* -es opum ... -es avorum. HEGES. 4, 23, 1). MANIL. 4, 754 silvarum ditia regna. SIL. 8, 461 Sarsina -es lactis (AVIEN. ora 559 civitas ditis laris). **c** *accedit ablat.*: VERG. Aen. 4, 38 Africa terra triumphis -es. 10, 201 Mantua -es avis (*cf. p. 1590, 12*). Ov. epist. 15, 354 *Asia* viris -es, -es abundat equis. LIV. 1 pr. 11 nulla umquam res publica ... nec sanctior nec bonis exemplis ditior fuit. MELA 3, 51 *Britanniae populi* pecore ac finibus dites. 3, 105 isdem opibus, sed minus -es, ceterum solo etiam ditior (*de parte Mauretaniae*). LVCAN. 3, 216 arbusto palmarum -es Idume. PLIN. nat. 5, 74 Pellam aquis -em. VAL. FL. 4, 407 ditem ... aethere Memphim. AVIEN. orb. terr. 319 Cyrene Apolline -es alumno. AMM. 23, 6, 41 frugibus -es *Persis*.

II ***translate*** *et per imaginem* ***de rebus incorporeis****, plerumque personatis, i. q.* ***copiosus, amplus, affluens, plenus,*** *abundans sim.*: **a** CIC. de orat. 3, 185 ille licentior et -ior fluxit dithyrambus. Lael. 58 -ior mihi et affluentior videtur esse vera amicitia. parad. 43 animus (44). fin. 5, 96 mihi -es *philosophia* videbatur, ut ab ea petere possem, quidquid ... concupissem. LVCR. 1, 413 largos haustus ... lingua meo suavis diti de pectore fundet. HOR. epist. 1, 15, 19 spe -e (*i. quae multa promittit*). 2, 2, 121 Latiumque beabit -e l i n g u a (*i. eloquenti*. GERM. frg. 6, 1 cur -e lingua Graecia praecurram [*an* praecurrat?]. MACR. sat. 5, 3, 2 ENNOD. epist. 1, 1, 2. 1, 6, 1 opusc. 2, 85 p. 314, 1. 3, 1 p. 331, 7). ars 409 nec studium sine -e vena nec rude quid prosit video ingenium. PROP. 3, 2, 19 Mausolei -es fortuna sepulcri (*metonymice*). Ov. epist. 16, 65 epistula (*sed potest ad I B 1 a referri, cf. p. 1590, 36*). fast. 3, 189 vicinia. met. 13, 654 usus. Pont. 3, 1, 102 flendi c o p i a (MANIL. 3, 123 in sexta -es numeratur copia sede. HIL. in Matth. 9, 2 convivium -e copia praeparatur). trist. 2, 335 -is ingenii est. LIV. 21, 43, 9 opulenta ... ac ditia stipendia facere. 37, 54, 10 non gloriosa magis quam -es (*i. quae -tes facit*) victoria vestra. MANIL. 5, 278 census. PHAEDR. 2, 1, 12 aviditas -es et pauper pudor. SEN. apocol. 2 autumni (STAT. silv. 5, 1, 49). COLVM. 10, 176 natura. PLIN. nat. 2, 207 metallorum opulentia ... tam -es, tam fecunda. 33, 40 -es (*i. ornatissima*) puerorum forma. STAT. silv. 1, 6, 66 sparsio. 5, 3, 118 te -e (*i. splendido*) ritu ponere purpureos ... amictus. FIRM. err. 4, 3 misericordia dei. HIL. in Matth. 12, 12 sermo dei. AVIEN. orb. terr. 1323 cura. AMM. 22, 15, 9 aestuans inundatione ditissima *Nilus*. RVT. NAM. 122 damna. PROSP. carm. de ingrat. 656 sapientia (CARM. epigr. 97, 3). epigr. in obtrect. Aug. 1, 3 facundia. PS. PROSP. carm. de prov. 118 verbo (SIDON. epist. 4, 3, 8). ORIENT. carm. app. 3, 25 virtutum operatio -es. PETR. CHRYS. serm. 1 p. 186^{A} paupertas (CASSIOD. in psalm. 39, 22 o paupertatem thesauris omnibus ditiorem!). 160 p. 621^{A} obsequio. SALV. eccl. 3, 72 largitati. SIDON. carm. 7, 71 triumphi. CLAVD. MAM. anim. 3, 15 p. 184, 11 causae. CASSIOD. in psalm. 36, 19 hereditas. ARATOR act. 1, 566 gloria. PS. PRIMAS. in Rom. p. 440^{B} Christi redemptio. CARM. epigr. 1319, 5 fame. 1365, 5 famulam ... thesaurum ditem felici fine secutam (*de vita beata Christiana*). *nota neutr. plur.*: HIER. tract. in psalm. 128 p. 241, 10 ditissima pauperculum tenent. **b** *accedit genet.*: VERG. georg. 2, 468 vita -es opum variarum (HOR. sat. 1, 2, 74 -es opis natura suae). AMBR. parad. 3, 15 -es utilitatum prudentia. **c** *accedit ablat.*: MANIL. 2, 862 *natura mundi* vario nunc -es honore. SIL. 9, 407 parvis -es concordia rebus. SERM. Caspari Anecd. p. 316, 4 collectio angusta sermonibus, sed -es sensibus.

adv. **dītius, -issimē** (*positivus non legitur*) *i. q. o p u l e n t i u s* (*-issime*): STAT. silv. 1, 5, 31 non umquam aliis habitastis in antris -ius. APVL. Socr. 22 p. 170 domos -issime exornant. IORD. Get. 3, 21 hi cum inopes vivunt, -issime vestiuntur. *Gudeman.*

(**dīvēscor** *var. lect.* STAT. Theb. 1, 604 *pro* dev-, *q. v.*)

dīvexo, -āvī, -ātum, -āre [*a* dis- *et* vexare. *Th.*]. *inf.* -arier *l. 44.* **1** *i. q. huc illuc rapere*: PACVV. trag. 201 reliquias ... denudatis ossibus per terram sanie delibutas foede -arier. **2** *i. q. omnibus modis vexare*: *res*: PLAVT. Persa 781 ita ... meam rem -vit. CIC. Phil. 11, 4 omnia -are ac diripere. 13, 21 agros -at civium optimorum. epist. 10, 3, 3 per tot annos re p. -ata (ς, de- *codd.*). *homines, hominum corpora, animas*: SVET. Cal. 3, 3 Pisoni ... clientelas di[u]vexanti. Nero 34, 1 in -anda *matre*. ARNOB. nat. 2, 77 flammis, exiliis, cruciatibus, beluis, quibus corpora lancinatis et -atis (diu vexetis *P*) nostra. LACT. inst. 5, 21, 4 spiritus ... perditi ... corpora hominum occupant animasque -ant (diu vex- B^{1}). 7, 15, 8 ut ... boni ... -entur (diu vex- *HS*) undique ab iniustis. CHALC. transl. p. 43^{E} aestus ... diversis motibus ... famulantes usque adeo ut ... omni iactationis genere -rent adversis sibi invicem motibus animam (*syn.* diverse distrahentes).

dīvexus, -a, -um [*ad exemplum vocabuli* convexus *fictum esse videtur. Th.*]. [*ad* dev-: PRISCILL. tract. 11, 145 *v. p. 858, 22.*] *i. q. divaricatus, decussatus, in formam crucis figuratus*: AVG. conf. 10, 34, 52 *Iacob* nepotibus suis -as mystice manus ... imposuit (*cf. gen. 48, 14 et* decusso *p. 249, 21*). *D.*

dīvidia, -ae *f.* [*a* dividere *ductum esse videtur. Th.*]. VARRO ling. 7, 59. 60 -a ab dividendo dicta, quod divisio, distractio est doloris. PAVL. FEST. p. 70 -am discordiam. NON. p. 96, 22 -a est taedium (*inde, ut videtur*, GLOSS. V 640, 21 [*gloss. Non.*] devidia odiosa). p. 101, 19 divid⟨i⟩ae ut dissensiones (*inde* GLOSS. V 640, 58 divide dissensionis). FVLG. serm. ant. 34 -as dixerunt tristitias. GLOSS. διχόνοια. -ae erant: discordiae vel molestiae erant. *dub.*: GLOSS. II 53, 33 dividua ἐπαχθῆ (-a ἐπάχθεια *Herald.*). *locutio* res -ae est *legitur apud* PLAVT.; *alios casus finxerunt imitatores sermonis antiqui et grammatici.*

dat. sing.: *r e s* (*nusquam homo*) *m i h i* -a e *e s t* (*in codd. saepe scriptum legitur* -a est): PLAVT. Stich. 19 haec res vitae me ... saturant, haec mihi -ae et senio sunt. Cas. 180 quod tibi est aegre, idem mi est -ae. Merc. 619 non tibi istuc magis -aest, quam mihi hodie fuit. Bacch. 770 nimio (nimium *Leo*) illaec res est ma⟨g⟩n⟨a⟩e -ae mihi supterfugisse ... Chrysalum (*cf. Langen, Beitr. p. 334*). 1033 cave tibi ducenti nummi -ae (divitiae *codd.*) fuant. TVRPIL. com. 58 sperabam consilia nostra -ae tibi ... non fore. APVL. apol. 28 matrimonium nostrum Aemiliano huic immane quanto angori quantaeque -ae fuit. *subi. est acc. c. inf., ut videtur*: PLAVT. Truc. 856 mihi -aest [in] tonstricem meam † sicut multam † (sic convictam *Leo*) male. *nom. sing.*: ACC. trag. 152 huius me -a cogit plus quam est par loqui. *plur.*: *dub.*: ACC. trag. 587 (NON. p. 101, 19) ne

[*Bauer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

horum divid⟨i⟩ae et discordiae dissipent et disturbent tantas et tam opimas civium divitias (NON. *testatur* dividae, *v. p. 1592, 66. cf. l. 4*). FVLG. serm. ant. 34 -as mentis. 37 -ae mihi fuerunt ... afuisse te. CARM. de fig. 111 (παρονομασίας *exemplum*) -ae non divitiae.
deriv.: dividiose.

dīvidiculum, -ī *n.* [*a dividere. Th.*]. PAVL. FEST. p. 70 -a antiqui dicebant, quae nunc sunt castella, ex quibus a rivo communi aquam quisque in suum fundum ducit.

dīvidiōsē moleste GLOSS. *a* dividia.

?**dīvidius**, -a, -um. *ad* dividuus *pertinere videntur, quaecumque exstant exempla*: NOT. Tir. 77, 7 -um. 77, 8 in -um. GRAMM. suppl. p. XXVI -a nomina (*cf. p. 1612, 38*).

***dīvido**, dīvīsī, dīvīsum, -ere [*cf. esse videtur c.* dis- *et c.* vidua (*q. v.*), *ind.* vindhatē *'caret', fortasse c. ind.* vidhyati *'traicit, transfodit, vulnerat'*, vyādháḥ *'venator' et c. umbr.* vetu, *si recte vertitur 'dividito'. Th.*]. *de formis*: HOR. sat. 2, 3, 169 divisse. *flexionem verbi q. e.* video *secutae esse videntur hae formae* (*cf. infra l. 41*): -et (*praes.*): IORD. Get. 167 CHRON. Alex. chron. I p. 95, 29. 103, 126 (*saepe scriptum in codd.*). -iatur: CORP. XIV 367. dīvīdit (*perf. esse videtur*): CARM. epigr. 950, 9. *cf.* GLOSS. V 356, 48 distraxit vendidit -dit. II 53, 45 -dimus διείλαμεν (*cf. p. 1594, 30*). GREG. TVR. Franc. 10, 15. LEX Visig. 10, 1, 10 -derit. CASSIOD. var. 1, 7, 3 -disse (*pars codd.*). *adde* GLOSS. V 246, 39 -ditus (-itur? *cf. Archiv 15 [1908] 123*). *de scriptura*: deividunda LEX de Gall. cisalp. (Corp. I² 600) 2, 55 (dívidundos CORP. XIV 2264). divisit CORP. V 7904. divissit CORP. X 5974 (*cf.* PAVL. NOL. carm. 27, 63 d⟨i⟩vissit *R.* 27, 521 divissit *R*). divisserunt(?) ASCON. Scaur. p. 28, 28 St. *de notione*: GLOSS. -o διαδίδωμι ὅ ἐστιν διανέμω. διαιρῶ. -it διαμερίζει. segregat, intercidit, scindit. -ere discernere, separare. V 640, 39 -i discedere. -sus κεχωρισμένος. deseptus, separatus. -sum ἀπομερισθέν. διηθούμενον(?). -sa disposita. HIER. in Hab. 3, 14 p. 659. 660 -isti (διέκοψας, VVLG. v. 13 percussisti) ... quod non dixerit 'praecidisti' vel 'succidisti'...sed '-isti': quod enim -itur, non tam amputatur et perditur, quam separatur in partes (*cf. p. 1594, 60*). in Is. 7, 19 p. 253^A Pharao qui...-sus et in partes varias separatus exprimitur. quaest. hebr. in gen. p. 53, 1 ubi nos habemus '-sit', Aquila posuit ἡμίσευσεν id est 'dimidiavit'. *falso* SACERD. gramm. VI 459, 31 *divisio* est unius rei separatio . . . *partitio* fit hoc modo, cum multae res separantur. *de usu: usurpatur per totam latinitatem; deest apud* TIB. *et* IVV. [*loci corrupti mutili dubii*: PLAVT. Mil. 466 *v. p. 1608, 77.* VARRO ling. 5, 40 frg. Non. p. 215. *confunditur cum formis verborum*: video: LIV. 25, 38, 21 QVINT. inst. 7, 1, 26. 8, 6, 33 (*cf.* 1, 10, 49) *et al.* dimitto: *cf. p. 1596, 79 sqq.* OV. met. 3, 381 LIV. 27, 36, 12. 33, 15, 1 SEN. Tro. 197. PS. QVINT. decl. 3, 11 -sit illi solum Appium (?dimisit illaesum *vel* ille salvum). *al.* divendo: *v. p. 1599, 55. 61.* defendo: LEX Vrson. (Corp. I² 594) 103, 4 fin(ium) -endorum causa (*legendum* defendendorum). *part. perf. saepe in codd. confunditur cum* diversus: CIC. Arat. 268 MANIL. 4, 676 SEN. nat. 6, 21, 2 LVCAN. 3, 235 CLAVD. 10, 135 *et passim.* ITALA gen. 4, 7 (Tert. adv. Iud. 5 Clem. ad Cor. 4 p. 5, 13 *al. cf.* PRVD. ham. praef. 12 *et gloss. ad l.*) nonne (*al.* nempe *vel* nam *vel deest*) si recte (recte quidem TERT.) offeras (diligas PAVL. NOL. epist. 24, 1) et non recte (*al.* recte autem non *vel sim.*) -as, peccasti? (ἐὰν . . . ὀρθῶς . . . μὴ διέλῃς. *plane diversa in hebr. et in* VVLG. *leguntur. locus intellegi nequit; interpretari student varie* ECCL.). VVLG. psalm. 16, 14 domine, a paucis de terra -e eos in vita eorum (*verba hebr. corrupta*; LXX *et* PSALT. Rom. *similiter vertunt; aliter* HIER. psalt. sec. hebr.). psalm. 54, 22 -si sunt ab (AVG. prae) ira vultus eius (*similiter* LXX *et* PSALT. Rom.; *aliter* HIER. psalt. sec. hebr. *cf.* GREG. M. epist. 8, 2). psalm. 67, 13 speciei domus -ere spolia (*similiter* LXX *et* PSALT. Rom.; pulchritudo domus -et spolia HIER. psalt. sec. hebr.). Os. 13, 15 ipse inter fratres -et (*verba sensu carentia; hebr.* יפריא *i. fructus proferet sc. Ephraim. cf.* LXX *et* HIER. epist. 60, 2, 2. 75, 2). Sirach 27, 28 plaga dolosa dolosi -et (διελεῖ) vulnera.]

CONSPECTVS MATERIAE

I *de* ***divisione corporalium:***
A *de* ***actione:***
1 *rei solidae partes facere: p. 1594, 13*
2 *plures res cohaerentes disiungere: p. 1595, 42*
3 *solidae rei partes vel plures res diversis locis disponere: p. 1596, 30*
4 *solidae rei partes vel plures res inter diversos homines distribuere: p. 1597, 49.*
B *de* ***statu:*** *active fere i. q. inter partes rei vel inter plures res medium interesse; pass. et refl. i. q. partes distantes habere, distare, constare ex partibus:*
1 *obi. res: p. 1599, 70* 2 *obi. homines: p. 1601, 51.*
C *de divisione, quae non actione fit, sed* ***mente,*** *cogitatione, ratiocinatione:*
1 *res inanimatas: p. 1601, 81* 2 *homines: p. 1602, 55.*
II *de* ***divisione rerum incorporalium:***
A *de divisione, quae fit* ***actione separandi:***
1 *tempus: p. 1602, 72* 2 *animum, mentem: p. 1603, 35*
3 *alias res incorporales (actionem al.): p. 1604, 27.*
B *de divisione, quae non actione fit, sed* ***mente,*** *cogitatione:*
1 *arte mathematica, computatione: p. 1606, 11*
2 *ratiocinatione, arte logica -ere notiones: p. 1606, 42; rerum species, res -ere i. in dissimilitudinem diducere: p. 1608, 69.*
3 *in narrando, scribendo, recitando: p. 1609, 1*
4 *in re grammatica et rhetorica: p. 1609, 77.*

i. q. ***partes rei vel plures res discernere, dispertire, disponere.***

I *de* ***divisione corporalium:***
A *de* ***actione:*** **1** ***rei solidae partes facere:*** **a** *subi. homo, animal:* **α** *generatim:* CIC. Tim. 25 interiorem coniunctionem cum *deus* in sex partes [caeli] -isset (σχίσας ἕξαχῇ *perperam vertit*). PLIN. nat. 13, 74 *ex papyro* -so acu in praetenues ... philyras. 33, 61 nec aliud *metallum*...numerosius -itur *quam aurum.* COLVM. arb. 7, 1 vitis -sa (*syn.* finditur in duas vel tres partes). PALLAD. 3, 29, 1 (*syn.* findere). 4, 10, 23 -sis cannae internodiis. VVLG. exod. 14, 16 extende manum tuam super mare et -e illud. *quae ex particulis composita putantur*: CIC. ac. 1, 27 materiam . . . quae . . . etiam interire *possit*, ... non in nihilum, sed in suas partes, quae infinite secari ac -i possint *eqs.* Tusc. 1, 71 *animus* nec secerni nec -i nec discerpi nec distrahi potest, ne interire ⟨quidem⟩ igitur (*cf.* Cato 78. TERT. anim. 14 [*v. infra p. 1606, 78 sqq.*]. FIRM. err. 7, 8 indivisam mentem et -sam, id est τὸν ἀμέριστον καὶ τὸν μεμερισμένον νοῦν. *cf. p. 1595, 25*). nat. deor. 3, 31 terrenum omne -itur (*i. -i potest, ut intereat*). VITR. 2, 2, 1 *atoma* nec laeduntur nec interitionem recipiunt nec sectionibus -untur. **β** *speciatim: i. q. varias res vi dirumpere, diffringere sim.*: VERG. Aen. 2, 234 -imus muros (SERV. patefacta porta vel diruta. *cf.* STAT. silv. 1, 1, 11 discissis ... muris. *fort. huc referend.*: GLOSS. II 53, 45 -imus διείλαμεν *et* GLOSS. cod. Monac. 14388 p. 49 *Thilo* -imus aperimus). HOR. carm. 1, 34, 6 Diespiter igni corusco nubila -ens (*cf.* SEN. Oed. 410). OV. fast. 6, 740 -it obstantes pectore taurus aquas (SIL. 4, 298 -sa...caerula pulsu *remorum*). SEN. benef. 5, 5, 1 si ... lapis ... -endus est (*sc. ferro*). 5, 24, 3 *galea* machaerā. nat. 2, 28, 2 *vesica* ferro. PLIN. nat. 36, 14 glaeba lapidis ... cuneis -entium soluta. -ere ***aedificia parietibus, intervallis sim.***: VITR. 1, 5, 4 -endus est murus intervallis. SEN. nat. 1, 3, 6 piscinam...insertis parietibus -e. COLVM. 8, 3, 3 sublimitas -atur tabulatis. VLP. dig. 7, 1, 13, 8 per cenacula -ere domum. 8, 4, 6, 1 si dominus pariete medio aedificato unam domum in duas -serit. ***res clausas*** (*i. q. solvere, aperire*): STAT. Theb. 11, 626 infesta...vincula tandem -ite. VVLG. Mich. 2, 13 portam. PRVD. perist. 14, 81 ianuas caeli obseratas. *alimenta sim.* (*i. q. dissecare*): COLVM. 2, 10, 35 cicera ... fresa ... cum suspensa mola -sa est. 12, 14, 1 mala et pira ... in duas vel tres partes harundine vel . . . cultello -sa. CVRT. 8, 4, 27 *panem* -sum gladio. PLIN. nat. 11, 109 *formicae* maiora *semina*...-unt. MART. 5, 78, 5 -sis cybium latebit ovis. *pharmaca*: SCRIB. LARG. 59 farinae hordeaciae sextarium ... in globulos -ere sex. 116. 122. 207. 213 PLIN. nat. 13, 126. 22, 91. ***hominis vel animalis corpus, membrum*** (*i. q. dissecare*): ***totum corpus***: CIC. nat. deor. 3, 29 si omne animal secari ac -i potest. HOR. sat. 1, 1, 100 hunc liberta securi -sit medium. LIV. 40, 6, 2 inter ... -sam hostiam copiae traducuntur. CELS. 5, 27, 3^D vivum...gallinaceum pullum per medium -ere. SEN. Med. 132 comes -sus ense. Thy. 147 *natus* -sus ... tua est ... dextera. 760 -sum secat in membra corpus. dial. 9, 11, 11 *Seianum* populus in frusta -sit. PLIN. nat. 10, 140 postea culinarum artes, ut . . . *gallinae* -antur in tergora. VVLG. Matth. 24, 51 -et eum (διχοτομήσει). *apud Christianos idem ac 'perdere'*: VVLG. sap. 5, 24 tanquam turbo venti -et illos (ἐκλικμήσει). IV reg. 8, 12 iuvenes ... interficies et parvulos...elides et praegnantes -es. I par. 13, 11 quod -isset dominus Ozam. *nota lusum verborum*: PLAVT. Aul. 283 (*antea*: ut dispertirem obsonium hic bifariam) me quidem hercle...non -es; si quo tu totum me ire vis, operam dabo. 286 post si quis vellet, te haud non velles -i (*sensu obscaeno*; *cf.* dirumpo *p. 1265, 16 et* scindo [*non huc pertinent, quae huc revocavit F. Norden, Apuleius von Madaura und das röm. Privatr. p. 155*: APVL. met. 9, 27 *v. p. 1599, 8.* CIC. epist. 9, 22, 4 *v. p. 1627, 26*]). ***partes corporis***: VERG. Aen. 9, 748 mediam ferro ... frontem -it impubesque immani vulnere malas. OV. carm. frg. 10 viscere -so. SEN. Ag. 45 -sum ... ictu bipennis ... caput (GREG. TVR. Franc. 9, 19 p. 373, 22). benef. 2, 18, 8 tuber quidam tyranni gladio -sit, qui ad occidendum eum venerat. nat. 4, 2, 14. epist. 70, 16 vasto vulnere -ere praecordia. PLIN. nat. 28, 70 -so⟨s⟩ membratim in scelera abortus. 28, 201 lienem vituli ... -sum . . . per longitudinem. FIRM. err. 6, 3 cor -sum. *in arte medica*: CELS. 5, 28, 9 ubi -sum est *phyma.* 5, 28, 13^A ulcus. 7, 7, 2. 7, 15, 1 *opp.* coire. SORAN. p. 96, 22 *collectiones* simpliciter -antur. CAEL. AVR. acut. 3, 4, 25 *Hippocrates* -it...venas (ὑποτάμνων). 3, 4, 32 uvam praecidit vel aliquando -it. ***rem familiarem, pecuniam***: SEN. contr. exc. 6, 3 maior frater -at patrimonium, minor eligat (AVG. civ. 16, 20 p. 156, 26 D.). GAIVS inst. 3, 16 in tot portiones hereditas -etur (PAVL. sent. 3, 4^b, 6). *pecuniam -ere i. dissipare, perdere*: COM. inc. Non. p. 287, 8 -ant differant dissipent distrahant

[*Bauer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*sc. rem meam vel sim.*). QVINT. decl. 260 p. 64, 18 *pecuniam* per tot beneficia -sit. p. 64, 20 hos eosdem sumptus.

nota: i. q. partes rei vario colore, ornatu distinguere (cf. l. 22. p. 1599, 78): PLIN. nat. 8, 196 scutulis -ere *togas.* 36, 51 luxuriā ... -ere marmor.

b *subi. res*: *α generatim*: CIC. nat. deor. 2, 134 *dentium* adversi acuti morsu -unt escas, intimi autem conficiunt. LVCR. 5, 684 sol ... currens ... in partes non aequas -it orbem (*syn.* partit. SEN. apocol. 2, 4 iam medium curru Phoebus -erat orbem). LVCAN. 3, 591 cruor ... -sit ... animam. SIL. 14, 413 *ratis* media subsedit in unda -sitque fretum (*i. mersa est*). *β speciatim: i. q. vi dirumpere*: CIC. Tusc. 1, 42 necesse est ... *a generibus igneo et animali* perrumpatur et -atur ... aer. 1, 43 caelum (*coni.* penetro). div. 2, 44 cum ... *venti nubis* partem coeperint -ere atque disrumpere. SEN. Herc. O. 114 cum *venti* mare -unt. SYMPH. 260 (*loquitur lagoena*:) dum misere cecidi (*vel* cecidi subito), mater mea (*i. terra*) me -sit (*vel* laniavit). *partes corporis*: PAVL. FEST. p. 50 *clunaclum* clunes hostiarum -it. SEN. dial. 11, 3, 1 (*in metaphora*) *vulnus* non summam cutem rupit, pectus et viscera ipsa -sit. ORIBAS. syn. 8, 11 inflammatus cereber ... in cerebro iuncturas vel suturas -it (distendat *altera recens.*; ὥστε ... τὰς ... ῥαφὰς διίστασθαι).

nota: i. q. rei partes distinguere (sc. vario colore cf. supra l. 3): LVCAN. 2, 220 *Tiberis* sanguine caeruleum torrenti -it aequor.

c *pass. et refl.: i. q. in partes dissilire, dirumpi, diffluere sim.*: *α generatim*: LVCR. 3, 667 -sast ea, quae fuit una (*anima*), simul cum corpore (3, 669 disciditur). AETNA 102 -so corpore mundi in maria ac terras et sidera. CELS. 7, 18, 4 *tumor* sic -itur, ut *eqs.* SEN. nat. 6, 1, 3 -sas *esse* statuas (6, 30, 1). 6, 4, 1 cur ... *terra* in partes -sa discedat. 7, 16, 3 in quas stellas *cometes* -sus sit (*syn.* discessisse, dirimi). PETRON. frg. 51 -sas complorat navita puppis (*cf.* dissolvo *p. 1496, 23 sqq.*). PLIN. nat. 13, 38 palmae in binos se -unt truncos. 16, 89 quae *folia* sese non -erint. 16, 107 *nuces pini* se ... -sere. 19, 114 allium ... -itur. STAT. Theb. 12, 431 exundant -so vertice flammae. *β speciatim de liquoribus, fluminibus*: CIC. leg. 2, 6 Fibrenus ... -sus aequaliter in duas partes (LIV. 21, 26, 4 pluribus *ostiis* ... -sus amnis. 21, 27, 4 ubi -batur *amnis.* VITR. 8, 3, 7 SEN. Med. 763. MELA 1, 51 *Nilus* iterum iterumque -sus. LVCAN. 3, 235 -so gurgite. PLIN. nat. 6, 129. VVLG. gen. 2, 10 fluvius ... in quattuor capita). CELS. 7, 27, 6 *urina.* PLIN. nat. 28, 126 *lac* -itur et discedit serum a lacte. DRAC. laud. dei 2, 165 fretum ... se -sit et haesit in partes hinc ⟨inde⟩ duas.

2 ***plures res cohaerentes disiungere*** (*interdum i. q. dirumpere, dissecare*): **a** ***res inanimatas***: *α rem a re*: LVCR. 3, 500 vis animi atque animai ... -sa seorsum *a corpore* (GREG. M. moral. 9, 97 *syn.* separare). LIV. 31, 34, 4 -sa a corpore capita (SIL. 4, 239 -sum umeris ... caput). CELS. 8, 4, 15 *os fractum* ab eo *osse*, quod naturaliter se habet, scalpo -endum est. LVCAN. 2, 11 *parens rerum* fatorum ... -sit limite mundum *ab eis, quae fors regit.* PLIN. nat. 13, 36 trunco *palmae* ... a cerebro ipso arboris fissuris -so. 33, 163 umbras -endas ab lumine (*in pictura*). VVLG. lev. 13, 56 *sacerdos locum leprae in veste* a solido -et. *pass. fere i. q. discedere*: PLIN. nat. 6, 128 Arsanias ... -sus *a Tigri.* *β plures res*: TRAG. inc. 197 *Medea* membra pueri ... articulatim -it. LVCR. 5, 439 *coepere res* discludere mundum membraque -ere. CELS. 8, 10, 7^{L} ossa inter se manu -enda *sunt.* PLIN. nat. 12, 89 sarmenta hasta -it sacerdos (SOL. 30, 31 PS. SOL. add p. 220, 22. PALLAD 3, 33 sarmenta utriusque *vitis* inter se -sa). STAT. Theb. 3, 166 dextras miseris complexibus ... -ere. AGENN. grom. p. 53, 8 Th. fines ... his signis inter se -bant: fossis *eqs.* APVL. met. 6, 1 haec singula Psyche curiose -it et discretim remota rite componit. TERT. anim. 10 si ... duo sunt anima et spiritus, -i possunt. AVIEN. carm. ad Flav. 19 *māla* -sere domos *granorum.* VVLG. Ezech. 16, 25 -isti pedes tuos omni transeunti (διήγαγες τὰ σκέλη, *sensu obscaeno*). *partes rei -ere i. rem in partes*: LVCR. 6, 86 *v. l. 65.* PLIN. nat. 37, 159 enorchis ... -sis ... fragmentis (-sa ... fragmenta *dh*; -sa fragmentis?). PALLAD. 1, 34, 3. 7 *partes horti.* *pass. et refl.*: LVCR. 6, 86 caeli -sis partibus. SCHOL. Stat. Theb. 12, 447 se flammae -erant. *ibid.* -bantur flammae.

γ inter res: ITALA gen. 1, 4 (Cypr. sent. episc. 43 Aug. civ. 11, 19 p. 486, 27 D. *al.*; *sim.*: PS. Cypr. pasch. 3 Rufin. Orig in gen. 1, 1) deus -sit inter lucem et tenebras (διεχώρισεν ... ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους, VVLG. lucem a tenebris). *item* gen. 1, 7 (Aug. gen. ad litt. 2, 1 p. 32, 5 *al.*; *sim.*: RVFIN. Orig. in gen. 1, 2. FAVSTIN. trin. 1, 1, 5 p. 41^{B} per medium aquae).

b ***animantes***: *α hominem ab homine*: VAL. FL. 7, 1 te ... ab hospite vesper -it. TAC. hist. 4, 14 dilectum, quo liberi a parentibus, fratres a fratribus velut supremum -antur. ann. 1, 43 discedite a contactu et -ite turbidos *a vobis.* FIRM. math. 3, 13, 4 ipsum a parentibus -it *Luna.* 5, 1, 21. 6, 15, 18 aut mortis exitu aut longis peregrinationibus -untur. 7, 16, 5 aliqua morte. ENNOD. epist. 9, 10, 1 p. 235, 4 amicos et litteras ... a te ... -isti. *refl.*: OV. trist. 1, 3, 73 -or haud aliter, quam si mea membra relinquam (*sc. me avellens a coniugis amplexu*), et pars abrumpi corpore *visa* suo est. CYPR. epist. 58, 5 *spiritus dei* a confessoribus non discedit neque -itur. *β plures homines*: HOR. sat. 1, 7, 13 inter Hectora ... et inter Achillem ira fuit capitalis, ut ultima -ret mors *eos.* PROP. 2, 7, 3 flemus uterque diu, ni nos -ret *lex*, quamvis diducere amantes non queat invitos Iuppiter ipse duos. 2, 33, 5. SEN. contr. 7, 4, 1 hoc par ne piratae quidem -rent. 9, 3, 3 in auctione fratres quamvis hostilis hasta non -it. 9, 3, 4 agnitio -et, quos iunxit etiam expositio? SEN. dial. 11, 15, 3 nos longinquitas locorum -erat. VAL. FL. 5, 57 humus ... non -at umbras. PS. QVINT. decl. 6, 14 cum rerum necessitas cottidie nos -at. AMBR. exc. Sat. 1, 25 nos a nobis invicem *honores* -bant. FIRM. math. 4, 12, 5 *Luna* parentes -it. *multitudinem hominum in partes (aliter p. 1602, 55 de populi distributione)*: CAES. Gall. 7, 34, 1 exercitum in duas partes (LIV. 4, 22, 5 quadrifariam. 6, 2, 7 trifariam. 6, 4, 10 in tres partes). 7, 67, 2 equitatum tripertito -sum (LIV. 29, 33, 6 equites ... -sos turmatim. AMM. 24, 4, 9 equestres turmae -sae per globos. VEG. mil. 1, 27 equites ... -si per turmas). civ. 3, 97, 3 copias (LIV. 25, 38, 21 TAC. hist. 4, 75 *al.*). LIV. 34, 38, 5 quod roboris in exercitu erat, trifariam -sum *est.* 36, 7, 18 classem. *al.* CVRT. 8, 14, 21 alius iungere aciem, alius -ere. *aliter*: BELL. Afr. 17, 1 coronam hostium dextro sinistroque cornu mediam -it. *refl.*: LIV. 38, 1, 7 quadrifariam se -erunt (ASCON. Scaur. p. 28, 28 St. ad genua iudicum ... bifariam se -erunt, qui pro eo rogabant). VAL. MAX. 2, 2, 9 -sā pastorali turbā. VAL. FL. 1, 355 pubes -itur (LVCAN. 10, 483 iuventus ... -sa). ITALA Iob 4, 11 (Aug. in Iob p. 513, 27) catuli leonum -si sunt ab invicem (ἔλιπον ἀλλήλους, VVLG. dissipati sunt). AMBR. exc. Sat. 1, 22 nos -i. HIER. epist. 66, 15 quinque in tres et duas ... esse -sos. VVLG. gen. 13, 11 -si ... sunt alterutrum a fratre suo. *γ inter homines*: AVG. civ. 11, 28 inter quos (*angelos sanctos*) et illos (*desertores*) ... deum ... -isse. *dub.*: VVLG. Os. 13, 15 *v. p. 1593, 61.*

c *hominem a re*: OV. am. 1, 6, 36 a membris -ar ... meis (*cf. p. 1595, 80*). SEN. dial. 2, 2, 2 simul ... extincta sunt, quae nefas erat -i (*sc. Cato et libertas*). HIL. in Matth. 27, 2 *dominus* eum ... a bonis ... -et.

3 ***solidae rei partes vel plures res*** (*vel cohaerentes vel non cohaerentes*) ***diversis locis disponere*** *sim.*: **a** ***res inanimatas***: *α generatim*: CATO agr. 19, 1 cetera *foramina* div⟨id⟩ito quam rectissime. 29 stercus -ito sic: partem dimidiam in segetem ... invehito *eqs.* VITR. 1, 1, 9 vasa aerea ... -sa in circinatione. 4, 3, 6 -endae ... sunt in corona ima ... viarum directiones et guttarum distributiones ita, ut *eqs.* SEN. nat. 1, 16, 4 specula ... per quae flagitia sua -ret disponeretque. PETRON. 119, 66 quasi non posset tot tellus ferre sepulcra, -sit cineres. *refl.*: LVCR. 4, 565 in multas ... vox una ... diffugit, in privas quoniam se -it aures (4, 603 partes in cunctas -itur vox). OV. fast. 4, 291 se Tiberinus in altum -it (PLIN. nat. 5, 48 Nilus dextera laevaque -sus. VVLG. IV reg. 2, 8 *aquae* -sae sunt in utramque partem. 2, 14). LIV. 2, 32, 11 -sum pariter in venas ... sanguinem. SEN. nat. 5, 18, 2 ut per totum orbem pluviae -i possint. 6, 14, 1 receptacula animae ... in quibus colligitur et unde -itur in partes. 6, 18, 3 *spiritus* per occulta -itur. VVLG. Iob 38, 24 per quam viam spargitur lux, -itur aestus super terram. *β speciatim: alimenta in receptacula sim.*: CATO agr. 23, 2 *vinum* pariter in dolia -ito (*cf. p. 1597, 34*). LIV. 37, 29, 1 ad commeatus et vinum ... -endum in naves. PALLAD. 8, 7 *mel* per carenarias -sum. MACR. sat. 1 pr. 5 apes ... quidquid attulere, disponunt ac per favos -unt. *cibos in corpus -ere i. digerere*: CIC. nat. deor. 2, 136 ut facile ... omnia cocta atque confecta in reliquum corpus -antur. div. 2, 57 in omne corpus -so et mitificato cibo. TERT. resurr. 60 p. 121, 4 quo huiusmodi membra admittunt subigunt devolvunt -unt digerunt egerunt. APVL. Plat. 1, 18 *v. p. 1597, 37.* *de aquae ductione*: LEX Quinctia (Frontin. aq. 129) quominus ... *aqua* saliat distribuatur -atur in castella lacus ⟨in⟩mittatur. FRONTIN. aq. 25 antiqui moduli ... quibus olim aqua ... -batur. 78 ex his *quinariis* -untur extra urbem quinariae MMMMLXIII. 80 reliquae quinariae ... intra urbem -bantur per regiones ... in castella. SVET. Claud. 20, 1 Claudiae aquae ... fontes ... -sit ... in plurimos et ornatissimos lacus. *in re simili*: SEN. dial. 5, 21, 3 donec C et LXXX cuniculis -sum alveum in CCC et LX rivos dispergeret. *de ramis arborum in partes diversas dirigendis*: COLVM. 4, 2, 1 vitem ... in duos palos -sam (4, 17, 4 in stellam. 4, 24, 2 per quattuor partes. 5, 5, 9 in quattuor bracchia [*cf.* 4, 31, 3 disponere]. arb. 7, 5 in plures ordines [*cf. ibid.* in diversos ordines ... deducenda]). 4, 2, 5 *tres materiae* per totidem partes ab alligatore -i debent. 5, 6, 15 in tres partes arbor -enda est (5, 7, 2 in tres ramos). PLIN. nat. 17, 184 -i ... pollices in aequali examine undique *oportet.* *in arte medica*: CELS. 4, 17, 2 cucumeris semina ... in duas mulsi potiones -sa. 5, 27, 7. *in scribendo*: SVET. Aug. 87, 3 non -it verba nec ab extrema parte versuum abundantis litteras in alterum transfert, sed ibidem statim subicit circumducitque.

crines -ere i. distinguere: CLAVD. 10, 104 iusto -it *orbes crinis* ordine. rapt. Pros. 2, 16 crinis ... Idalia -sus acu. DRAC. Romul. 2, 87 frons ... -so fulgida crine. *in metaphora*: FLOR. epit. 2, 6, 31 -sa per terrarum orbem arma. VAL. CEM. hom. 17, 3 vidimus ... per diversas ... regiones scissi corporis plagas passim -i.

b ***animantes***: *copias partiri et disponere, dimittere sim.*: CAES Gall. 6, 43, 4 tanto in omnes partes -so (dimisso *Paul*) equitatu. LIV. 27, 7, 9 exercitus ita per provincias -si (27, 36, 12. 28, 2, 16 exercitum ... passim in civitates -sit [dimisit *al.*]. 42, 67, 8 partem exercitus ... per totam Thessaliam -sit). 36, 30, 6 -sis copiis pro situ moenium (CVRT. 7, 9, 22 copias -it urique agros ... iubet. QVINT. inst. 7, 10, 13 imperatoria virtus co-

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pias suas partim...retinentis, partim per castella tuenda custodiendasve urbes, ⟨ad?⟩ petendos commeatus, obsidenda itinera, mari denique ac terra -enti⟨s⟩). TAC. hist. 2,53 -sis per itinera, qui percontarentur. ann. 13,41 quod *virium* firmando praesidio et capessendo bello -retur. *milites in hiberna*: NEP. Eum. 8,1 in finitima regione ... hiematum copias -sit. LIV. 37,45,19 in hiberna exercitum Magnesiam...et Tralles Ephesumque -sit. 43,23,6 per...urbes in hiberna militibus -sis (dimissis *al.*). 45,26,11 (*eodem sensu* dimitto: 42,67,3. 45,8,8). *homines in hospitia, custodias sim.*: LIV. 2,14,8 ibi ... excepti -sique in hospitia (CYPR. ad Demetr. 19 donec ... ad aeternae vel mortis vel immortalitatis hospitia -amur). 6,3,10 multitudo in custodias -sa (24,20,1 turba per finitimos populos in custodiam -sa. 43,19,2. VAL. MAX. 3,8,1 Campanum senatum ... in duas custodias Teanam Calenamque -sit). 23,34,9 ut in omnes naves legatos separatim custodiendos -ret (*v. p. 1605,68*). SVET. Iul. 14,1 municipatim *Catilinae socios* -endos custodiendosque. *in colonias*: LIV. 37,46,10 familiarum...quae in eas colonias -rentur. *milites in acie instruenda*: LIV. 9,27,7 equitibus in cornua -sis (CVRT. 4,9,17 pedes velut -sus in cornua. 4,12,3. 8,14,1 agmen. *sim.* 4,3,11 navigia). 31,21,7 in alas -sum socialem exercitum habebat. FRONTIN. strat. 2,3,16. 21 PANEG. 12(2),35,3. AMM. 16,2,13 in bicornem figuram acie -sa. *vigilias, praesidia sim.*: HIRT. Gall. 8,37,1 -ere praesidia (LIV. 7,38,10 *praesidia* -sa ... erant per ... urbes). LIV. 25,31,8 custodibus -sis per domos. SEN. dial. 9,17,7 miles vigilias -it (AMM. 16,12,12). SOL. 10,16 *grues* excubias nocte -unt. *apud Christianos de gentium dispersione*: VVLG. gen. 10,25. 32 -sae sunt gentes in terra. 11,4. 8 -sit eos dominus ex illo loco in universas terras. *al.* *hyperbolice de singulis*: TERT. nat. 2,13 in duos culleos -i Iovem (eiusque patrem *add. Reiffersch.*) decuit. *bestias*: LIV. 21,55,2 ab cornibus in utramque partem -sos elephantos statuit (VVLG. I Macc. 6,35 -erunt bestias per legiones). SEN. benef. 4,6,5 *deus* non ... paucas boves, sed ... per totum orbem armenta -sit (dimisit *al.*).

nota: quo -antur res (personae), significatur dativo (*cf. l. 53*): CATO agr. 23,4 mustum suo cuique dolio -ito additoque pariter (*cf. p. 1596,48*). CIC. Sull. 42 tabulas -i passim et pervolgari atque edi populo Romano imperavi; -si toti (totae *al.*) Italiae (tota Italia *Madvig.*), -si (dimisi *T*, emisi *E*) in omnes provincias. APVL. Plat. 1,18 id quod infertur *cibi* ... veluti singillatim exaequatum cunctis partibus -itur. IVST. 14,4,20 Antigonus domitores illos orbis exercitui suo -it. DICT. 1,15 *porcum* in duas partes exsectum *Calchas* orienti occidentique -it. CYPR. GALL. deut. 192 cum ... dominus ... -sos populos dedisset orbi. *subi. res*: VERG. georg. 1,209 *libra* medium luci atque tenebris ... -it orbem (*cf. p. 1595,8*). *metaphorice*: HOR. epod. 11,16 meis inaestuet praecordiis ... bilis, ut haec ingrata ventis -at fomenta (*sc. doloris, i. querimonias*). *in locis*: FIRM. math. 5,1,18 in duabus civitatibus ... eius patrimonium -etur. *locis* (*abl.*): HIER. epist. 59,5,3 divina ... natura et deus sermo in partes secari non potest nec locis -i.

4 ***solidae rei partes vel plures res inter diversos homines distribuere*** (*in ambiguitate* SEN. epist. 88,11 *v. p. 1598,26*. QVINT. inst. 6,3,87 *v. p. 1598,84*. *opponitur verbo* dandi PETR. CHRYS. serm. 162 p. 626^C. *ratio -endi exprimitur abl.: p. 1598,71. 1599,39. instrumentum, quo -itur, acced. ablativo: p. 1598,50. 72. 81. 1599,40*): **a** *c. dativo personae*: *generatim*: ACC. trag. 534 ignis ... mortalibus clam -sus (RHET. Her. 4,6,9 SEN. contr. 10,5,7). SALL. Iug. 91,6 praeda militibus -sa (GELL. 11,18,18 Cato in oratione, quam de praeda militibus -enda scripsit. LIV. 1,4,9 pastoribus ... rapta -ere. 10,46,8 *spolia* sociis ... ad templorum ... ornatum. VVLG. psalm. 67,13 *v. p. 1593,59*). LIV. 1,35,8 loca -sa patribus equitibusque *in circo*. 27,19,7 dona ... regulis ... -sa. 36,20,8 magnam vim frumenti Atheniensibus ... -sit. SEN. nat. 2,5,1 *ex terra* alimenta omnibus animalibus ... -untur. epist. 77,8 quemadmodum reliquiae *cenae* circumstantibus -antur (PETRON. 67,2). SYMM. rel. 3,8 ut animae nascentibus, ita populis fatales genii -untur. *speciatim: arma, instrumenta*: LIV. 9,37,9 dolabrae calonibus -untur. 28,19,9 scalas electis per manipulos viris -unt. 30,11,4 equos arma tela. frg. 22 *arma*. *pecuniam*: CIC. Verr. 1,39 iudicibus. Manil. 37 magistratibus. Att. 1,18,4 *divisor* nummos vobis -ere solebat. har. resp. 28 cuius legati ... -ere ... tuis operis nummos solebant. BELL. Afr. 87,7 Cato ... singulis *HS* c -sit. LIV. 5,16,7 quod ... inde redactum, militibus est -sum (35,1,12 militi). 10,46,15 militibus ex praeda centenos binos asses et alterum tantum centurionibus atque equitibus ... -sit (30,45,3. 33,23,7). CORP. III 6998,8 *al.* *sportulas*: CORP. VI 10234,9 *ibid. passim* (*et dat. non accedente*). IX 1655 aurum et argentum, aes, vestem lentiam (*i. linteam*) ceteraque popu(lo) -sit. *al.* *agros, praedia sim.* (*i. non tam* 'dimetiri', *de qua significatione v. p. 1601, 82, quam* 'assignare, donare'. *cf. vol. I p. 1284,24 et p. 1598,51. 58. 65. 1599,19*): [*dub.*: VARRO ling. 5,40 (*loc. corrupt.*).] CIC. leg. agr. 3,3 adimi Sullanos (-is?) agros vobisque -i (Flacc. 80 *ager* -i plebi Romanae non potest. Phil. 2,101 *agrum Campanum* tu compransoribus tuis et collusoribus -bas. LEX VRSON. 79,40 colonis. NEP. Cim. 2,5. LIV. 1,47,11 regem ... agrum sordidissimo cuique -isse. 2,41,1 dimidium *agri* Latinis, dimidium plebi -urus consul ... erat. 4,11,4 *syn.* assignare. 5,30,8 ut ... septena iugera plebi -rentur. 6,36,11. 34,31,14. 34,32,9). NEP. Timol. 3,2 novis *civibus* ... possessiones -sit. HOR. sat. 2,3,169 Oppidius ... duo praedia .. gnatis divisse duobus fertur. FILASTR. 121,1 quod ... non ... Noe suis filiis ... *orbem terrae* -erit dederit ac definierit et partierit ordine. VVLG. Ios. 13,7 -e terram in possessionem novem tribubus. psalm. 77,54 -sit eis terram in funiculo distributionis.

sibi -ere i. inter se: TERT. apol. 11 forum. FIRM. err. 6,3 membra. VVLG. psalm. 21,19. Ios. 18,5 -ite vobis terram in septem partes. AVG. in psalm. 21 enarr. 2,19 sacramenta sibi haeretici -ere potuerunt, caritatem non -erunt. *vi debilitata coniungitur cum dativo unius personae, ut* 'impertire, dare, donare': HOR. carm. 1,36,6 nulli plura ... -it oscula quam ... Lamiae. PHAEDR. 2,6,15 aquila ... magistrae large -sit dapem. SEN. Med. 5 Titan -ens orbi diem. MART. 3,82,28 nobis (*i. mihi*) -ere moechae pauperis capillare. CARM. epigr. 1506,2 mulsum crustula, municeps, petenti in sextam tibi -entur horam. VVLG. Sirach 44,26 -sit illi partem (ἔδωκεν αὐτῷ). 45,25. Hebr. 7,2 cui et decimas omnium -sit Abraham (ἐμέρισεν). **b** *accedunt praepositiones*: cum: PLAVT. Amph. 1125 boni dimidium ... -ere cum Iove (Aul. 767 dimidiam tecum ... partem -am. POMPON. Atell. 180 medium abdomen ⟨te⟩cum -am). CIC. Sest. 94 *Pisonem* bona creditorum ... cum debitoribus ... -isse. LIV. 4,27,2 -so cum Quinctio ... exercitu. 7,25,12 (CVRT. 5,3,16). 31,14,5 -sae cum eo Aegypti opes. OV. fast. 4,887 non grandia -e mecum praemia ... proxima musta. SEN. contr. 9,3,1 cum alternis (alienis $D^2\tau$ *exc.*; alteris *Bursian*) -amus liberos, quos non -imus cum matribus. SEN. nat. 6,7,5 superiora *loca* cum tot animalibus *mari* erant -enda. epist. 88,11 quid mihi prodest scire agellum in partes -ere, si nescio cum fratre -ere? 95,51 ut ... cum esuriente panem suum -at. VLP. reg. 24,25 heres meus cum Titio hereditatem meam partito -ito. VVLG. Luc. 12,13 ut *frater* -at mecum hereditatem (μερίσασθαι μετ' ἐμοῦ τὴν κληρονομίαν). *nota*: -ere cum *aliquo i. dare alicui*: IVST. 6,9,5 vectigal publicum ... cum urbano populo -i coeptum (*cf.* APVL. Plat. 2,6 *p. 1608, 36*). *in c. acc.*: PLAVT. Aul. 108 nostrae qui est magister curiae -ere argenti dixit nummos in viros. LIV. 34,46,1 militibus ex praeda -sit in singulos ducenos septuagenos aeris, triplex equiti (45,34,5 ut in equitem quadringeni denarii, peditibus duceni -rentur). TAC. ann. 2,67 Thracia in Rhoemetalcen ... inque liberos Cotyis -itur. GAIVS inst. 3,16 utrum in stirpes -enda sit hereditas...an potius in capita (*passim*; INST. Iust. 3,2,4 ad stirpes *pars codd.*). DICT. 2,19 -sis in singulos, quae (*fem.*) supererant. TRACT. de trin. fid. p. 181,1 *spiritus dei* vult in unumquemque se -i. *inter*: PLAVT. Persa 757 inter participes -am praedam et participabo. Poen. 775 ut ... *aurum* inter se -ant (IVST. 2,14,16). CATO or. frg. 2 numquam ego praedam ... inter ... amicos meos -si (CIC. div. in Caec. 34. LIV. 42,61,5 spolia ... -simus inter vos). SALL. Iug. 16,2 uti ... legati regnum ... inter Iugurtham et Adherbalem -rent (AVG. civ. 18,42 p. 320,21 D. cum regnum ... non pacifice inter se possessuri -issent, sed potius dissipassent bellis). NEP. Thras. 1,5 bona. LIV. 21,17,5 inter consules ... copiae -sae (23,32,1 consules exercitus inter sese -erunt). 23,19,9 frumentum. SEN. nat. 1 pr. 8 hoc (*sc. mundus*) est illud punctum, quod inter tot gentes ferro et igne -itur. QVINT. inst. 3,6,84 debitoris corpus inter creditores -i. CELS. dig. 8,6,61 -sus est fundus inter socios regionibus (VLP. dig. 19,1,13,17). CORP. XII 4393 (*a. 149*) usuras ... inter praesentes ... in perpetuum ⟨divi⟩dátis. XIV 367 (*a. 182*) quod ... natali suo inter praesentes ... usque ad asse(m) -iatur. *per*: OV. fast. 3,672 per populum fumantia *liba* .... solebat -ere. LIV. 25,23,14 vino ... per tribus ... -so. 38,23,10 praedam ... cum cura, ut quam aequissima esset, per milites -sit. 42,63,5 scalas per manipulos -i. SVET. Dom. 9,3 -sis per veteranos agris (SVLP. SEV. chron. 1,23,7 -so per tribus captivo solo). SPART. Hadr. 7,3 ternis ... per singulos aureis ... -sis. PS. AMBR. serm. 24,3 p. 652^C reliquam *partem* per caecos claudos ... -ere debetis. *accedit dativus*: VVLG. I par. 16,3 -sit universis per singulos ... tortam panis *eqs.* Ezech. 47,21 -etis terram ... vobis per tribus Israel. **c** *persona adverbio exprimitur*: CATO inc. libr. frg. 6 praeda ... viritim -sa (VARRO rust. 1,10,2 bina iugera a Romulo primum -sa viritim, quae heredem sequerentur. *ibid.* in agris -sis viritim publice. LIV. 1,46,1. 5,24,4 FRONTO p. 125,13 N.). CIC. Att. 4,19,1 de nummis ... tributim -sis. SVET. Vit. 10,3 plurimum meri...hausit passimque -sit (CORP. V 7904 vínum passim divísit). **d** *subaudiuntur personae, inter quas res -itur*: CATO agr. 136 (*anteced. ea, quae p. 1599,39 sqq. descripta sunt*) hordeum quinta *parti* modio, fabam quinta modio -at (*sc. paterfamilias cum redemptore agri poliendi*). VARRO frg. Plin. nat. 14,96 *Lucullus* milia cadum congiarium -sit amplius centum (TERT. apol. 35,7 congiario -undo). CIC. epist. 13,8,2 *bona* (NEP. Dion 7,2). SALL. Iug. 20,1 -so regno. VERG. Aen. 1,197 vina ... -it. LIV. 24,44,1 provinciae atque exercitus -si (SIL. 7,515 -itur miles). SEN. contr. 9,5,1 *mater* puerperia -sit (*sibi, patri, avo*). SEN. dial. 6,20,2 ubi res communes fortuna male -sit. epist. 74,7 quorum (*sc. rerum a fortuna donatarum*) ... alia infida societate -sa *sunt*. COLVM. 8,4,3 esca ... bis -enda est *gallinis*. LVCAN. 1,109 -itur ferro regnum *inter Caesarem et Pompeium* (*cf. supra l. 50*). 5,495 non ex aequo -simus orbem *inter nos*. PLIN. nat. 12,54 tus ... per vices annorum -i (*opp.* promiscuum ... esse). QVINT. inst. 6,3,87 *Cascellius* consultatori dicenti 'navem -ere

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

volo (*cum socio vel sim.*)' 'perdes' inquit. TAC. ann. 13, 13 -ere filium quae cuncta ex ipsa (*Agrippina*) haberet. FLOR. epit. 3, 17, 6 (*dictum Drusi*) nihil se ad largitionem ulli reliquisse nisi siquis aut caenum -ere vellet aut caelum. COD. Theod. 1, 5, 5 (*a. 355*) annonarias species (*syn. erogare*). *speciatim: pecuniam, nummos sim.*: PLAVT. Aul. 180 magister, quem -ere argentum oportuit (*cf. p. 1598, 33*). CIC. epist. 7, 12, 2 communi -endo (*v. vol. III p. 1978, 26 sqq., ubi add.* APVL. met. 9, 27). Att. 13, 45, 3 *nummos* (*passim; nota* CARM. epigr. 38 communem nummum -endum censio est). LEX de Gall. cisalp. (Corp. I² 592) 2, 55 de familia erciscunda deividunda. SALL. Iug. 12, 1 -i thesauros. SEN. dial. 10, 3, 1 nemo invenitur, qui pecuniam suam -ere velit: vitam unusquisque quam multis distribuit. MART. 3, 7, 3 *centum quadrantes* -bat balneator *clientibus*. QVINT. inst. 4, 2, 73 pater qui -sit patrimonium (*sc. inter filios*). *dub.*: QVINT. decl. 267 p. 90, 13 ad arma habui ante -sam pecuniam? *praedam*: PLAVT. Rud. 1011 quin tu potius praedam -e (*sc. mecum.* LIV. 5, 28, 3). TAC. ann. 13, 56 imbellis aetas in praedam -sa est (FLOR. epit. 4, 12, 25 equos pecora ... ipsosque ⟨in⟩ praedam -sit et vendidit). VVLG. Is. 33, 23 -entur spolia praedarum multarum (53, 12). *agros sim.* (*cf. p. 1597, 75. 1601, 81*): LEX agr. (Corp. I² 585) 6 ⟨quei ager...⟩ exceptum cavitumque est nei -retur (CIC. leg. agr. 3, 15 Campanum agrum -is. LVCR. 5, 1110 reges ... pecus atque agros -sere atque dedere pro facie cuiusque. LIV. 31, 4, 2 agro ... metiendo -endoque. 40, 38, 7 agro -endo dandoque). CIC. Phil. 5, 7 omnem Italiam ... L. Antonio -endam dedit. 8, 9 urbem ... -urum se confirmat (13, 19. 14, 10. *dub.* 5, 6). epist. 13, 8, 2 praedia. LVCR. 5, 1441 -sa colebatur discretaque tellus. DIRAE 2 -sas ... sedes et rura (MANIL. 1, 456 haec ... -sas ... sedes signa tenent [*cf.* 1, 602 *circuli* servantes ... -sos ... semel fines]. TAC. Germ. 28 sedes promiscas ... et nulla regnorum potentia -sas). LIV. 4, 56, 6 Romanos sua (*Volscorum et Aequorum*) -sa habere. TAC. ann. 13, 18 quod domos villas ... quasi praedam -issent *inter se*. ITALA psalm. 59, 8 (Aug. in psalm. 59, 8 p. 718 *al.*) -am Sichimam (διαμεριῶ, VVLG. partibor). e *subauditur obiectum*: PLAVT. Stich. 697 pacto ego hoc tecum -o. SEN. dial. 6, 16, 6 ex aequo cum potentiore -ere. PETRON. 11, 4 sic -ere cum fratre nolito (QVINT. inst. 7, 1, 45 qui -ere nolit cum fratre). QVINT. decl. 261 p. 70, 22 cum is, qui creverit hereditatem ... sit ... -urus cum his, qui *eqs.* VVLG. Tob. 1, 19 -bat ... unicuique, prout poterat, de facultatibus suis (I Cor. 7, 17). f *subaudiuntur et personae, quibus res -untur, et obiectum*: CATO agr. 136 parti octava corbi -at (*sc. frumentum cum redemptore agri poliendi*). *ibid.* septima ... sexta (*sc. parte*); si granum modio -et, parti quinta. in Venafro agro optimo (*sic corrig.?*, ager optimus *trad.*) nona parti corbi -at (*sequ. ea, quae p. 1598, 70 sqq. descripta sunt*). CIC. Planc. 45 Plancium ... sequestrem fuisse, pronuntiasse -isse (*nummos inter cives*). OV. met. 13, 102 -ite (*arma inter eos*). LIV. 44, 45, 13 in -endo plus offensionum quam gratiae erat. SEN. contr. 9, 3, 3. 9, 5, 4 tres habes filios; -amus. contr. exc. 6, 3. 4 scisti -ere (*potionem inter te et uxorem*). QVINT. decl. 321 p. 257, 24 -erunt (*rem communem inter se*). p. 265, 20. PLIN. epist. 8, 16, 2 *servi testantes* -unt donant relinquunt. paneg. 25, 3. CORP. XI 4391 ut die natalis sui ... ex usuris ... epulantes ... -r(ent). g *transit nonnullis locis ad sensum divendendi, distrahendi* (*cum fere sit 'dilargiri'; opponitur 'venditioni'*: CIC. epist. 13, 8, 2 LIV. 25, 14, 12. 37, 5, 3. 38, 23, 10 FLOR. epit. 4, 12, 25): CIC. Verr. 3, 46 alia *mancipia* -sit *auctione*. LIV. 1, 53, 3 cum -endā (dividenta *M*, divendenda, divendita *edd.*) praedā quadraginta talenta argenti refecisset (SVET. Nero 26, 1 ad licitationem -endae praedae). 4, 16, 2 frumentum ... assibus in modios aestimatum plebi -sit (PLIN. nat. 18, 15 datavit *in re simili. cf.* LIV. 31, 4, 6 frumenti ... vim ingentem ... quaternis aeris populo ... -erunt. 31, 50, 1). SVET. Iul. 54, 2 ut ... *aurum* ternis ... milibus nummum in libras promercale per Italiam provinciasque -ret (*L*, divenderet *rell.*). *in metaphora sic videtur adhibitum*: ANTH. 445, 3 pro quo, si pretium dari liceret, nostros -rem libenter annos.

B *de statu:* ***active*** *de statu rei separantis, fere i. q. inter partes rei vel inter plures res* ***medium interesse,*** *ut inter se non contingant* (-entem esse ORIG. in Matth. 14, 15. *v. p. 1601, 41*). ***passive*** *et* ***refl.*** *de statu rerum separatarum, i. q.* ***partes distantes habere, distare; constare ex partibus*** (-i, -sum esse; -sum manere *v. p. 1611, 13*; se -ere *v. p. 1600, 38. 48. 51. 53. 1601, 36*).

1 *obi. res:* **a** *res in partes:* α *act. et pass.* (*indicata re dividente*): CIC. Verr. 5, 119 *urbis partes* una via lata ... multisque transversis -sae. MANIL. 1, 332 Serpentem magnis Ophiuchus ... signis -it (1, 610 colurus Serpentis caudam ... et -it Arctos. HYG. astr. 1 praef. p. 20, 10 quemadmodum ab his *circulis* -rentur *corpora siderum*). SEN. epist. 55, 6 platanona medius rivus ... -it. STAT. silv. 1, 3, 25 nec te (*villam*) amnis -it. PLIN. epist. 5, 6, 34 viae ... intercedentibus buxis -untur. CYPR. GALL. deut. 154 tellus ... -sa ponto (161 -sa rimis). *speciatim: i. q. partes rei distinguere, ornare, colorare* (*cf. p. 1595, 3*): VERG. Aen. 10, 134 qualis gemma micat, fulvum quae -it aurum (*i. emicat ex auro includente*). *saepissime in geographia*: CIC. epist. 2, 10, 2 *mons* -sus aquarum divertiis. CAES. Gall. 3, 1, 6 cum *vicus* hic in duas partes flumine -retur. HIRT. Gall. 8, 40, 2 flumen ... vallem -bat. BELL. Hisp. 7, 3 *loca* planitie -untur, Salso flumine. 28, 4 ut superius demonstravimus, loca ... interim nulla (-am *al.*) planitia (-ae, -em *al.*) -i (-it *al.*) (intermissa planitie -i? *de constructione cf.* 31, 4). LIV. 1, 43, 13 quadrifariam ... urbe -sa regionibus collibusque. 23, 17, 10 *urbs* -itur amni. 24, 6, 7 Himera amnis, qui ferme -it ⟨insulam⟩. 27, 8, 17 insulam -sam ... Romani Punicique imperii finibus. 36, 15, 6 Apennini dorso Italia -itur. 44, 46, 7 *arx* -sa est intermurali amni. CVRT. 8, 9, 11 amnibus ... regio -itur. MELA 1, 4 *terra mari* in duo latera ... ab oriente -sa ad occasum. 1, 8 hoc mari et duobus ... amnibus ... in tres partes universa *terra* -itur. 2, 74 Gallia Lemanno lacu et Cebennicis montibus in duo latera -sa. SEN. nat. 4, 2, 7 *Nilus* petra -itur (AVSON. Mos. 38 exclusum si -at insula flumen). PLIN. nat. 3, 59 colonia Minturnae Liri amne -sa. AVIEN. orb. terr. 1100 Arabas ... sinus iste fluento -it. 1160 *Eufrates* -it inserto mediam Babylona fluento. β -sum esse, -i, se -ere (*re dividente plerumque non indicata*). *i. q. partes distantes habere, constare ex partibus* (*active v. infra l. 40*): VARRO rust. 13, 4 duo stercilina aut unum bifariam -sum. SEN. nat. 2, 9, 4 *aer* nusquam -sus est *intervallis*. 2, 11, 1 cum *aer* sic (*i. in has partes*) -sus sit. COLVM. 12, 44, 7 opercula ... sic formari, ut media -sa sint. PLIN. nat. 2, 42 *facie lunae* aequa portione -sa. 9, 103 *concharum genera* distinctione virgulata, crinita, crispa, canaliculatim, pectinatim -sa. 17, 166 compluviata *vinea* -itur in quaternas partes totidem iugis. *speciatim: in geographia* (*accedit semper* in *c. acc.*): VARRO frg. Prob. Verg. ecl. 6, 31 in haec duo (*terram et caelum*) -sus mundus. ling. 5, 31 ut omnis natura in caelum et terram -sa est, sic caeli regionibus terra in Asiam et Europam (PLIN. nat. 3, 3 terrarum orbis ... in tres -itur partes, Europam Asiam Africam). 5, 55 ager Romanus primum -sus in partis tres (CAES. Gall. 1, 1, 1 Gallia est omnis -sa in partes tres). CAES. Gall. 1, 12, 4 civitas Helvetia in quattuor pagos -sa est. BELL. Alex. 1, 5 cum in duas partes esset urbs -sa. PLIN. nat. 2, 117 orbe ... in regna hoc est in membra -so. 3, 18 universa provincia -itur in conventus septem. 3, 66 *urbs* -itur in regiones *tot*. 5, 26 sinus -itur in geminos. 12, 64 Thomna abest a Gaza *tot passibus* ..., quod -itur in mansiones camelorum *tot*. *de partibus corporis, item de arborum, herbarum partibus sim.*: CELS. 4, 1, 4 *pulmo* in duas fibras ungulae bubulae modo -itur (*ibid.* 5 iecur). 5, 28, 12ᴬ *fistulae* in plures sinus -untur. 8, 1, 6 foramina ... in bina itinera -untur (*opp.* simplicia sunt). COLVM. 4, 24, 10 qua se -it vitis. 6, 15, 2 discrimen ..., quo -sa est bovis ungula (VVLG. lev. 11, 3 omne quod habet -sam ungulam. *nota*: VVLG. lev. 11, 4 [*cf. sqq. et* deut. 14, 7, 8] quidquid *animal* non -it *ungulam* [*i. -sam habet*]). PLIN. nat. 10, 176 quorum *animalium* in digitos pedum fissura -sa est. 11, 136 cervis ... *aures* scissae ac velut -sae. 16, 90 *folia* -sa platano *sunt* (23, 21 folia ... -untur). 18, 51 radices non in multa -untur. 20, 260 *ferula* ab uno caule -itur in cacumine. ITALA act. 2, 3 (codd. g p Cypr. testim. 3, 101) linguae -sae quasi ignis (διαμεριζόμεναι, VVLG. dispertitae). *nota: per diversa loca*: APVL. Plat. 2, 7 per has tres animae partes quartam virtutem, iustitiam, aequaliter -entem (-es *codd.*) se [scientiamque] causam esse dicit, ut *eqs.* CHALC. comm. 33 *superficiei* duplum *est* cubus, corpus per longum latum profundumque -sum. 224 naturalis ... *animae* species per omne se -it corpus, sensus vero tactus quidem per omne corpus, visus autem et auditus ... in ceteris membris. ISID. orig. 16, 27, 4 virgulae duae ex uno angulo a laeva in dexteram se -entes significant dragmam (<). *in diversas personas*: TAC. hist. 3, 42 Italia inter Vespasianum ac Vitellium Apenninis iugis -batur. PLIN. nat. 3, 13 regio in duas -sa partes totidemque gentes. 4, 105 Gallia ... in tria populorum genera -itur. VVLG. Ios. 13, 3 *Chanaan* in quinque regulos ... -itur.

b *plures res inter se*: CIC. nat. deor. 2, 66 ut essent ... tria regna -sa. LIV. 34, 9, 1 duo oppida ... muro -sa. MANIL. 1, 306 *Vrsas* -it et cingit ... Anguis (SEN. Thy. 869 medias -it Vrsas fluminis instar ... Anguis. AVIEN. Arat. 445 diducta pedes *Cephei* tantum mensura ... -it ... quantum *eqs.*). MANIL. 1, 707 (*versum del. Bentley*) inter -sas (-sis *al.*) aequalibus (aequabilis *Scaliger*) est via partes. 2, 278 astra quae -sa manent ternis distantia signis (2, 287 *signa* -sa quaternis partibus). VITR. 8, 6, 1 tres fistulae aequaliter -sae (10, 9, 2 denticuli). 8, 6, 2 *receptacula* -sa. 10, 4, 1 *tabulae* -unt aequalia in tympano spatia. SEN. Phaedr. 529 nullus ... -sit agros ... populis lapis. COLVM. 4, 18, 1 per paria intervalla iugeribus -sis. PALLAD. 1, 19, 2 -sas cellas ... grano cuique tribuemus. *speciatim: in geographia*: ENN. ann. 302 Europam Libyamque rapax ubi -it unda. GALL. carm. frg. Vib. Seq. geogr. p. 148, 26 *Hypanis* uno tellures -it amne duas. LIV. 36, 43, 1 Cyclades fretis ... -sas. VITR. 6, 1, 5 terrae librationem, qua -itur pars superior et inferior mundi. VAL. MAX. 3, 2, 23 spatium quo scopulus et insula -bantur. 9 ext. 1 tam parvo spatio Italiam Siciliamque inter se -sas. SEN. Thy. 113 Isthmos ... vicina gracili -ens terra vada. CVRT. 3, 1, 14 *Asia* nisi tenue discrimen obiceret, quae nunc -it maria, committeret. MELA 1, 96 mare ... -ens *terras*. 2, 26 -sas spatio pelagoque terras ... pontibus iungere. PRISC. periheg. 98 *Hadria* -it ... geminas diversis partibus oras (*cf.* 540. 610). *in metaphora*: CIC. Verr. 6, 169 perangusto fretu -sa servitutis ac libertatis iura. QVINT. inst. 9, 1, 3 quaedam *species figurarum et troporum* perquam tenui limite -untur. *de partibus corporum*: PAVL. FEST. p. 33 *bisaetae* a cervice saetae bifariam

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-untur. p. 72 *dissulcus porcus* in cervice saetas -it (*i. divisas habet v. p. 1600, 40*). MANIL. 4, 703 ut . . . *tutela* in proprium -sis artibus extet. PLIN. nat. 11, 256 *aliae aves sunt* -sis digitis. HIER. tract. in psalm. 91 p. 122, 16 vide in ipso puncto corpusculi *culicis* omnia esse membra -sa. *nota*: APVL. Plat. 1, 16 *venae* ex illo loco -sae per membra.

c *rem a re*: CIC. Arat. 311 quantum est -sus Cancer spatio a Capricorno. LVCR. 3, 264 nil ut secernier unum *primordium* possit nec spatio fieri -sa potestas. HIRT. Gall. 8, 14, 4 cum palude impedita a castris castra -i videret. BELL. Alex. 73, 3 cum spatio non amplius passuum mille intermissa vallis castra hostium -ret ab opere incepto Caesaris castrorum. LIV. 25, 11, 9 *arx* ab urbe muro tantum ac fossa -sa. MANIL. 1, 352 succedit iniquo -sum (-sus *codd.*) spatio . . . Deltoton. 1, 595 per binas vertex a vertice partes -sus (*lectio dubia*). 2, 214 *signa* aut vicina loco, -sa aut partibus aequis. 2, 397 *astra alterius hemisphaerae* toto -sa manent . . . caelo. 3, 605 *forma* spatio -sa sub aequo. SEN. Herc. O. 1121 quod -it aethera a terris spatium. PLIN. epist. 6, 20, 4 in area domus, quae mare a tectis modico spatio -bat. HYG. astr. 3, 3 p. 82, 10 huius umeros et pectus a reliquo corpore -it circulus *eqs. sim. passim.* *in geographia*: CIC. Att. 5, 20, 3 *Amanus* Syriam a Cilicia in aquarum divertio -it. LVCR. 1, 720 angusto . . . fretu . . . mare -it undis Italiae terrarum oras a finibus *Siciliae*. CAES. Gall. 1, 2, 3 *Rhodanus* provinciam nostram ab Helvetiis -it (1, 8, 1. 5, 11, 8 civ. 3, 36, 3). SALL. Iug. 19, 3 Catabathmon qui locus Aegyptum ab Africa -it. VERG. Aen. 3, 383 Italiam . . . longa procul longis via -it invia terris *abs te*. LIV. 22, 15, 4 *Casilinum* Falernum a Campano agro -it. 32, 18, 5 *Anticyra ex adverso* Peloponnesum exiguo maris spatio -sam . . . habebat. 33, 17, 6. 8. 38, 16, 5. MANIL. 4, 789 tenui -sa profundo *ab Italia* ora. VELL. 1, 2, 4. CVRT. 7, 8, 30 Bactra nisi -at Tanais *a nobis*, contingimus. LVCAN. 8, 290 -it Euphrates ingentem gurgite mundum *a nobis*. PLIN. nat. 4, 49 Hellespontus septem . . . stadiis Europam ab Asia -ens. TAC. ann. 2, 43 provinciae, quae mari -untur *sc. ab Italia*. VLP. dig. 50, 16, 99 *Sicilia* modico freto Italia -itur. NEMES. cyn. 225 -sa (*i. remota*) Britannia (AVSON. 209, 9 -sae . . . urbi). CLAVD. 18, 197 quidquid se Tigris ab Haemo -it.

in metaphora: VAL. MAX. 3, 7, 11 magno spatio -sus est a senatu ad poetam Accium transitus.

d *inter res*: ITALA gen. 1, 6 (Faustin. trin. 41 Aug. gen ad litt. 2, 1 p. 32, 8. *sim.*: RVFIN. Orig. in gen. 1, 2) fiat firmamentum . . . et sit -ens inter aquam et aquam (ἔστω διαχωρίζων, VVLG. -at aquas ab aquis. AVG. gen. ad litt. 2, 6 p. 39, 21. gen. c. Manich. 1, 11, 17 sit divisio. *cf.* AVG. gen. ad litt. 2, 4 p. 37, 13). ITALA exod. 26, 33 (Aug. quaest. in hept. 2, 112) -et vobis velamen inter medium sanctum et inter medium sanctum sanctorum (VVLG. sanctuarii sanctuaria -entur). VVLG. Ezech. 42, 20 murum . . . -entem inter sanctuarium et vulgi locum. AVG. civ. 16, 24 p. 164, 28 D. quod (*flumen*) -it inter Aegyptum et Palaestinam. PS. SOL. add. p. 222, 18 Astrixum *mons*, qui -it inter vivam terram et harenas iacentes (ISID. orig. 14, 5, 11 discernit). DRAC. laud. dei 3, 69 profundum -it inter aquas et . . . incendia.

2 *obi.* ***homines***: a *homines inter se, hominem et rem*: SEN. Oed. 1015 nefandos -at vastum mare dirimatque tellus abdita (epist. 71, 1). nat. 4 pr. 20 -imur mari. LVCAN. 5, 485 non . . . Libye nos -it aestu. SERV. ecl. 6, 22 *Pyramum et Thisben* vicinos paries -bat. CLAVD. 5, 303 dum nos longissima tellus -at. *copias*: CVRT. 10, 9, 15 intervallum . . ., quod aciem utramque -ret. VEG. mil. 3, 5 si -sae sunt copiae *inter se*. *in geographia*: PRISC. perieg. 410 hic (*Alpheus*) . . . Eleos et -it ille (*Eurotas*) Laconas. *in metaphora*: VVLG. I reg. 20, 3 uno . . . gradu ego morsque -imur. b *hominem ab homine, a re*: CATVLL. 64, 179 gurgite lato discernens ponti . . . -it aequor (*sc. me a montibus Idaeis*). VERG. Aen. 12, 45 *parentem* patria Ardea longe -it *abs te*. PROP. 1, 12, 3 tam multa illa meo -sa est milia lecto, quantum Hypanis . . . dissidet Eridano. 1, 12, 10 an quae . . . -it herba *me abs te*? OV. Pont. 1, 5, 73 -imur caelo *a Roma*. 1, 9, 48 a . . . tuis toto -or orbe rogis (LVCAN. 8, 391 toto -sus ut [in *P*, ab COMMENT.] orbe a terra moriare tua. *cf. l. 76*). VELL. 2, 110, 2 ⟨legiones⟩ . . . aequali -sae intervallo ab hoste. SEN. benef. 4, 19, 2 hunc . . . -sum . . . a contactu et a conspectu mortalium. STAT. Theb. 3, 108 *Maeon* multum -sus Averno. MART. 11, 23, 11 sic -sa recumbes, ut non tangantur pallia nostra tuis. TAC. hist. 1, 9 *legiones Britannicae* procul et Oceano -sae erant. ann. 6, 39 Tiberius non mari . . . -sus *ab urbe*. HIER. epist. 60, 19, 2 Nepotianus noster . . . per tanta terrarum spatia -sos (-sus *G D*) utraque complectitur manu. *in geographia*: CAES. Gall. 1, 1, 2 Gallos ab Aquitanis Garumna flumen . . . -it. 1, 33, 4. 7, 5, 4. SALL. Iug. 18, 9 *Libyes* freto -si ab Hispania (LIV. 29, 17, 12 fretum . . . quo ab Sicilia -imur). VERG. ecl. 1, 66 toto -sos orbe Britannos (*cf.* PHILARG.). HOR. carm. 2, 11, 3 Scythes . . . Hadria -sus obiecto. VAL. FL. 6, 221 *Rhyndaco* tot . . . montibus inter (*adv.*; *cf. Il. Α 156*) -so totidemque fretis.

C *de divisione, quae non actione fit, sed* **mente**, *cogitatione, ratiocinatione*:

1 *res inanimatas*: **a** *agros (v. vol. I p. 1284, 24), fundum sim. dimetiri (cf. p. 1597, 75. 1599, 19. opp. assignationi*: SIC. FLACC. grom. p. 118, 11 Th. p. 125, 9. -ere (et) assignare: FRONTIN. grom. p. 1, 3 Th. 1, 6. 15 *al.*): VARRO rust. 1, 2, 10 viginti virum qui fuit ad agros -endos Campanos (CORP. XIV 2264 [*aut post bellum Philippense, aut post Actiacum*]. FRONTIN. grom. p. 1, 15 Th. ager per strigas et per scamna -sus et assignatus est. p. 11, 13 decimanus . . . -bat agrum dextra et sinistra, cardo citra et ultra. p. 11, 16 cum . . . ager eo fine [*decumano*] in duas -atur partes. LABEO dig. 32, 30, 4 *fundum* finibus. 33, 2, 31 certis regionibus *al.* ISID. orig. 15, 13, 15 [= GROM. p. 369, 27 L.] *agros* in pertica -sos). CIC. div. 1, 31 cum . . . *Attus Navius* in quattuor partes vineam -isset (*auspicans*). LIV. 5, 55, 5 ut . . . forma urbis sit occupatae magis quam -sae similis. VITR. 1, 4, 12 *Hostilius* areas -sit. 1, 7, 1 -sis angiportis et plateis constitutis. SVET. Aug. 30, 1 spatium urbis in regiones vicosque -sit. **b** *orbem, terras (cf. p. 1600, 22 sqq.)*: VARRO rust. 1, 2, 3 cum orbis terrae -sus sit in duas partes ab Eratosthene (FRONTIN. grom. p. 11, 1 Th. aruspices orbem terrarum in duas partes -erunt. p. 28, 2 altera linea ad septentrionem a meridiano -erunt terram. APVL. mund. 4 plerosque . . . auctores terrarum orbem ita -isse, partem eius insulas esse, partem vero continentem vocare [-i *vulg.*]. HYG. astr. 1, 8 p. 27, 11 quaecumque regio est, quae inter arcticum et aestivum finem collocata est, ea -itur trifariam [trifarie *pars codd.*; *cf.* 2, 19 p. 59, 22 orbem terrarum superiores trifariam -erunt]). PLIN. nat. 4, 51 Graeci . . . Ionium -unt in Siculum et Creticum. 6, 196 quidam longitudinem *Aethiopiae* ita -erunt. *absol.*: PLIN. nat. 5, 67 qui subtilius -unt. **c** *in geometria*: CIC. fat. 15 in sphaera maximi orbes medii inter se -untur (16). VITR. 1, 6, 13 reliquae partes dextra tres ac sinistra tres -endae sunt aequaliter (*cf.* 1, 6, 7). 3, 3, 7 frons loci . . . -atur in partes *tot*. 3, 3, 10 altitudo -atur in *tot partes*. 3, 5, 6 qui locus -it *tot* et *tot partes*. 9 pr. 5 uti -antur duo trigona. 9, 7, 3 ut aequa duo hemicyclia sint -sa. 9, 7, 7. 10, 6, 1 in capitibus *tigni* circino -entur circumitiones eorum tetrantibus et octantibus in partes octo. 10, 11, 4 -atur medium lineae descripta⟨e⟩ (*al.* -atur medium *scutulae* linea[e] descripta), et cum -sum erit *eqs.* SEN. nat. 1, 9, 10 coronam si -seris, arcus erit. HIER. epist. 64, 13 pilleolum, quale . . . conspicimus, quasi sphaera media sit -sa. BOETH. mus. 1, 6 p. 193, 17 linea . . . quae continua est, in infinita semper partitione -itur. PS. BOETH. geom. p. 375, 10 quae *linea* in duas partes aequas circulum -it. p. 381, 15 si duae rectae lineae sese -ant. p. 385, 22 si recta linea per aequalia -atur (*sic passim*; *syn.* seco). *absol.*: QVINT. inst. 1, 10, 49 de ratione -endi, de sectione in infinitum. **d** *in astronomia sim*: VARRO ling. 9, 24 caelum (in caelo *codd.*) ut ab aequinoctiali circulo ad solstitialem et hinc ad septemtrionalem -sum, sic contra [a] paribus partibus idem a bruma versum contraria parte (CIC. div. 2, 42 caelum in sedecim partes -erunt Etrusci [*cf.* PLIN. nat. 2, 143]. 2, 92 qui *orbes* caelum quasi medium -unt. MANIL. 1, 608 *coluri signantes* caelum . . . per astra *zodiaci* quattuor in partes -sum mensibus aequis. SEN. nat. 5, 16, 3 quidam . . . quattuor . . . caeli partes in ternas -unt. 5, 17, 2 caelum . . . -itur in circulos quinque). CIC. Arat. 268 hunc octo in partes -sum noscere circum (HYG. astr. 1 praef. p. 20, 14 *ibid.* p. 20, 1 ut non aequis partibus -rentur *circuli sphaerae*. *sim. passim*). MANIL. 1, 640 *orbem* medium . . . secantem caelum et -so signantem culmine mundum. 2, 298 -sum ⟨ut⟩ signis mundum putet esse quaternis. 2, 674 in partes -si[t] quattuor orbis (GERM. 526 frg. 5, 6). 3, 322 bene -so (*i. dimidiato*) . . . orbe. 3, 405 has inter *partes* quasque accipiet Nemeaeus in horas, quod discrimen erit, per tres id -e partes. GERM. 572 orbis perfecti -sus . . . arcus. FIRM. math. 2, 6, 2 hac sunt arietis partes ratione -sae (*sic passim*).

2 *homines inter se, multitudinem hominum in partes sim.*: VARRO frg. Prob. Verg. ecl. 6, 31 in tres partes -sa copia, in populos duodecim. CIC. rep. 2, 39 reliquum populum distribuit in quinque classes senioresque a iunioribus -sit. LIV. 1, 13, 6 cum populum in curias triginta -ret (PAVL. FEST. p. 54 populus Romanus per centenas turmas -sus erat. FLOR. epit. 1, 1, 15 iuventus -sa per tribus. AMPEL. 49, 1 populus in tres tribus -batur. 49, 2 *Servius populum* in tribus, classes, centurias -sit). 9, 46, 11 humilibus per omnes tribus -sis. VAL. MAX. 1, 1, 17 nomen . . . Potitium in XII familias -sum. PLIN. nat. 3, 28 Asturum . . . populi -si in Augustanos et Transmontanos. QVINT. decl. 365 p. 398, 9 turbam . . . quae universa noceret, -endo extinguis. p. 398, 11 vis ego illos iungam, qui se ipsi -unt. S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278) 31 a HS $\overline{LX}$ ad $\overline{C}$ usque trifariam coetus gladiator(um) -sus sit. POMP. gramm. V 158, 10 hominem numquid potes -ere? e contrario plebem -is; possum ergo dicere 'stultissimus est plebis' (*cf. p. 1612, 39*).

II ***de divisione rerum incorporalium***: A *de divisione, quae fit* ***actione*** *separandi*: 1 ***tempus*** (*aliter p. 1606, 12*): **a** *tempus in partes*: VARRO ling. 6, 3 *tempus* -sum in partes aliquot, maxime ab solis et lunae cursu (MANIL. 3, 511 *tempora* -sa . . . proprios ducuntur in annos et menses *eqs.*). rust. 2, 4, 14 natura -sus *scrofarum* annus bifariam, quod bis parit in anno (OV. met. 5, 565 Iuppiter ex aequo volventem -it annum. PLIN. nat. 2, 44 in duodecim mensium spatia oportere -i annum). rust. 3, 2, 15 diem meridie -ere (SEN. Tro. 197 *Achillis umbra* alta nocte -sit diem [*fort. praestat* diem *intellegere* '*lucem diurnam*' *et locum referre ad I A 1 b α, cf. Hoffa, Herm. 49 (1914) 472*]. PORPH. Hor. carm. 2, 7, 7 'fregi . . . diem' videtur pro ⟨eo⟩ quod est '-si' dixisse). GERM. 78 luna . . . mensem . . . pleno -it orbe. SIL. 7, 155 mediam ⟨in⟩somni cum bucina noctem -ret. **b** *tempora inter se (tempus a tempore, inter tempora)*: GERM. 498 *Phoebus* -it aequali

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

spatio noctemque diemque (ITALA gen. 1, 14 [Ps. Cypr. pasch. 5 *al.*] *ut sol et luna* -ant inter diem et noctem [διαχωρίζειν ἀνὰ μέσον τῆς ἡμέρας καὶ ἀνὰ μέσον τῆς νυκτός, VVLG. diem ac noctem. AVG. loc. hept. 1, 1 p. 507 inter medium diei et inter medium noctis]). VELL. 1, 16, 3 una neque multorum annorum spatio -sa aetas ... illustravit tragoediam. SEN. dial. 6, 18, 2 solem cursu ... annuo aestates hiemesque aequalius[que] -entem. LVCAN. 2, 689 ne bucina -at horas (PLIN. nat. 7, 215 Scipio Nasica ... primus aqua -sit horas aeque noctium ac dierum. SCHOL. Stat. Theb. 5, 86 ut senae horae eo tempore -rentur a sole [*i. dies in duas partes senum horarum*]). LVCAN. 10, 201 sol tempora -it aevi (PRVD. cath. 5, 2 dux bone luminis, qui certis vicibus tempora -is). FRONTIN. strat. 1, 5, 17 bucinatore, qui vigilias ... -ret. TAC. Agr. 9 tempora curarum remissionumque -sa (*cf.* CIC. Mur. 74). **c** *tempus inter personas, cum personis*: LVCR. 1, 1066 *illos* alternis nobiscum tempora caeli -ere. LIV. 22, 27, 9 nec se tempora a[p]ut dies imperii cum eo, exercitum -urum. SEN. benef. 3, 16, 3 nisi singulis *adultera* -sit horas. epist. 24, 20 hunc ipsum, quem agimus, diem cum morte -imus. 65, 1 hesternum diem -si cum mala valetudine. 117, 32 vitam nobiscum -it somnus. PLIN. epist. 4, 9, 9 ita -erat tempora reus inter me et eum, qui *eqs.* *adde*: FIRM. math. 3, 4, 19 cum *Mars* ... -sa sibi temporum spatia possederit. 5, 3, 27 dominus temporum ... sibi ceterisque stellis -ens tempora. **d** *tempus inter actiones*: VARRO rust. 2 pr. 1 annum ita -erunt, ut nonis ... diebus ... usurparent, reliquis ... ut ... colerent. SEN. dial. 8, 2, 2 annis inter officia -sis. 9, 17, 7 quidam nullum non diem inter otium et curas -bant. benef. 7, 31, 3 nat. 7, 25, 4. epist. 47, 7 *minister* tota nocte pervigilat, quam inter ebrietatem domini ac libidinem -it. 83, 3 hodiernus dies solidus est; nemo ex illo quicquam mihi eripuit; totus inter stratum lectionemque -sus est. PANEG. 11 (3), 4, 7 ita illi[s] anni spatia -sa sunt, ut aut barbaros domitet aut civibus iura restituat. AMM. 16, 5, 4 ut noctes ad officia -ret tripertita, quietis et publicae rei et Musarum. *nota: homines -ere i. aetates hominum*: AVSON. 390, 16 nec tantum nostris spatium interponitur annis, quanta solent alios *patres et natos* tempora -ere.

2 ***animum, mentem*** *sim.*: **a** *singulorum hominum intentionem, curam sim.*: SIL. 5, 102 -sus quisque timore (-i *codd.*) nunc superos ... nunc deinde precari Flaminium. STAT. Theb. 5, 293 multa metu reputans et vix confisa Lyaeo -or ipsa gradu nitente, sed anxia retro pectora. QVINT. inst. 1, 1, 34 *legenti* -enda intentio animi, ut aliud voce, aliud oculis agatur. AMBR. Abr. 2, 8, 60 mentem. HIER. in Ezech. 10 pr. sensum lectoris. VVLG. I Cor. 7, 33 qui ... cum uxore est, sollicitus est ... et -sus est (μεμέρισται. HIER. adv. Iovin. 1, 13 p. 230^{C} -sus est, in multas scilicet sollicitudinum partes miseriarumque distractus). CLAVD. 21, 300 -is ingentes curas teque omnibus unum obicis (*aliter* VICTORIN. Macc. 272 anxia secum -it et curas, et spes et sic timor una luctantur [HIL. Macc. 277 ducit heu curas]). *exprimitur, quo intendatur animus*: CATVLL. 62, 15 nos alio mentes, alio -simus aures (STAT. Ach. 1, 200 Thetis ... huc illuc -sā mente volutat). VERG. Aen. 4, 285 (= 8, 20) animum nunc huc celerem, nunc -it illuc. VITA Cypr. 19 inter gaudium ... et dolorem ... in partes -sus animus (FIRM. math. 6, 34, 6 ut ... animus per diversa genera sollicitudinum -atur). AMM. 23, 1, 2 diligentiam ... ubique -ens (diffidens *trad.*). PRVD. ham. 776 -it huc illuc rapiens sua quemque libido. GREG. M. in euang. 14, 3 malignus spiritus ... alium per iracundiam -it. *adde*: HIL. Macc. 191 tristia vulnera (*i. dolorem*) matris per partus -sa suos. **b** *plurium hominum curas, studia, iudicia, hominem ab homine, a re* (adversus *hominem p. 1604, 3*; inter *homines p. 1604, 19*): *α act.: homines inter se*: CIC. rep. 1, 31 mors Ti. Gracchi ... -sit populum unum in duas partes. HOR. epist. 1, 14, 31 quid nostrum concentum -at, audi. VAL. MAX. 9, 3, 4 *irae vis* unius civitatis et aetates et affectus -ere valuit. PLIN. nat. 33, 31 -sus ... ordo *equester* erat superba usurpatione nominum. SIL. 7, 739 castra virosque -ere. TERT. adv. Val. 11 p. 190, 2 -endae doctrinae Valentini. OPTAT. 7, 5 p. 178, 1 dum impie membra ecclesiae -erunt. *ibid.* l. 2 -endo ecclesiam. CLAVD. 18, 281 geminam quid -is aulam? *hominem a re*: CASSIOD. Didym. in Iacob. p. 1754^{C} sermo ... et doctrina *Iesu homines* ... -it et abiungit a terrenis atque materialibus rebus. GREG. M. moral. 14, 56 *scribae et legis doctores* multos ab eius fide -erunt. *β pass. et refl.*: CAES. Gall. 6, 11, 5 omnes civitates in partes -sae sunt duas. 7, 32, 5 -sum *esse* senatum, -sum populum ⟨in ϛ⟩ suas (divisas *P. Meyer*) cuiusque eorum clientelas. civ. 1, 35, 3 SEN. contr. exc. 3, 8. SEN. epist. 26, 6 *existimatio hominum* dubia semper est et in partem utramque -itur. TAC. ann. 2, 43 -sa et discors aula erat tacitis in Drusum aut Germanicum studiis. PLIN. epist. 4, 9, 19 sunt ... ut in senatu ita in civitate in duas partes hominum iudicia -sa. SVET. Nero 58, 3 -si in factiones. TERT. adv. Val. 4 p. 181, 20 plerosque -i ⟨de⟩ quibusdam articulis. AVSON. 440, 3 in partes deorum studia -untur. COD. Iust. 5, 11, 7, 1 (*a. 531*) in tali dubitatione multa pars legislatorum sese -sit.

nota has iuncturas praepositionales ab ECCL. *praecipue usurpatas*: -i, se -ere **ab**: VAL. MAX. 8, 9, 1 a capite *reipublicae* ... cetera parte corporis ... seditione -sa. Ps. TERT. haer. 1 p. 213, 10 *Pharisaei* a Iudaeis -si sunt. AMBR. exc. Sat. 1, 47 Lucifer ... se a nostra ... communione -erat. AVG. in psalm. 106, 14 p. 1428 qui se -unt ab unitate (civ. 10, 8 p. 414, 20 D. sese ab ... societate -entes). GREG. M. moral. 3, 48 haeretici a semetipsis ... altercatione -untur. -ere, -sum esse, -i **adversus, contra, in**: ITALA Matth. 10, 35 (cod. k Tert. scorp. 10) veni ... -ere hominem adversus patrem suum (διχάσαι, VVLG. separare). VVLG. iud. 5, 15 *et* 16 -so contra se Ruben. Matth. 12, 25 regnum -sum contra se (βασιλεία μερισθεῖσα καθ᾽ ἑαυτῆς. Marc. 3, 24 in se. Luc. 11, 27 in se ipsum). Matth. 12, 26 *satanas* adversus se (ἐφ᾽ ἑαυτόν) -sus est. Luc. 12, 52 tres in duos et duo in tres -entur. AVG. conf. 5, 10 adversum me impietas mea me -erat. serm. 71, 2 p. 447 spiritus Iunonis et spiritus Herculis -si sunt adversum se. c. Petil. 3, 3, 4 ne quis pro altero inflatus adversus alterum -atur. c. Cresc. 4, 51, 61 quo sacrilegio contra unitatem pacemque Christi ⟨di⟩videremini. civ. 14, 16 p. 39, 6 D. *libido* adversus se ipsa -itur. 15, 4 p. 63, 3 civitas ... adversus se ipsam ... -itur. ISID. sent. 1, 11, 9 ut qui noluit cum deo esse unitus, esset in semetipso -sus. *sim.*: **ad**: ASSVMPT. Moys. 5, 2 ipsi -entur ad veritatem (*cf.* 5, 4 non ... sequentur veritatem *et supra p. 831, 41*). **super**: ITALA Luc. 12, 52 (Hil. in Matth. 10, 22 p. 975^{B}. *cf.* p. 975^{C}. 10, 23 p. 976^{A}) tres in duos et duo super (per *al.*) tres -entur (VVLG. *v. supra l. 8*). -ere, -sum esse **inter**: VVLG. Is. 59, 2 iniquitates vestrae -erunt inter vos et deum vestrum. AVG. c. Parm. 2, 6, 11 inter tam multos parentes et filios, maritos et uxores ... nefario schismate -erunt. inter se: HIER. epist. 42, 1, 3 regnum *satanae* inter se non esse -sum.

absol.: -sum esse *i. -sum esse contra se*: HIL. in Matth. 12, 15 *ter.* -i (*sc. ab aliquo*): AVG. c. Petil. 3, 51, 63 ut haereant *Christo* et non ad nomen Pauli -antur *sc. a Christo*.

3 ***alias res incorporales*** (***actionem,*** *statum sim.*; *homines, res corporales i. actiones, quae ad ea pertinent, l. 39. 75 sqq. p. 1605, 66. 80. 1606, 5*): **a** -ere *rem in partes, rem a re*: CAES. civ. 3, 17, 3 sic belli rationem esse -sam, ut *eqs.* (QVINT. inst. 3, 6, 55 a quibus ... -sa ratio est, ut *eqs. cf.* 1, 10, 22 *p. 1606, 75.* 11, 1, 15 *p. 1607, 25.* decl. 339 p. 340, 16 *p. 1609, 59*). BELL. Alex. 63, 3 neque habet *Lepidus* a Marcello quicquam -si (*cf.* LIV. 27, 22, 9 in Sicilia ita -sa res est). PETRON. 114, 9 amplexus amantium iratum -et mare (HOMER. 325 ensis oscula). MART. 4, 82, 8 -sum sic breve fiet opus. QVINT. inst. 2, 1, 13 non crescet, sed -etur, qui sub uno praeceptore miscebatur, labor. FRONTIN. aq. 9 ita -sa erogatione. TAC. ann. 3, 15 *Plancina* segregari a marito, -ere defensionem *suam a mariti defensione* coepit. 12, 54 ita -sis (*sc. vel procuratoribus vel provincialibus*), ut huic Galilaeorum natio, Felici Samaritae parerent. SVET. Iul. 39, 3 pugna -sa in duas acies. PAPIN. dig. 45, 2, 11 pr. reus ... actionem suam -ere si velit (*ibid.* -sis actionibus. 46, 6, 12 *bis.* PAVL. dig. 15, 1, 47, 3). GELL. 3, 2, 3 ita videtur *Varro* dierum observationem -isse, ut *eqs.* TERT. anim. 51 -etur ... et mors, si et anima. pudic. 14 -sam apostoli severitatem in quendam inflatum et in quendam incestum. AMM. 15, 11, 6 potestate in partes -sa quattuor. 22, 7, 8 quae (*civilia et castrensia*) cum ita -ret. TRACT. de trin. fid. p. 195, 28 nisi unum deum in ipsa -sorum operum societate videamus. **b** *in diversa loca*: CIC. div. in Caec. 38 *v. l. 64.* Manil. 31 hoc tantum bellum ... tam late -sum atque dispersum (CYPR. ad Donat. 6 bella ubique -sa). HOR. sat. 2, 8, 78 in lecto quōque ... stridere secretā -sos aure susurros. FIRM. math. 3, 13, 4 actus suos per multa -unt loca. 5, 1, 8 in duabus civitatibus aut potentia eius aut patrimonium -etur. AVSON. 470, 7 -sa per urbes quattuor antiquas stirpis origo meae. COD. Iust. 5, 59, 5 pr. (*a. 531*) ubi non -sa est administratio vel pro regionibus vel pro substantiae partibus. ANTH. 402, 5 -sa ruina est *in terras*; uno non potuit tanta iacere solo. *in metaphoris*: SEN. Thy. 101 hunc hunc furorem -e in totam domum. FIRM. err. 28, 10 per omnem substantiam generis tui secunda poena -itur. **c** *in diversa tempora*: TER. Andr. 476 non sat commode -sa sunt temporibus tibi ... haec (DON. digesta et composita et distributa. EVGRAPH. non bene ... haec ... temporibus tradidisti. *nescio an huc pertineat* GLOSS. V 532, 66 -sa disposita). CIC. div. in Caec. 38 quae C. Verres ... peccarit, ea, quemadmodum locis temporibusque -sa sint, sic criminibus et oratione distinguere. HOR. sat. 1, 5, 5 hoc iter ... -simus, altius ac nos praecinctis unum. CELS. 2, 10, 12 ista medicina (*sc. sanguinis missio*) ... in biduum -enda est. 3, 12, 2 -enda curatio est et ante horror, tum febris discutienda. 5, 27, 13^{A} -i ... curatio potest in ea, quae *eqs.*, deinde in ea, quae *eqs.* SEN. dial. 9, 11, 9 nec magnis ista intervallis -sa, sed *eqs.* PLIN. nat. 18, 291. SVET. Claud. 23, 1 rerum actum -sum antea in hibernos aestivosque menses coniunxit. Ps. QVINT. decl. 19, 3. PAVL. dig. 10, 3, 19, 4 possunt iura ... separata a fundo esse et nec mensura aut temporibus -sa. PAPIN. dig. 26, 7, 37, 1. AVG. gen. ad litt. 1, 14 p. 21, 17 quod deus faciendi temporibus non -sit. *nota: homines temporibus -untur i. actiones, quae ad homines pertinent*: SEN. apocol. 3, 4 hos ... tres uno anno exiguis intervallis temporum -sos mori. *rem per tempora i. actiones, quae ad rem vel rei partes pertinent*: CATO agr. 70, 2 *potionem* ita -ito: cum ter unicuique *bovi* dederis, omnem absumas (COLVM. 6, 5, 3 medicamentum ... -sum portione aequa per triduum). SPART. Did. 3, 9 ut per triduum porcellum, per triduum leporem -ret. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 118 facilius accepta digeruntur duorum temporum oblatione -sa. **d** *cum homine, inter homines* (*res*): PLAVT. Mil. 866 meam partem, infortunium si -etur,

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... accipito (QVINT. decl. 337 p. 327, 26 afferant aliquid fortasse solatii mala -sa. PS. SEN. mon. 79 si felicitatem tuam paucis iactaveris, multis -seris). CIC. Tusc. 1, 40 ut *elementa* quasi partita habeant inter se ac -sa momenta (LVCR. 3, 271 vis, initum motus ab se quae -it ollis. *cf.* 3, 245). nat. deor. 3, 93 a dis ... hominibus dispertiri ac -i somnia. LIV. 25, 32, 7 bellum ... inter se -erunt. MANIL. 2, 476 *deus* affectus ... -sit variantibus astris. SEN. contr. 7, 1, 23 noverca inter privignos -sit odium. VAL. MAX. 9, 3, 1 ira ... et virtus sermonem eius inter se -erunt. SEN. Thy. 1023 fruere, osculare, -e amplexus tribus. dial. 4, 35, 5 quales ad ... discordiam ... in populos -endam ... de⟨ae tae⟩terrimae inferum exeunt. 12, 12, 2 est ... solacii loco inter multos dolorem suum -ere (*aliter* VVLG. Iob 21, 17 *deus* dolores -et furoris sui; *cf.* GREG. M. moral. 15, 55 quia hic ... et illic *deus* percutit, furoris sui super impium dolores -it). benef. 1, 3, 9 quia late patentis patrimonii sit beneficia -ere (4, 11, 4. PANEG. 3 (11), 7, 3 -ere inter vos dii immortales sua beneficia non possunt; quidquid alterutri praestatur, amborum est). benef. 2, 28, 2 in multos -enda liberalitas erat. epist. 97, 3 *Clodius* adulterii reus adulteria -sit *cum iudicibus*. PERS. 5, 49 nata fidelibus hora -it in Geminos concordia fata duorum (SCHOL. in signum Geminorum fata nostra -it, id est -endo coniungit). SIL. 5, 115 -so vicisse triumpho (DRAC. satisf. 200 gloria ... ducibus populisque triumphos ... -it). QVINT. inst. 5, 2, 1 *partes centumviralium causarum* in duas hastas -sae sunt. decl. 292 p. 162, 16 cum ab Atheniensibus publice -rentur hospitia. 388 p. 436, 1 -sis inter patrem et filium pietatis officiis. IVLIAN. dig. 45, 1, 54 pr. inter dominos et inter heredes ita -i stipulationem, ut partes corporum cuique debebuntur. PAPIN. dig. 26, 7, 36 inter tutores -sa tutela est. 27, 3, 18 actionem inter pupillum et creditores patris esse -endam (27, 7, 7. 46, 1, 51. 52. VLP. dig. 27, 3, 1, 11 *passim*). 49, 14, 39, 1 eum qui periculum communis condemnationis -i postulavit (COD. Iust. 4, 18, 3 [*a. 531*] de periculo -endo inter mandatores et fideiussores). LAMPR. Alex. 37, 7 *venationem* cum amicis -bat. PANEG. 11 (3), 8, 4 principem ... non per ... agros frumenta spargentem, sed Romanis oppidis bonas spes libertatem divitias -entem. PRISCILL. tract. 10 p. 98, 19 *novum testamentum* gratiae opus -ens (MAXIMIN. c. Ambr. 136 -ens gratias. *cf. p. 1631, 71*). CLAVD. 15, 20 *Roma* iura Britannis -it (ENNOD. carm. 1, 6, 2 *prophetae* ecclesiastica per populos iura -erunt). *speciatim: imperium, potestatem, potentiam*: SEN. benef. 5, 16, 4 *Pompeius* ita cum tertio (socero *Skutsch*) rempublicam -it, ut tamen in sua domo duae partes essent. CVRT. 10, 10, 1 imperium ita -i placuit (TAC. ann. 3, 38 -so imperio in Rhoemetalcen et liberos Cotyis). STAT. silv. 5, 1, 94 fidos dominus si -at enses. TAC. hist. 1, 13 potentia principatus -sa *erat* in T. Vinium ... C. Laconem. IVST. 3, 3, 1 *Lycurgus* administrationem reipublicae per ordines -sit (*adde*: LVCR. 4, 490 seorsum cuique *membrō* potestas -sast, sua vis cuiquest *et* MANIL. 2, 451 ingenio -sa potentia. *cf. p. 1598, 9*). *negotium, munus, officium*: VARRO rust. 3, 1, 7 quae (*sc. negotia serendi et pascendi*), postea⟨quam⟩ creverunt peculia (*Iucundus*, pecunia *codd.*), -erunt (SALL. Catil. 43, 2 *negotia* -sa hoc modo dicebantur). LIV. 8, 25, 9 inter se ... partes ad rem agendam -sere (25, 30, 6 partibus -endis. 37, 21, 8 -sis inter se partibus [ISID. orig. 1, 22, 1]. 37, 29, 5 partibus -sis [39, 23, 8. 44, 11, 4 SVET. Iul. 80, 4 Claud. 37, 2]). 40, 51, 2 opera ex pecunia attributa -saque inter se haec fecerunt (COLVM. 1, 9, 8 -endum ... ita opus *inter servos*. AMM. 24, 4, 12 -sis operibus. HIER. epist. 53, 8, 19 per singulas familias murorum et turrium opera -sa). SEN. benef. 7, 22, 1 quemadmodum inter vos officia -sa sint (PLIN. nat. 11, 21. VLP. dig. 14, 1, 1, 13 magistri non -sis officiis). CVRT. 7, 6, 26 ut suum quisque munus — nam -sum erat — primus ostenderet (TAC. hist. 3, 20 -sa *esse* inter exercitum ducesque munia. 5, 13 -untur legionibus munia). QVINT. inst. 1 pr. 4 quando -sae professionum vices essent. TAC. hist. 4, 59 -sae ... inter Tutorem et Classicum curae (*cf. p. 1603, 44*). VAL. CEM. hom. 2, 5 -so itineris labore *cum altero*. *pendet enuntiat. interrog. obliq.*: LIV. 38, 16, 11 in tres partes, qua cuique populorum suorum vectigalis Asia esset, -erunt. QVINT. decl. 323 p. 271, 15 -sum partitumque responso est, quid Alexander facere deberet, quid nos. VVLG. num. 4, 19 -ent, quid portare quis debeat. **e** *nota has structuras*: *α rem* (*hominem*) -ere *i. actionem -ere, quae ad rem (hominem) pertinet; actio significatur vel gerundivo (constructio* LIVII *propria) vel alio modo vel subauditur*: LIV. 1, 35, 10 ab eodem rege et circa forum privatis aedificanda -sa sunt loca (2, 47, 12 saucios milites curandos -it patribus. 22, 54, 2. 23, 34, 9. 24, 20, 16. 40, 18, 8 CAPITOL. Gord. 10, 2). 25, 30, 5 opportuna *loca oppugnanda* -enda praefectis esse (STAT. Theb. 10, 554 -sere aditus *oppugnandos inter se*). 42, 37, 1 inter se regiones, quas obirent, ... -erunt (VVLG. III reg. 18, 6 -erunt ... sibi regiones, ut circuirent eas). 44, 35, 15 iussi duces itineris ita -sere viam. SEN. dial. 5, 19, 2 *Caligula* tres senatores ... inter verbera et flammas -sit. LVCAN. 2, 35 *matres* -sere deos *obsecrandos inter se*. QVINT. inst. 10, 5, 22 *magister* vel longiore ... dierum spatio laxabit dicendi necessitatem *singulis discipulis* vel materias *tractandas inter se* -ere permittet. *β hominem -ere in actiones, inter homines i. actionem hominis*: CELS. 7 pr. 5 ubi se *homines* -erunt, eum laudo, qui quam plurimum percepit. SEN. Tro. 960 lassabar in tot oscula et tantum (totum *codd.*) gregem -ere matrem. benef. 1, 14, 4 meretrix ita inter multos se -it, ut nemo non aliquod signum familiaris animi ferat. STAT. Theb. 2, 588 *Tydeus* partes pariter -sus (diffusus *al.*) in omnes. PANEG. 9 (12), 3, 2 -sis copiis inter custodiam pacis et belli. DRAC. laud. dei 1, 551 agricolam ... non -erat *deus* (*i. eius negotia non diversis distribuerat*). *adde*: SEN. nat. 7, 24, 2 ut *mundus* in multa itinera -sus [h]ince⟨da⟩t (*loc. dub.*). *γ homines -ere i. diversis modis tractare*: VICTORIN. Macc. 215 perage imperium nec partus -e nostros. VVLG. exod. 11, 7 quanto miraculo -at dominus Aegyptios et Israel (*cf.* 8, 23 *infra p. 1628, 58*). AVIAN. fab. 35, 2 *quod simia* -at in varias pignora nata vices.

B *de divisione, quae non actione fit, sed* ***mente, cogitatione*** *ratiocinatione*: **1** ***arte mathematica, computatione*** *sim. quantitatem, numerum sim.*: **a** *tempus* (*aliter p. 1602, 72*): VARRO rust. 1, 27, 1 *solis* cursus annalis ... ternis mensibus ad fructus est -sus in IV partes et idem subtilius sesquimensibus in VIII. *ibid.* -itur in ver et aestatem et autumnum et hiemem. 1, 28, 2 in partes VIII ...: a ... ad *eqs.* MANIL. 3, 409 -sis horis. TAC. dial. 17 ne -atis saeculum et antiquos ac veteres vocitetis oratores, quos *eqs.* FLOR. epit. 2, 19, 2 siquis hanc tertiam ... aetatem ... -at (*in duas partes*). **b** *tonos*: VITR. 5, 4, 4 intervalla (-valla *ed.*, -vallo *codd.*) tonorum ... -sit natura (*cf. etiam p. 1611, 3*). **c** *pondus*: CELS. 5, 17, 1[c] unius ... denarii pondus -i a me in sex partes, id est sextantes (sextantes *Caesarius*, uncias *codd.*). MAECIAN. distrib. 15 ex his apparet, in quas partes aequaliter, in quas dispares as -atur. 39 has quoque partes in quantumlibet -ere possis. LIB. de asse 1 pauciores *unitates* inter aequales aequaliter -i non possunt, nisi in minutias ... secentur. **d** *numerum: in aequales partes* (*opp.* multiplicare): SERV. auct. ecl. 8, 75 impar numerus immortalis, quia -i integer non potest; par numerus mortalis, quia -i potest (*cf. p. 1594, 24*). FAV. EVL. p. 4, 8 -sus hic numerus (*dyas*), quia prior -i potest, aequali sectione discedit. p. 6, 8 nec -itur *numerus quinque* sicut omnis impar aequaliter. AVG. serm. 252, 8 p. 1176 centum quinquaginta in tria -e (*ibid.* in tres partes ... totum illum numerum). MART. CAP. 7, 744 *primi numeri* a nullo numero -i possunt, nisi a monade tantum non -i, sed componi videntur. *ibid.* nullus ... eos numerus -ere uno ordine potest. 7, 749 per pares. 7, 753 *sex* et in singula -i possunt et in bina et in terna. BOETH. arithm. 1, 3 in aequalia (1, 5). *passim*. *in partes inaequales*: MART. CAP. 7, 780 si numerus in duos inter se incompositos -sus est. *ibid.* -antur novem in quattuor et quinque. AVG. gen. ad litt. 4, 2 p. 94, 20 BOETH. arithm. 1, 5 p. 14, 29. *singulariter*: AVSON. 336, 55 ut tres, sic quinque et septem quoque -it unus (*i. congregis medius est*).

2 ***ratiocinatione***, *arte logica notiones* (*a—f*) -ere (*cf.* divisio *p. 1629, 52 sqq.*). *laxiore nexu adiunctum est caput g: rerum species, res -ere i. in dissimilitudinem diducere*:

a *rem in partes, genus in species sim.*: VARRO ling. 8, 44 qua *divisione* -itur oratio secundum naturam in quattuor partes (10, 17 verba declinata ... -untur in partes quattuor). 9, 74 consuetudo *est* ... res in binas -i partes: ut maius et minus, ut lectus et lectulus. 10, 52 hoc tertium *genus* potest bifariam -sum tertium et quartum dici. rust. 1, 5, 4 singulae *partes* minimum in binas -untur species (3, 3, 3). RHET. Her. 3, 13, 23 *mollitudinem vocis* -imus in sermonem, contentionem, amplificationem. CIC. inv. 1, 8 qui oratoris materiam in causam et in quaestionem -at (de orat. 2, 78). orat. 115 quomodo quidque eorum, *quae ambigue dicuntur*, -i explanarique oporteat (part. 139 partiri ... et definire et ambigui partitiones -ere. *cf.* Brut. 152 ambigua ... distinguere [orat. 16 *al.*]. phil. frg. V 99 explicare [*ibid.* -ere *coni. Usener*, *Gött. Gel. Anz. 1892, 379*]. SEN. epist. 89, 11 secernere. 90, 29 discernere. *al.* QVINT. inst. 12, 2, 10 aperire. BOETH. divis. 878[A] ambiguitatis discretio. 890[B] *sqq.* in Porph. comm. sec. 1, 8 p. 154, 15 *sqq.* *cf. Sext. Pyrrh. II 256 sqq.* ἀμφιβολίας διαστέλλειν). orat. 117 genus universum in species certas ... partietur et -et. part. 44. opt. gen. 3 oratorem genere non -o. top. 31 formae ... sunt eae, in quas genus sine ullius praetermissione -itur, ut si quis ius in legem, morem, aequitatem -at. fin. 4, 4 philosophiam tres in partes (SEN. epist. 89, 1 -i philosophiam et ... corpus eius in membra disponi. 89, 2 philosophiam in partes, non in frusta -am; -i enim illam, non concidi utile est [*cf. p. 1607, 74*]. 89, 14). fin. 4, 8 est definitioni adiunctum, ut res in partes -atur (*cf.* divisio *p. 1629, 55*). 4, 16 naturam hominis in animum et corpus. ac. 2, 122 rerum naturas persecare, aperire, -ere. off. 1, 18 in *quattuor locos* ... honesti naturam vimque -simus. SEN. benef. 5, 7, 6 innumerabilia sunt, in quibus consuetudo nos (*i. personam nostram*) -it: dicere solemus 'sine loquar mecum' et 'ego mihi aurem pervellam'. PLIN. nat. 35, 75 ut *Eupompus* -erit picturam. *ibid.* -so *genere* Helladico. QVINT. inst. 1, 10, 22 vocis rationem Aristoxenus ... -it in ῥυθμόν et μέλος. 5, 10, 33 *causarum* materiam ... in duo genera, sed quaternas utriusque -unt species. 7, 1, 62 id ipsum (*utrius iustius sit desiderium*) ... -itur. TERT. anim. 14 -i dissolvi est et dissolvi mori est (*v. p. 1594, 23 sq.*). -itur autem *anima* in partes, nunc in duas a Platone, nunc in tres a Zenone (*confundit divisionem, quae fit actu, et divisionem, quae fit ratione; discernit* BOETH. divis. 888[B]. *cf.* CHALC. comm. 223 -itur *anima* ... alio quodam genere, sic ut ex eadem divisione non magis partes eius ullae, quam virtutes et potentiae considerentur). FIRM. err. 8, 3 (*loquitur sol*:) vos *homines* me

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pro libidine vestra -itis, pro arbitrii vestri cupiditate laceratis. HIL. trin. 10, 65 Iesum scindimus, -imus, duplicamus (*sim. passim apud* ECCL.). *pass. de statu*: -i, -sum esse *i. constare ex partibus, quae mente dinoscuntur*: VARRO ling. 9, 30 cum ... animae hominum sint -sae in octonas partes. 10, 18 prima pars casualis -itur in partes duas. rust. 1, 28, 2. RHET. Her. 1, 14, 24 *concessio* -itur in purgationem et deprecationem (CIC. inv. 1, 15. *sim. passim, cf.* CIC. inv. 1, 52 *peroratio* est -sa in duas partes. RHET. Her. 3, 2, 3 utilitas in duas partes ... -itur, tutam, ⟨et *add. bl*⟩ honestam [*cf.* 3, 4, 8 *utilitas* -itur in rationem tutam atque honestam]). CIC. nat. deor. 3, 5 cum ... religio in sacra et in auspicia -sa sit. MESSALA ausp. frg. Gell. 13, 15, 4 patriciorum auspicia in duas sunt -sa potestates. CELS. 1 pr. 11 in duas partes ea ..., quae victu curat, medicina -sa est. SEN. epist. 89, 16 *corporalia et incorporalia* -untur in suos, ut ita dicam, gradus.

b *plures res inter se dinoscere*: LVCIL. 520 quis -et istuc? (*sc. mundum atque penum*). VARRO ling. 8, 11 si ... in tres -erimus partes res, quae verbis significantur. rust. 1, 17, 1 res (*quibus agri colantur*) alii -unt in duas partes, in homines, adminicula hominum, ... alii in tres partes. RHET. Her. 4, 35, 47 *figura distributionis* suum cuique tribuens officium separatim res -it plures. CIC. part. 6 quomodo ... duo genera ista -is? top. 59 causarum ... genera -si. Tusc. 5, 40 bona -it tripertito. VITR. 5, 5, 6 generatim -sis modulationibus. CELS. 3, 1, 1 *morbos* in duas species Graeci -erunt. SEN. benef. 1, 15, 6 quid ista inter se mixta -imus? QVINT. inst. 11, 1, 15 -enda ratio est eorum (*utilitatis et decoris*). 12, 10, 18. TAC. ann. 1, 12 non idcirco interrogatum ..., ut -ret (*sc. Gallus*), quae separari nequirent. CHAR. dig. 50, 4, 18, 28 haec ... munera, quae trifariam -simus, una significatione comprehenduntur. GELL. 7, 14, 3 qui vocabula ista curiosius -erunt. TERT. adv. Prax. 27 p. 280, 3 -ere *patrem et filium* (*opp.* unare). carn. 13 cum -it species, carnem et animam, duo ostendit. adv. Marc. 4, 1 p. 423, 4 duos deos -ens. TRACT. de fid. cath. p. 180, 1 sensus est verbum; quamquam vocabulo distare videantur, divelli tamen a se ac -i nequeunt. *pass. de statu*: -sum esse *i. inter se differre*: VERG. georg. 2, 116 -sae arboribus patriae *sunt*. SEN. epist. 120, 1 haec duo apud alios diversa sunt, apud nos tantum -sa. PETRON. 116, 6 *homines* in duas partes esse -sos. ITALA I Cor. 7, 33 (codd. d e *et* Hier. epist. 22, 21, 9; *cf.* AVG. virg. 22, 22 p. 257) -sa est mulier et virgo (mulier innupta AVG., *sc. ab ea, quae nupta est*; VVLG. *v. p. 1603, 41*). TERT. adv. Prax. 23 p. 272, 13 ut sic duos -sos *deos* diceremus. *ibid.* l. 14 tolerabilius erat duos -sos quam unum deum versipellem praedicare. BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 27, 16 naturā ... -sa sunt (*διῄρηται*) intellectus et sensus. GREG. M. moral. 9, 40 quamvis in mentis vita -si sint pius et impius.

c *rem a re discernere*: CIC. leg. 1, 44 legem bonam a mala ... naturae norma -ere. LVCR. 3, 881 neque ... *homo* se -it illinc (*i. a cadavere*) nec removet satis a proiecto corpore. SEN. dial. 2, 5, 1 iniuriam a contumelia. CVRT. 7, 1, 30 si a consciis amicos non -is, ne ab amicis quidem separabis illos, qui *eqs.* TAC. ann. 6, 8 *haec defensio* iustis terminis -atur *a defensione iniuriarum* (*opp.* indistincta ... et promiscua dabitur). GELL. 1, 2, 7 Epictetus ... seiunxit atque -sit a vero atque sincero stoico ... volgus aliud. 10, 20, 5 plebem ... Capito ... seorsum a populo -sit. CYPR. epist. 75, 12 a Christo spiritum -unt. MAXIMIN. c. Ambr. 86 Christum a patre -imus, quem numquam cum patre diximus unum. *nota*: BOETH. herm. pr. 1, 1 p. 43, 8 si substantiam ab accidente -ero atque disiunxero (*sc. negatione*). p. 43, 10 'non' ... hominem a cursu -sit atque disiunxit (*cf.* divisio *p. 1630, 39 sq.*). *pass.*: -i, -sum esse a *i. differre a, alienum esse a*: CIC. Flacc. 63 *civitas* tam procul a Graecorum ... regionibus disciplinis linguaque -sa. QVINT. inst. 8, 3, 11 numquam vera species ab utilitate -itur. TERT. adv. Hermog. 40 p. 170, 10 cum *expolita et distincta* a forma *materiae* ... ex mutatione -sa recesserunt. PRISCILL. tract. 6 p. 72, 14 *vetus testamentum* ratione -sum est *a novo*. HIL. trin. 10, 66 ut ... *Christus* non alius ac -sus a se esset, qui et pateretur et viveret.

d inter *res*: SEN. benef. 6, 13, 1 dummodo ... inter me seque -erit. SACR. Leon. p. 342 inter verum falsumque.

e *absolute* (*obiectum vel deest vel subauditur*): VARRO ling. 10, 5 potest -i (*i. divisio fieri*) in duas partes sic, quodcunque conferas, aut simile esse aut non esse *eqs.* CIC. de orat. 2, 252 ut ante -si. orat. 137 ut *orator* -at in partes (*de figura quadam, v.* divisio *p. 1629, 69*). fin. 1, 22 *Epicurus* tollit definitiones, nihil de -endo ac partiendo docet. 2, 20 ambobus debuit uti, sicut facit re neque tamen -it verbis. 2, 26 -sit ineleganter ... hoc est non -ere, sed frangere (*cf. Plato Menon 77 a. Phaedr. 265 e.* SEN. epist. 89, 2). *ibid.* in -endo partem in genere numerare. 2, 30 hic si definire, si -ere didicisset. ac. 2, 42 -unt ... in partes. off. 1, 10 cum praeterire aliquid maximum vitium in -endo sit. MART. CAP. 4, 339 *sqq.* (*opp.* partiri) *passim.*

ad a—e nota has structuras: partes exprimuntur enuntiatis secundariis aut acc. c. inf., compendi facto verbo dicendi (*quod extat velut* CIC. top. 72 SEN. epist. 58, 14 nat. 2, 48, 2): ut *consec.*: CIC. orat. 53 -simus, ut alii graves, alii tenues ... vellent videri. ac. 1, 24 ut *naturam* ... -rent in res duas, ut altera *eqs.* SEN. epist. 58, 14. 89, 12 QVINT. inst. 3, 11, 5 GELL. 13, 1, 2. *enuntiatum interrogativum*: CIC. Pis. 69 Graecus primo distinguere et -ere illa, quemadmodum dicerentur. SEN. nat. 2, 33 *fulminum* ars in haec tria -itur, quemadmodum *eqs.* QVINT. inst. 3, 6, 23. 8, 3, 40. GELL. 3, 14, 4 disserit ... ac -it subtilissime, quid ... intersit. *acc. c. inf.*: VARRO ling. 10, 5 *v. p. 1607, 68.* CIC. Tusc. 5, 93 ut Epicurus ... genera -erit ... partim esse *eqs.* nat. deor. 2, 82 ita -it *eqs.* Att. 16, 11, 4 PLIN. nat. 16, 64.

f *rei -sae partes vel res diversas referre in alterius rei partes vel alias res diversas; attribuere, constituere*: *pass. de statu: res* -itur, *plures res* -untur ad, in, per *i. rei partes vel plures res pertinent* ad *eqs.* *additur* reddens, tribuens: FIRM. math. 2, 13, 2. 4, 17, 4. *saepe vix dinosci potest a structura q. e.* '-o *rem in partes*': *α active*: in: RHET. Her. 1, 9, 16 *insinuationem* soli praeter ceteros in tria tempora -simus. 2, 5, 8 *argumentum* -itur in tempora tria: praeteritum, instans, consequens. CIC. inv. 1, 34 certa ... praecepta, quae in singula causarum genera -entur. ac. 1, 20 animi ... quae essent ..., ea ... ab iis in naturam et mores -bantur. MANIL. 4, 365 haec ratio ... in plures ... modos repetitaque romina caelum -it. 4, 697 orbis ... quem deus in partes et singula -it astra. SEN. dial. 4, 18, 1 ea (*praecepta*) in educationem et in sequentia tempora -entur. QVINT. inst. 3, 7, 15 in species virtutum -ere laudem. TERT. pudic 2 *delicta* -imus in duos exitus (*i. in duas partes exitibus diversas*). adv. Val. 27 p. 204, 8. PLIN. med. 2, 4 *praecordia*, quae aliqui in plura vocabula -unt. MART. CAP. 4, 346 si animal -ere voluerimus, possumus in sexus ... in aetates ... in habitaculorum diversitates ... in linguae sonum. COD. Iust. 1, 17, 1, 7 sanctionem omnem non -imus in alias et alias conditorum partes. per: TERT. adv. Val. 29 p. 204, 19 triformem naturam et tamen inunitam in Adam ... -unt per singulares generum proprietates. FIRM. math. 2, 4, 5 *quidam* novem munifices, quos singulis signis dicunt esse constitutos, per infinitas -unt numinum potestates. 6, 32, 23 summam ... per sequentia -es signa. SERV. ecl. 4, 4 quae (*sc. Sibylla*) Cumana fuit et saecula per metalla -sit. HIER. in Mich. 4 p. 1186^{B} in sex milibus ... annis si quingenti anni per horas diei singulas -antur. ad: TERT. resurr. 57 p. 117, 14 immortalitatem ... ad rescissionem mortis, incorruptelam ad obliterationem corruptelae -endo. cum: APVL. Plat. 2, 6 virtutes omnes cum animae partibus -it. *cf. p. 1598, 30.* inter: SEN. benef. 6, 27, 3 votum tu istud vocas, quod inter gratum et inimicum potest -i? *c. dat.*: TERT. nat. 2, 11 Romani ... -entes omnem statum hominis singulis potestatibus. anim. 18 sensum -unt, et intellectualibus quidem a spirituali suo semine, sensualibus vero ab animali. 46 Homerus duas portas -sit somniis. adv. Val. 26 p. 202, 9 exitum singulis -unt (*v. supra l. 22*). adv. Marc. 1, 16 p. 310, 29 ut duas species rerum, visibilia et invisibilia, duobus auctoribus deis -ant. AVG. civ. 4, 10 p. 158, 3 D. ut singula deorum coniugia -rentur singulis elementis. 6, 1 p. 246, 25 *deis* ista opera temporalia ... minutatim -sa tribuerunt. FIRM. math. 2, 26, 4 *temporis dominus* omnibus ... stellis totam decennii substantiam -it. *β passive de statu*: in: RHET. Her. 1, 14, 24 *purgatio* -itur in imprudentiam, fortunam, necessitatem. 2, 2, 3. 2, 5, 8. Q. CIC. pet. 16 petitio magistratuum -sa est in duarum rationum diligentiam. QVINT. inst. 1, 10, 35. 3, 7, 10 *laus hominum* -itur in tempora. MANIL. 3, 522 omnia ut omne foret -sum tempus in astra. 4, 314 sic inter denas -sum ducitur astrum totque dabit vires. SEN. nat. 2, 1, 1 omnis de universo quaestio in caelestia sublimia terrena -itur. 5, 16, 1 venti quattuor sunt, in ortum, occasum, meridiem septentrionemque -si. epist. 89, 17 *διαλεκτική* in duas partes -itur, in verba et significationes. PLIN. nat. 6, 33 *oceanus* varie ... per sinus et accolas in complura nomina -itur. 21, 121 usus eius (*rosae*) -itur in folia et flores, capita. per: MANIL. 2, 453 -sas hominis per sidera partes. 3, 534 tempora ... per numeros omnes aevi -sa. 4, 807 sic -sa manet tellus per sidera cuncta. PLIN. nat. 18, 49 frumenti ... genera per tempora satu -sa. FIRM. math. 2, 14, 1 singula [hominis], per quae omnis vitae hominum substantia -itur. 2, 23, 2. 4, 22, 3. 8, 4, 2. *c. dat.*: FIRM. math. 2, 6, 1 partes *signi* quasi propriae stellis singulis -untur. *al.* *c. abl.*: CIC. leg. 2, 38 *ludi publici* sunt cavea circoque -si. DIVISIO orb. 1 orbis -itur tribus nominibus (HIER. epist. 64, 15, 4 *patriarcharum nominibus* Israheliticus populus -itur).

g *rem, res* -ere *i. rei species vel plures res in dissimilitudinem diducere, efficere, ut rei -sae partes vel plures res -sae dinosci possint*: *α species animantium, rerum corporalium*: VARRO ling. 10, 4 *figurae membrorum homines* -unt ab reliquorum animalium specie. RVT. LVP. 2, 6 natura ita -sit ⟨virilem et⟩ muliebrem personam. SEN. epist. 65, 19 quis ... in una deformitate iacentibus faciem -erit. MART. 11, 22, 7 -sit natura marem (mares *al.*). CLAVD. carm. min. 17, 26 nova germanis paribus discrimina praebens -sit vultus cum pietate faber. *β res incorporales*: [*dub.*: PLAVT. Mil. 466 ut utrubique orationem docte -sit suam *mulier* (*loc. corrupt.*; ductae divit uttuam *CD*, ducta ∗ du it intuam *B*).] HOR. sat. 1, 3, 114 nec natura potest iusto secernere (*proprie*) iniquum, -it ut bona diversis, fugienda petendis. PLIN. nat. 12, 43 folii -sere annonam amplitudine. TAC. ann. 13, 27 maiores cum dignitatem ordinum -rent. 13, 41 oportere -i sacros et negotiosos dies. PS. CYPR. singul. cler. 3 p. 176, 16 *deus* -ens differentias triumphorum.

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 ***in narrando, scribendo, recitando*** *rem* -ere: *materiam tractandam in libros sim., libros sim. inter se*: VARRO ling. 8, 24 de quibus (*sc. prioribus declinationibus*) ⟨ubi⟩ quae⟨que⟩ expediero singulis tribus (*sc. libris*), tum de alteris totidem (*sc. libros*) scribere ac -ere incipiam. PLIN. epist. 3, 5, 5 'studiosi' tres *libri* in sex volumina...-si. SVET. gramm. 2 Naevii Punicum bellum . . . -sit in septem libros. GELL. 20, 5, 6 *Aristoteles* libros . . . suos . . . seorsum -sit. SERV. georg. pr. unum Hesiodi librum -sit in quattuor. HIER. in psalm. 115 *hunc psalmum* Symmachus . . . et LXX interpretes -unt *a superioribus* (*opp.* copulo). AVG. civ. 6, 3 p. 248, 25 D. hos *libros* in res humanas divinasque -sit (*cf. p. 1608, 8 sqq.* SERV. auct. georg. 2, 195 cum tertius liber ad pecudes -sus sit). *nota*: HIER. in Ezech. 9 pr. quae . . . nobis longitudine sui in librum decimum -enda sunt. *materiam in partes, partes materiae inter se*: VARRO ling. 10, 19 non tam hanc partem ab illa [ab] -endum, quam illud videndum, ut *eqs.* CIC. de orat. 3, 19 ea -sit, quae seiuncta esse non possunt. VELL. 1, 14, 1 cum facilius cuiusque rei in unam contracta species quam -sa temporibus oculis animisque inhaereat (IVST. praef. 3 quae historici Graecorum . . . inter se gregata occupaverunt, . . . ea omnia Pompeius -sa temporibus et serie rerum digesta composuit. AVG. gen. ad litt. 1, 14 p. 21, 17 potuit -ere scriptura loquendi temporibus, quod deus faciendi temporibus non -sit). SEN. epist. 94, 21. PLIN. nat. 22, 109 cum ratio operis -i cogeret miscenda rursus naturam rerum pernoscere volentibus. TAC. ann. 12, 40. COD. Inst. 1, 17, 2, 13 (*a. 533*) quod particulatim . . . fuerat sparsum, hoc -ere et separare *ab reliquis*. *nota i. q. dividendo efficere, constituere*: VARRO rust. 1, 5, 4 tertia pars, quae de rebus -itur, quae *eqs.* . . . ; quarta pars de temporibus. *fabulas in actus, actus inter se*: VITR. 5 pr. 4 spatia fabularum. DON. Ter. Andr. pr. 3, 6 *antiqui* ad hunc modum . . . fabulas -erunt. Hec. pr. 1, 4 -sa est . . . Hecyra . . . quinque actibus. Ad. pr. 3, 7 in -endis actibus fabulae. *singulariter*: HOR. carm. 1, 15, 15 cithara carmina -es (PORPH. dispones. *cf. gr.* μελίζειν). *dub.*: SEN. Herc. O. 1079 Orpheus carmina -ens (*sic Bentl. ad Hor. carm. 1, 15, 15*; funderet, fundens *codd.*).

speciatim: sententiam in sententia dicenda (*t. t.; de re v.* ASCON. Mil. p. 38, 22 St *sqq.* PAVL. FEST. p. 170 ut . . . res, quae referantur, -antur). CIC. Mil. 14 -sa sententia est. epist. 1, 2, 1 ut Bibuli sententia -retur. ASCON. Mil. p. 39, 9 (*verba Munati*) Fufium, qui diceret: '-e'. *in alia re*: PLIN. epist. 8, 14, 15 -i sententiam unius, quia res duas comprehendebat. *metaphorice*: SEN. dial. 7, 3, 2 aliquem iubebo sententiam -ere. epist. 21, 9 iubeo illum -ere sententiam et sequor ⟨quod⟩ probo. *de plurium sententiis -endis*: PLIN. epist. 8, 14, 21. 24. *materiam arte rhetorica* (*v.* divisio *p. 1630, 41*): **a** *obi. est substantivum*: CIC. Quinct. 35 faciam quod te saepe animadverti facere, Hortensi; totam causae meae dictionem certas in partes -am (div. in Caec. 45 cum accusationis . . . membra -ere *Hortensius* coeperit et in digitis suis singulas partes causae constituere. Brut. 302 QVINT. inst. 4, 5, 24). de orat 2, 80 exordiri . . . deinde rem narrare . . . post autem -ere causam aut proponere (QVINT. inst. 11, 1, 6 ubi -enda erit causa et in partes suas digerenda. FRONTO p. 84, 2 N.). nat. deor. 2, 3 -unt nostri totam istam . . . quaestionem in partes quattuor (3, 20 SEN. benef. 6, 12, 1 quaestiunculam). 2, 75 disputationem. CELS. 5, 26, 1^B -am hanc . . . curandi partem. SEN. contr. 1, 1, 13 hoc in has quaestiones -sit: an *eqs.* 1, 2, 16 Albucius figura[m] -sit controversiam (4 pr. 9 FORTVN. rhet 2, 4 p. 105, 1 *v. vol. IV p. 787, 41*). SEN. clem. 1, 3, 1 materiam (QVINT. decl. 337 p. 326, 5). QVINT. inst. 4, 2, 82 narrationem. 7, 1, 26 propositione -sa. 11, 2, 27 *locus memoria complectendus* tam numerosus, ut ipse quoque -i debeat. decl. 339 p. 340, 16 mihi in haec -enda videtur ratio istius orationis. FRONTO p. 184, 14 N. coniecturam . . . -isse argumentis ac refutasse (IVL. VICT. rhet. 4, 1 p. 386, 32). IVL. VICT. rhet. 4, 1 p. 385 *sq.* statum. *al.* *nota obiecta mutata*: SEN. contr. 10, 1, 14 legunt (lugent *trad.*) argumenta patres et ossa liberorum coniectura -unt. *pass.*: CIC. Cluent. 1 orationem in duas -sam esse partes. SEN. contr. 2, 1, 19 quomodo haec controversia -sa sit. *partes enuntiato interrogativo vel acc. c. inf. exprimuntur*: SEN. contr. 1, 1, 13 *v. l. 28. 32.* 1, 5, 8 reliquam partem controversiae . . . in haec -sit, utra puella *eqs.* 2, 1, 10 officii partem . . . ita -sit, turpem esse adoptionem *eqs.* 2, 5, 15 sic hanc partem †quaestionem -bat, an *eqs. al.* **b** *obi. est enuntiatum interrogativum*: SEN. contr. 1, 2, 13 an lege prohibeatur, in haec duo -sit, an *eqs.* 1, 2, 14. 1, 4, 6. **c** *absol.*: CIC. Brut. 303 *Hortensius* -bat acute. SEN. contr. 1, 2, 16 Arellius sic -sit. *al.* QVINT. inst. 2, 5, 8. 4, 2, 101. 4, 5, 25. 7, 1, 39. 10, 1, 106. 11, 2, 86. CLAVD. DON. Aen. 1, 1 p. 7, 8 G. et proposuit et -sit. *seq. enuntiat. interrog. obliq.*: RHET. Her. 4, 40, 52 illa *divisio* -it per enumerationem aut per expositionem, quibus de rebus . . . disputatio futura sit. SEN. contr. 1, 1, 13 QVINT. inst. 7, 2, 56.

4 ***in re grammatica*** *et* ***rhetorica*** (*praeter usus iam supra [p. 1606, 42 sqq. supra l. 43 sqq.] allatos*):

a *sententias, voces inter se* -ere: CIC. orat. 85 *orator tenuis* continuationem verborum modo relaxet et -at. RVT. LVP. 1, 15 demptis . . . articulis sententiae -sae (*an* -se? *v. p. 1611, 32*) pronuntiantur. QVINT. inst. 8, 6, 43 cum idem appositum (ἐπίθετον) si a proprio -seris, per se significat et facit antonomasian. 9, 4, 61 sensus omnis habet suum finem poscitque . . . intervallum, quo a sequentis initio -atur. 9, 4, 70 cum est continuatum *enuntiatum* iis quae sequuntur, quamquam natura ipsa -sa sunt. 11, 3, 37 continuum sermonem, qui faciebat 'Italiam Lavinaque', -it.

b *voces in partes, syllabas sim.*: *α voces in partes*: QVINT. inst. 6, 3, 55 -sis coniunctisve verbis. 7, 9, 4 alia integro verbo significatio est, alia -so, ut 'in|genua' et 'arma|mentum' et 'Cor|vinum'. 8, 6, 33 -ere 'septentriones' (*opp.* iungere. *cf.* 8, 6, 66). 10, 1, 29. CAPER gramm. VII 96, 1 'quicquid' . . . per c litteram scribendum, quoniam d -it in duas voces. PORPH. Hor. epist. 2, 2, 94 p. 398, 3 'circum|spectemus': una pars orationis est -sa in duos versus. PHILARG. Verg. ecl. 1, 67 'en|umquam' Vergilius . . . -it interposito verbo. *β voces in syllabas, litteras inter syllabas sim.*: QVINT. inst. 1, 7, 9 in -endis verbis (CAPER gramm. VII 96, 9 pronomina [-en *trad.*] 'nostrum' ac 'vestrum' si ⟨in⟩ scriptura -enda si⟨n⟩t [*de explementis cf.* BEDA gramm. VII 263, 22. 268, 20. 25]. TER. MAVR. 925 Nestoris si forte nomen -endum incurrerit. *al.*). TER. MAVR. 539 omnibus vocalibus (*c.* nexa *coniung. esse monet Plasbg.*) nexa semper haec (*littera* u) necessest syllabam nec -at (*i. una syllaba fiat*) et sonum mutet priorem. CHAR. gramm. I 13, 23 si duae consonantes in duas syllabas fuerint -sae (CASSIOD. gramm. VII 157, 3 *ps* -i non possunt. *ibid.* l. 6). 279, 4 diaeresis est cum una syllaba in duas -itur (DIOM. gramm. I 442, 11 discissio syllabae unius in duas -sae. PRISC. gramm. II 39, 21 *Aeoli* -entes dipthongum κόϊλον pro κοῖλον dicunt [*cf. ibid.* III 467, 19]. 68, 2 in 'eis' -sas . . . faciunt feminina ut . . . 'Peleis'. 127, 1 una longa in duas breves saepe solet temporibus -i . . . 'fieri' pro 'firi' [*cf.* III 112, 14]. CASSI D. gramm. VII 200, 10 vocalis vocali inlata seu -sa seu in dipthongo copulata. *cf.* SCAVR. Rufin. gramm. VI 561, 3 'iam' -sit *Plautus* in duas syllabas).

c *in re metrica* -ere *versus in cola, metra sim., metra inter se, in partes sim.*: BASS. gramm. VI 258, 21 *phalaecius* ex heroo sic -itur (MAR. VICTORIN. gramm. VI 101, 19 si proceleumaticum in anapaesticum metrum -endo sic percutias. 147, 21 *proceleumaticum* per coniunctionem syllabarum ac temporum . . . informare ac -ere). TER. MAVR. 552 tempus . . . consonantes -unt unum duae *inter se* (1348 temporum momenta *arsis et thesis* . . . lege certa -unt. 1566 sex aequa pedes tempora -ant). 1388 cum trochaeum -es (MART. CAP. 9, 975 simplices . . . pedes . . . qui temporibus -untur. RVFIN. gramm. VI 562, 15 si sequentem longam syllabam *iambi* in duas breves -as. ISID. orig. 1, 17, 27 *pedes* quos epitrita partitione -imus. GRAMM. VI 644, 21 amphibrachys . . . in uno et tribus *temporibus* -itur. *ibid.* l. 27 *divisio disyllabi* in aequis temporibus -itur). TER. MAVR. 1682 hanc ἑφθημιμερῖν . . . vocarunt, quia tres pedes et una *syllaba* septem *semipedes* -unt (DIOM. gramm. I 496, 2 in tertia . . . regione *heroici* melius spondius penthemimeres quam dactylus -it. 497, 13. MAR. VICTORIN. gramm. VI 65, 13). DIOM. gramm. I 496, 8 pedes singulos ita esse scansionis lege -sos, ut eorum nullus partem orationis incluserit (MAR. VICTORIN. gramm. VI 214, 25 ut nusquam finito sensu -sa inter se verba ponantur). MAR. VICTORIN. gramm. VI 214, 24 *sqq. versus* -sus (*cf.* 151, 1 *sqq.* BEDA gramm. VII 245, 18 *sqq.* scansio -sa). PRISC. gramm. III 459, 5 *versus* (*Verg. Aen. 1, 1*) -itur in caesuras per cola quidem in novem, per commata vero in duas . . . per pedes in quinque. 474, 20 -e singulos pedes (*syn.* tracta).

d *voces in interpretatione*: GELL. 17, 7, 8 (*verba Nigidii*) si -as separesque duo verba haec 'subruptum' et 'erit' (*opp.* si . . . copulate permixteque dictum intelligas). SERV. Aen. 2, 121 sunt qui ita -ant 'cui fata parent' vitam, 'quem poscat Apollo' ut moriatur. 4, 548 Vrbanus hoc -it, licet alii iungant.

e *figura quadam res* -ere: QVINT. inst. 9, 3, 35 illud repetendi genus, quod simul proposita iterat et -it (*sc. regressio. cf.* PRISC. gramm. III 125, 17 sin ad ea, quae -untur, singulariter verba consequentur, genetivum oportebit praeponi pluralem -endum, ut 'aquilarum altera' *eqs.* 126, 9). PORPH. Hor. carm. 2, 15, 18 *schemate, quod* ἓν διὰ δυοῖν *dicimus*, unum in duo sensus -sit (SERV. Aen. 1, 61 est figura, ut una res in duas -atur metri causa interposita coniunctione).

structurae *notabiliores: numerus partium exprimitur*: in duas, binas partes *sim. passim.* in duo, tria, in haec, multa *sim. inde a* SEN. contr. (in hoc: QVINT. decl. 330 p. 297, 13). in tribus: BOETH. herm. sec. 2, 6 p. 123, 29. *sim. al.* bifariam, bipertito *sim. passim.* dupliciter: QVINT. inst. 3, 3, 7. 3, 6, 23. multipliciter: BOETH. diff. top. 3 p. 1201^B. numerose: PLIN. nat. 23, 61. 25, 167. *non inveni* bis, ter *sim.* (COLVM. 8, 4, 3 *aliter*) *nisi* EVSTATH. Bas. hex. 6, 5 p. 927^A duodecies. *res* -*itur* in partes, partibus *sim. passim.* in partibus, per partes *inde ab* ECCL. *passim. compendi factum esse videtur* in partes *his locis*: LIV. 36, 2, 11 provinciam ita -ere, ut una (*sc. pars. an* provincia?) ab Agrigento ad Pachynum esset, altera *eqs.* VITR. 1, 3, 1 aedificatio . . . -sa est bipertito, e quibus una . . . , altera *eqs. cf.* HYG. astr. 1, 8 p. 27, 11 (= ISID. nat. 48, 2 p. 79, 5) regio . . . terrae . . . -itur trifariam (videtur trifarie esse -sa ISID.), e quibus una pars . . . , altera *eqs.*

syn. et coni.: dido, diduco, dimitto, dirumpo, discerno, dispertior, dispono, distraho, distinguo (CIC. Pis. 69), distribuo, erogo (COD. Theod. 1, 5, 5), findo, partior (CIC. orat. 117 fin. 1, 22 Tusc. 1, 40. *al. aliis locis opponitur; v. p. 1593, 37. 1629, 56. 58. 1630, 44*), perrumpo, perseco, scindo (*opp.* HIL. in Matth. 33, 4), secerno (HOR. sat. 1, 3, 114), seco, seiungo, separo.

[*Bauer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

part. perf. pass. ***dīvīsus,** -a, -um. *compar.*: LVCR. 4, 91 VEREC. in cant. 9, 25. *pro subst.*: MART. CAP. 9, 931 τρίτη διεζευγμένων id est tertia -arum. 9, 944 sonus ... -arum ideo hoc nomen accepit, quia uno et dimidio tono a mediae fine divellitur. *cf.* 9, 961. 964 BOETH. mus. 4, 3 p. 311. *t. t.* ICTORUM: PAVL. dig. 45, 1, 85 pr. -um (*syn.* pro parte, *opp.* totum, solidum). *speciatim*: pro -o (*opp.* pro indiviso), pro parte -a: QVINT. MVCIVS Paul. dig. 50, 16, 25, 1 partis appellatione rem pro indiviso significari; nam quod pro -o nostrum sit, id non partem, sed totum esse. PAPIN. dig. 7, 1, 5 pro parte indivisa vel -a. VLP. dig. 8, 4, 6, 1 plane si divisit fundum regionibus et sic partem tradidit pro -o. 27, 9, 5, 16 pro -o communia (*opp.* pro indiviso communia). *iuncturae verbales notabiliores*: *nom.* -us: fio: LVCR. 3, 264. maneo (*i. q.* 'sum'): MANIL. 2, 278. 397. 4, 807. *acc.* -um: dilato: COLVM. 12, 15, 5. do: CYPR. GALL. deut. 192. duco: MANIL. 3, 511. 4, 314. habeo (*v. Thielmann, Arch. 2, 405. 520*): VARRO frg. Non. p. 214, 27 CIC. Tusc. 1, 40 LIV. 4, 56, 6. 31, 21, 7. 32, 18, 5 QVINT. decl. 267 p. 90, 13 *al.* seco: SEN. Thy. 7, 60. separo: FIRM. err. 2, 6. teneo: MANIL. 3, 620 (*cf. p. 1599, 27*). *syn. et coni.*: alius: HIL. (*p. 1607, 63*). discors: TAC. ann. 2, 43. dispar: POMPON. Atell. 136 apportas nuntium nobis disparem, -um. dissonus: HIER. epist. 18^A, 7, 4 (*?* diversum *plerique codd. cf.* CYPR. GALL. num. 664). diversus: TERT. anim. 27. externus: MAR. VICTORIN. ad Iust. 5 p. 1002^B. separatim ac -i: LIV. 25, 38, 21. varius: FRONTO p. 152, 8 N. *opp.*: continuus: QVINT. inst. 2, 13, 5. 9, 4, 70 (*v. p. 1610, 1*). MART. CAP. 9, 937 (*syn.* distans: VITR. 5, 4; διαστηματική cum intervallo suspensa: BOETH. mus. 1, 12 p. 199, 4). CHALC. comm. 275 (*syn.* dividuus). AMBR. Cain et Ab. 2, 6, 19 (*sacrificia* nova novorum ... aut frixa aut -a aut continua, *cf.* LXX lev. 2, 14 νέα, πεφρυγμένα, χίδρα, ἐρικτά). diversus: SEN. epist. 120, 1. simplex: QVINT. inst. 4, 5, 26 *al.* *n.* **dīvīsum** *pro adv.*: ORIBAS. syn. 8, 17 dabis ... coclearia duo in mulsa, sed -um et non de semel (μεμερισμένως. per partes *altera versio*). *adv.* **dīvīsē** (PRISC. gramm. III 87, 14): GELL. 1, 22, 16 '*super esse*' -e pronuntiandum est (TERT. carn. 13 [*dub.*: RVT. LVP. 1, 15 *v. p. 1609, 80*]. *cf.* GELL. 6, 2, 12 versus separatim atque -e legendus. DON. Ter. Ad. 608 utrum 'te ipsum' una pars orationis an -e accipiendum. SERV. georg. 3, 56 '*maculis et albo*' -e pro 'albis maculis'. BOETH. herm. sec. 2, 5 p. 103, 3 si *definitio* continue proferatur et non -e. IVNIL. 1, 18 licet *pater* -e spiritus dici possit et sanctus [*opp.* coniunctive]). PS. ASCON. Verr. p. 253, 8 St. qui certam habet partem *ut particeps*, non -e agit ut socius. GLOSS. V 567, 37 divendita -e vendita. *syn. et coni.*: definite: BOETH. herm. pr. 1, 9 p. 126, 7. separatim *v. l. 34*. *opp.*: coniunctive *v. l. 38*. continue *v. l. 37*. distincte: TERT. adv. Prax. 11 p. 243, 1.

part. praes. **dīvidēns,** -entis *m.* (*sc. numerus?*): CASSIOD. art. 6 p. 1216^A -em ... sumere. *de proportione* $(a-b):b=(c-d):d$ *ex proportione* $a:b=c:d$ *formata* (*cf. Euclid. elem.* 5 *def.* 15 διαίρεσις λόγου). *opp.*: componens.

gerund. **dīvidendus,** -ī *m.* (*sc. numerus*). PS. BOETH. geom. p. 400, 14 *sqq.*

deriv.: ? dividia, ? dividius, dividus, dividuus, divisibilis, divisim, divisio, divisivus, divisor, divisura, divisus *subst.* *compos.*: perdivido, subdivido. *a part.* divisus: indivisus.

dīviduitās, -ātis *f. a* dividuus. *i. q. divisio.* GAIVS dig. 35, 2, 80, 1 legata, quae -em non recipiunt.

dīvidus, -a, um [*a* dividere, *cf.* dividuus. *Th.*]. *cf. Lachm. ad Lucr. 5, 679 p. 306.* *de notione*: NON. p. 95, 24 -os id est separatos. *legitur* ACC. trag. 117 nos ... ut seorsum -os leto offeres. 587 (*? v. p. 1592, 84*). GELL. 2, 12, 4 si boni omnes ... ad alterutram partem -i se adiunxerint. [*loc. dub.*: ACC. trag. 495 *v. p. 1102, 82* VARRO Men. 58.]

dīviduus, -a, -um [*a* dividere. *Th.*]. GLOSS. dividendus. divisus. αὐθαίρετος(?). διαμεμερισμένος. εὐδιαίρετος. εὐδιανέμητος. εὐμέριστος. -um quod dividi potest. διαιρέσιμον. εὐμέριστον. -a ἐπαχθῆ (*? v. p. 1592, 69*). SCHOL. Lucan. 8, 465 -us qui dividatur. DON. Ter. Ad. 241 (*item* SCHOL. Stat. Theb. 7, 645) -um a divisione, dimidium a dimensione dicimus (*cf. p. 1612, 63*). SCHOL. Stat. Theb. 7, 645 -um in duas partes divisum. *legitur inde a* PLAVT. Rud. 1408. [*loc. dub.*: GERM. 472 (dividit *codd. praeter* divisi *B^a man. 2*; -i *edd.*). CHALC. comm. 286 p. 316, 3 *v. p. 1612, 44*. PS. CYPR. mont. 3 p. 106, 16 significans ex unitate populi -as (dividi duas *al.*) partes.] *cf.* dividius.

1 *i. q. divisus (de pluribus rebus inter se vel de singulis in partes divisis), saepe i. q. dimidiatus, anceps, duplex sim.*: **a** *res corporales*: PLAVT. Rud. 1408 -om talentum faciam (TER. Ad. 241 potius quam venias in periclum ..., servesne an perdas totum, -om face. *paulo aliter*: APVL. apol. 91 uti ... -a pars dotis posteriori filio, reliqua prioribus cederet). OV. am. 1, 5, 10 comā (*cf.* divido *p. 1596, 74*; *aliter* STAT. Theb. 8, 489 *ictu* funduntur utroque tempora -ique cadunt in bracchia crines). ars 2, 488 *equae* -os *a se* amne sequuntur equos (*de hominibus* SIL. 14, 19 -os coniungi. CYPR. GALL. gen. 472). fast. 1, 292 -a *insulam* premit amnis **aqua** (PRISC. perieg. 1000 -a *Indi* Patalene cingitur unda. *cf.* LVCAN. 8, 465 Nili [RVT. NAM. 1, 180 Tyberis]. SIL. 14, 234 *Himera* -as se scindit in oras [ALC. AVIT. carm. 1, 282 -um ... *Nili* finem]. SIDON. epist. 1, 5, 5 *Padus* -a fluenta partitur. PRISC. perieg. 307 -i currunt Riphaeis montibus ambo *fluvii*. CYPR. GALL. deut. 30 aequore -o, bifida dum pendet in unda [iud. 104 mare. EVCHER. laud. her. 18 Iordanem -um interrupto amne transivit]). PLIN. nat. 2, 80 in quadrato solis *luna* -a est (2, 215 *bis*. APVL. Socr. 1, 117 seu corniculata seu -a seu protumida seu plena sit. SERV. auct. Aen. 2, 255 *luna* tunc erat -o orbis modo). nat. 2, 170 maria circumfusa ... -o globo (SOL. 23, 3 *Hispania* -a est provinciis tribus. HEGES. 4, 27 l. 10 -um ... septentrionalis plagae [*i. quod sept. plaga divisa est*] eidem [*sc. Aegypto*] munimentum *sc. est*. *cf.* SOL. 11, 24 Euboea ... aestu -a est a Boeotiae continente). nat. 5, 15 -a ferarum viscera (CYPR. GALL. exod. 877. *cf.* STAT. Theb. 7, 645 -um ... truncum [SCHOL. in duas partes divisum]. PAVL. NOL. carm. 27, 101 -is ... linguis *spiritus sancti*. SIDON. carm. 6, 8 *Minervam* fudit ... armatus partus vertice -o). 16, 122 *arbores quaedam* -ae nec ramosae, ut sabuci (*opp.* individuae, ramosae. *cf.* 16, 125). HIL. trin. 9, 69 intellege unitatem *dei*, dum non -a natura est (PRVD. ham. 7 deum. *cf.* HIL. trin. 10, 22 *Christus* non potest in his sacramentorum diversitatibus ita ab se -us esse, ne Christus sit). CLAVD. 1, 102 -is clarescunt nubila sulcis (PAVL. PETRIC. Mart. 5, 568 -ae excusso scinduntur lumine nubes). CYPR. GALL. gen. 1030 -is (*i. binis*) ... degere castris. 1398 -as ... dapes viritim exponere gaudens porrigit *fratribus*. SIDON. carm. 7, 294 -a ancipitem carpserunt vulnera vitam. **b** *res incorporales*: HOR. epist. 1, 17, 49 -o findetur munere quadra. MANIL. 3, 466 tempus. SEN. epist. 121, 22 -i laboris obeundi concordia. COLVM. 12 praef. 8 nihil conspiciebatur in domo -um (*syn.* proprium ... iuris sui). GAIVS inst. 4, 56 quae exceptio appellatur litis -ae (4, 122 *bis*). PS. APVL. herm. p. 268 pugna (*opp.* perfecta et integra). AMBR. exc. Sat. 1, 78 ius (*opp.* communia). fug. saec. 4, 21 -a quadam inundatione, corporis huius et saeculi. PAVL. NOL. epist. 31, 6 p. 274, 13 *ut crux* quasi intacta permaneat cotidie -a sumentibus et semper tota venerantibus. AVG. c. Iul. op. imperf. 4, 90 p. 1391 tu hoc (*i. hanc sententiam*) ... fecisti -um (5, 14 p. 1443 quasi ego ... apostoli sententiam ... -am fecerim). *speciatim*: *animus sim.*: *singulorum*: OV. am. 2, 10, 10 -um *me* ... tenent alter et alter amor. ALC. AVIT. carm. 2, 224 anceps -i cordis ... fluctus. *plurium*: VAL. MAX. 4, 4, 2 seditione -ā civitas. 5, 3 ext. 3 discordes foci tui (*Athenarum*) pagisque -a tuguria. *de rebus metaphorice*: VAL. MAX. 9, 5 ext. 3 adeo felicitatis et moderationis -um contubernium est. *t. t. gramm.*: DIOM. gramm. I 335, 31 praeteritum perfectum -um est; ex eo enim scinditur *eqs.* PRISC. gramm. II 61, 23 *nomen* (*opp.* collectivum. 182, 19 'uter' ... -am vim habet. *cf.* POMP. gramm. V 158, 11 'plebs' licet sit numeri singularis, potest tamen esse -a. *cf.* dividius). III 125, 14 in ... constructione -orum (*v.* divido *p. 1610, 58*). *de rebus, quae mente et ratione dinoscuntur, i. q. diversus, dissimilis, varius*: PLIN. nat. 37, 91 sarda ... huic gemmae (*sardonychi*) -a, ex eodem et ipsa nomine (*sic dat. accedit*: CHALC. comm. 286 videtur [in]dividua [*corr. Wrobel ex Aristot. ausc. nat. 1, 9*] esse silva carentiae [*pro genet. accipit Wrobel, fort. recte*]. AVSON. 348, 13 -um Betae monosyllabum Italicum B). CHALC. comm. 105 partes *temporis* ratione ac supputatione -ae. AMBR. Noe 12, 40 iniquitas ... velut -a parit, nunc odio inflexa, nunc quaestu. 23, 84 -i ... fructus ... necessarii et voluptarii. in psalm. 118 serm. 8, 31, 1 -us sensus *est* (*cf.* 8, 32, 1 hic ergo sensus unus est, alius autem ita:). CYPR. GALL. gen. 984 colores.

2 *i. q. divisibilis (t. t. philos.)*: CIC. nat. deor. 3, 29 mortale ... omne animal et dissolubile et -um sit necesse est. Tim. 21 ex ea *materia*, quae ex corporibus -a gignitur (τῆς ... περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς). *ibid.* quod -um esset in corpore (τοῦ κατὰ τὰ σώματα μεριστοῦ. *cf.* CHALC. comm. 27 per corpora). LACT. ira 10, 8 *atoma* (*syn.* secabilia). CHALC. transl. p. 35^A comm. 27. 28. 29. 30. 53 102. 214. 223. 228. 275. 286. 292. AVG. c. epist. fund. 16 p. 213, 24 per ... spatia locorum distanti et -a vel potius ... sectili mole *corporis*. CLAVD. MAM. anim. 1, 17 p. 63, 10 aerem (*syn.* secabilem).

3 *singulariter*: CYPR. GALL. gen. 402 -us ... locus (*i. locus divisionis*). ENNOD. epist. 3, 3, 2 p. 72, 19 quid exigendum ab illo sit, cuius -um (*i. dimidium v. p. 1611, 65*) salutis (*sc. fratrem; cf. antea* maior animae ... portio) busta clauserunt.

neutr. sing. pro subst. **dīviduum,** -ī *v. l. 7. 63.*

iuncturae verbales notabiliores: -um facio (DON. Ter. Ad. 241 -om face: hoc est 'divide', figura μακρολογία): PLAVT. Rud. 1408 TER. Ad. 241 CYPR. GALL. gen. 474 AVG. c. Iul. op. imperf. 4, 90. 5, 14. partior: SIDON. epist. 1, 5, 5. scindo: PAVL. PETRIC. Mart. 5, 568. teneo: OV. am. 2, 10, 10.

adv. **dīviduē.** GLOSS. διαμεμερισμένως.

deriv.: dividuitas. *compos.*: individuus. *Bauer.*

dīvigena, -us *a* divus *et* gignere. GLOSS. -a θειογενής. *inter exempla syllabae 'vi' longae*: MARTYR. gramm. VII 183, 10 si in compositis nominibus vel in antepaenultima sede 'vi' longa inciderit syllaba ... ut invitus, -us (*item* CASSIOD. *ibid.*). *D.*

dīvīnāculum, -ī *n.* [*a* divinare, *cf.* oraculum. *Th.*]. GLOSS. -a sortes. *i. q.* μαντεῖον: ITALA num. 22, 7 (cod. Lugd. Rufin. Orig. in num. 13, 6 Ps. Aug. serm. 33, 2) -a in manibus eorum (μαντεῖα, AVG. quaest. hept. 4, 47 divinationes ['obscure ... dictum est']. VVLG. divinationis pretium). *fuse explicat* RVFIN. *l. c.* [*francog. vet.* devinail. *M.-L.*]

dīvīnālis, -e *adi. a* divinus. *i. q. praesagiens*: DAMIG. lapid. 18 per sensum -em *divinantibus*. *i. q. divinus*: ISID. orig. 2, 14, 13

[*Gudeman*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-is dicitur *tertium genus philosophiae* quando ... ineffabilem naturam dei ... ex aliqua parte profundissima qualitate disserimus.

ˣdīvīnātio, -ōnis *f. a* divinare. *de sensu*: CIC. div. 1, 1 quam *-em* Graeci μαντικήν appellant, id est praesensionem et scientiam rerum futurarum (nat. deor. 1, 55 leg. 2, 32). 1, 9 quae -o est earum rerum quae fortuitae putantur, praedictio atque praesensio (2, 13 -em esse earum rerum praedictionem et praesensionem quae essent fortuitae. 2, 14 fortuitarum rerum praesensio, quam -em vocas. *ibid.* talium ... rerum, quae in fortuna positae sunt, praesensio -o est. 2, 19). 2, 130 *Chrysippus* -em definit his verbis: vim cognoscentem et videntem et explicantem signa quae a dis hominibus portendantur. FRONTO p. 8, 15 N. vatum impetus -o nuncupatur. DIFF. ed. Beck p. 51, 20 divinitas ad potentiam numinis refertur, -o futurorum praescios facit (= DIFF. gramm. suppl. 284, 9 ISID. diff. app. 192). GLOSS. -o μαντεία. praesagium. quod ante nuntiat. QVINT. inst. 7, 4, 33 de accusatore constituendo, quae iudicia -es vocantur. GELL. 2, 4 (*in lemmate*) quam ob causam Gavius Bassus genus quoddam iudicii -em appellari scripserit et quam alii causam esse eiusdem vocabuli dixerint. *definitur*: 2, 4, 1. 3. *de significatione et origine huius technici usus fuse agit etiam*: PS. ASCON. div. in Caec. p. 186, 4 *sqq.* St. FORTVN. rhet. 1, 21 p. 97 quae est -o? cum de idoneo accusatore quaestio est, id est cum duo vel plures accusationem sibi vindicant. *vox legitur inde a* CIC. *et fortasse* VARRONE *per totam latinitatem, sed frequentatur prae Cicerone (117ies, praecipue in div.) apud neminem, deest poetis.*

I *angustiore sensu et technice*: **1** *i. q. ars, scientia divinandi, disciplina augurandi, potestas vaticinandi, augurium, praesagium, praeconium, vaticinatio (cf. definitiones supra l. 3 sqq.), persaepe absolute, velut in titulo operis Ciceronis*: **a** *pendet ab substantivis*: VARRO frg. Serv. auct. Aen. 3, 359 (*sed dubium an vox ipsa ex Varrone sit sumpta*) Varro autem quattuor genera -um dicit: terram, aërem, aquam, ignem (CIC. div. 1, 5. 10 *saepe.* PETRON. 117, 1 genus ... -is sibi non displicere. AVG. civ. 7, 35 *al.*). CIC. nat. deor. 2, 166 ars (PLIN. nat. 25, 47). div. 1, 71 officium et munus. 1, 78 -um coniecturae. 1, 85 ratio (1, 90 fat. 11). 1, 93 -um opportunitates. 2, 19 definitio. 2, 46 causa. 2, 61 auctor. 2, 75 opinio. PLIN. nat. 37, 160 argumenta. APVL. met. 2, 12 experimenta. 2, 13 (14) merces. VVLG. lev. 20, 27 spiritus. AVG. civ. 3, 20 caligo. OROS. hist. 5, 15, 14 heres (*sc. Apollo*).

b *seq. genetivus (plerumque subiect.)*: CIC. div. 1, 4 furoris. 2, 21 Stoicorum. 2, 74 augurum (AVG. civ. 8, 16). 2, 77 avium. 2, 148 somniorum (AVG. civ. 8, 16 p. 345 D.). PLIN. nat. 37, 155 futurorum. TERT. anim. 24 animae. 28 satis probans (*Gel.*, probatus *codd.*) divinitatem operis ex -e vocis (*nota lusum verborum et cf. p. 1614, 32*). LACT. inst. 4, 26, 2 prophetarum (7, 13, 12 *al.*). AMBR. Abr. 2, 8, 49 magorum. VVLG. Sirach 34, 5 erroris. RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 5, 1 Castalii poculi. AVG. civ. 8, 16 p. 345 D. augurum, haruspicum, vatum atque somniorum. EXC. barb. lat. p. 238, 10 mortuorum (*i.* νεκρομαντεία).

c *seq. pro genet.* 'per' *vel adiect.*: DAMIG. lapid. 5 -o per aquam. 6 aquaria. 29 aquatilis.

[SIL. 4, 803 vario -umque hominisque timore]. SIL. 1, 58 nullus -um pudor [*sc. Hannibali; cf.* LIV. 21, 4, 9 nullus deum metus]). LVCR. 4, 1008 -om *luci* (*cf.* 5, 75). 5, 51 hominem numero -om dignarier esse. 5, 75 *sancta* fana lacus lucos aras (*cf. p. 1652, 79*) simulacraque -om. 5, 81 -om . . . ratione. 5, 158 opus -om. 5, 1169 -om . . . facies. 5, 1229 -om pacem (VERG. Aen. 3, 370). 5, 1240 vires -um. 6, 382 mentis (STAT. silv. 3, 4, 20 -um sine mente). VERG. ecl. 3, 73 -om *referre* ad auris. georg. 1, 238 *zonae duae* munere concessae -om (VAL. FL. 7, 226 munera -um. SIL. 11, 236. 15, 88 STAT. Theb. 3, 553). 4, 347 -om (-um *v. l.*) . . . amores (CIRIS 273). 4, 358 limina -om (-um *v. l.*) tangere. Aen. 1, 46 quae -um incedo regina (*Iuno. cf.* PREC. terr. 19 MANIL. 1, 752 DRAC. Romul. 10, 55). Aen. 1, 79 epulis accumbere -um (*cf.* CVLEX 241 nectareas -um qui prodidit escas *Tantalus*. AVIEN. Arat. 2, 833 -um *mensae*). 1, 632 -um (-om *P*) *templa* (7, 192 -om *R*. 7, 443 SIL. 15, 266). 2, 241 o -um domus Ilium! 2, 269 dono -um (STAT. Theb. 6, 314 -um dono. *cf.* GRATT. 1 dona cano -om). 2, 602 -um (-om *P*) inclementia, -um. 3, 5 *auguria* -um (-om *P*). 3, 114 -um (-om *P*) *iussa* (4, 396. 10, 155. *cf. l. 36*). 3, 359 interpres -um *Helenus Troianus* (*sed* 4, 356 *Mercurius* [4, 378. CORP. VI 320 = CARM. epigr. 1528]. *supra p. 1652, 51 Asilas*). 3, 717 fata renarrabat -um (*i. a diis constituta. cf.* 7, 50 fato -um [VAL. FL. 4, 741]. SIL. 13, 857). 4, 95 dolo. 4, 201 excubias -um aeternas. 5, 45 genus alto a sanguine -um (6, 125). 6, 533 monitu -um (8, 504 *acies* monitis exterrita -om). 6, 799 *responsa* -um (-om P^1. CIRIS 388). 7, 648 contemptor -um Mezentius (*sed* 8, 7 contemptorque deum M.). 8, 131 sancta oracula -om (STAT. Ach. 2, 33). 8, 572 -om tu maxime rector, Iuppiter (*cf. p. 1652, 44*). catal. 4, 5 -i -umque sorores. HOR. sat. 1, 3, 117 sacra. carm. 4, 6, 22 *voces*. TIB. 2, 5, 113 -um servat tutela poetas. PREC. terr. 17 gentium et -um parens. PROP. 4, 2, 55 -um sator (SEN. Oed. 1020 STAT. Theb. 7, 155. 734. 9, 511. 11, 248). Ov. am. 3, 9, 17 -um cura *poetae*. met. 12, 561 *fulmina* -um gratissima regi (*cf. p. 1652, 40*). fast. 4, 263 -um ... arcessite matrem. ALBINOV. carm. frg. 22 -umque quietas turbamus sedes (MART. CAP. 1, 120 [vers.]). GRATT. 104 observantior. 250 *favor*. MANIL. 1, 801 *coetus* (*interpretatio non satis certa*). SEN. Ag. 651 moenia -um fabricata manu (*Apollinis et Neptuni*). VAL. FL. 1, 27 *minae* (STAT. silv. 5, 3, 174). 1, 231 omina (1, 309 omine -um [AVIEN. Arat. 599]). 3, 40 *imperia*. 3, 373 sententia. 3, 426 ignotaque nomina -um (*i. nomina deorum ignotorum*). 3, 668 cetera -um progenies. 4, 526 irae. 4, 577 sors cognita -um. 6, 626 cunctaque -um turba. 8, 336 media inter proelia -um (*ventorum*). SIL. 1, 694 -um *obliti*. 2, 206 *favor* (17, 331). 2, 596 inclementia. 3, 187 praecepta. 7, 88 reverentia (*gen. obi.*). 9, 47 furor. 9, 137 *augurium* (STAT. Theb. 10, 193). 13, 91 *contemptus* (*gen. obi.*). 14, 583 invidia. STAT. Theb. 1, 198 ordo. 3, 60 sententia. 5, 539 iustitia. 7, 423 *consilia*. 8, 30 periuria -um (*gen. subi.*). 9, 752 fortia ... tela. 10, 610 extrema litamina -um (*i. Menoeceus; gen. obi.*). 11, 453 venerabile -um prodigium. 12, 42 hostis (*Capaneus*). silv. 3, 4, 64 indulgentia. Ach. 1, 109 tori. 1, 364 *fraudes* (*gen. subi.*). 2, 72 insidias -um (*sc. Iovis*). APVL. Plat. 1, 2 *potestates*. ITIN. Alex. 20 -um aevo. DICT. 3, 26 non sine decreto -um. MART. CAP. 1, 1 (vers.) conubium -um (*Mercurii et Philologiae*). 1, 24 (vers.) decus (*cf. p. 1652, 52 et* 2, 18 [vers.]). 1, 31 (vers.) nexio (*sc. Iovis et Iunonis*). 6, 705 reprehensiones. 8, 806 censura. 8, 811 itinera. 9, 893 antistitium (*gen. obi.*). 9, 905 auditus (*gen. subi.*). DRAC. Romul. 8, 55 dolor. CORP. VI 1779 d 21 (= CARM. epigr. 111, 21; *ca. a. 400*) sacerdos. fulgur -um *v. p. 1642, 37 sqq.* *gen. partitivus* (*cf. p. 1652, 51. 55*): PLAVT. Asin. 716 *quis* -om? (deum *codd. cf.* HOR. carm. 1, 2, 25 CLAVD. rapt. Pros. 3, 55 DRAC. Romul. 2, 17). ENN. ann. 456 maxime -um! (CIC. carm. frg. 43, 3 summum. APVL. mund. 27). VERG. Aen. 9, 6 nemo. 10, 878 *ullus*. AETNA 60 *quisque*. HOMER. 114 lenissime -um (*sc. Somnus; cf.* STAT. Theb. 10, 126 mitissime -um, Somne *et* silv. 5, 4, 1 iuvenis placidissime -um). STAT. Theb. 1, 250 o iustissime -um! (*Iovem alloquitur Iuno*). 1, 651 -um optime (*Apollo*). 9, 4 -um implacidissime (*Mars*). silv. 4, 6, 96 fortissime -um Alcida (*cf.* SEN. apocol. 7, 4 fortissime deorum Hercule). IVV. 6, 393 antiquissime -um . . . Iane pater. APVL. mund. 27 summus atque exsuperantissimus -um. MART. CAP. 1, 69 *primatus*. 2, 126 (vers.) doctus ille -um *Mercurius*. *feminine*: STAT. Theb. 10, 680 -um quaecumque. DRAC. Romul. 8, 98 iurgia -um compressi (*verba Paridis; idem* 8, 200 -um ... iudex). *cf. p. 1654, 80.* *gen.* **divorum** (*cf. p. 1649, 37*): CIC. leg. 2, 21 (*lex*) '-orumque iras providento' *sacerdotes*. VERG. Aen. 7, 211 -orum altaribus. CARM. Suet. Aug. 70, 4 nova -orum (*Apollinis, aliorum*) cenat adulteria (*Augustus*). Ov. met. 3, 282 multi nomine -orum thalamos iniere pudicos. MANIL. 4, 546 templa. 5, 18 votum (*gen. subi.*). 5, 347 numina. GERM. 555 aetas. SEN. Thy. 90 magne -orum parens nosterque (*cf. supra l. 28*). BVC. Eins. 1, 22 maxime -orum. SIL. 9, 299 -orum turba minorum. STAT. Theb. 3, 297 -orumque hominumque. IVV. 6, 115 rivales -orum (*Caesares*). APVL. apol. 43 potestates. Socr. 7 p. 137. 14 p. 148 *numerus*. MART. CAP. 2, 164 thripes -orum (*i. e. minores quidam divi*). 4, 424 complures. *dat.* **divis** (*cf. p. 1650, 12. 1651, 45*): NAEV. carm. frg. 25 (Non. p. 116, 35) gratulabatur (*i. gratias agebat*) -is. PLAVT. Amph. 635 ita -is est placitum. VARRO AT. carm. frg. 12. CIC. leg. 2, 20 (*lex*). 2, 21 (*lex*). CATVLL. 36, 10 vovere -is (*Veneri Cupidinique*). 64, 103 *promittere* (CIRIS 219. *cf.* CATVLL. 66, 33 *polliceri*). 64, 268 decedere. 68, 115. 141. LVCR. 3, 52 Manibus (6, 759). 5, 182 (*fort.* dis). 5, 1186. 1194 VERG. ecl. 4, 15. Aen. 2, 402 fidere (SIL. 12, 686 confidere). 2, 647 invisus. 3, 19 sacra *ferre* (8, 103. *cf.* HOR. carm. 3, 14, 6. 4, 2, 51 SEN. Ag. 644). 8, 301 decus addite -is (VAL. FL. 4, 417 *Io* -is addita). 12, 296 magnis data victima -is. 12, 817 AETNA 32. 66. HOR. carm. 1, 9, 9 permitte -is cetera. 3, 3, 18 Ov. met. 13, 186. 15, 764 LIV. 22, 1, 16. 22, 10, 7. 23, 11, 4. MANIL. 1, 211 -is ... simillima forma (*sc. globi*). 5, 291 -is concessa figura. SEN. Oed. 291 sacrate -is *Tiresia*. LVCAN. 9, 1103 ignoscere. PERS. 2, 4 SIL. 3, 502 *repugnare*. 6, 402. 8, 65. 11, 136. 494 *aequari* -is (17, 260). 13, 568. 17, 550 STAT. Theb. 3, 367. 12, 618 Ach. 1, 139. PRVD. perist. 5, 15 litare. CORP. VI 1779 d 24 (= CARM. epigr. 111, 21). MART. CAP. 4, 332. DRAC. Romul. 8, 80. *acc.* **divos** (*cf. p. 1649, 25. 40. 42. 46 sqq. 70. 1650, 7. 12. 18. 22*): INSCR. Dueni *v. p. 1649, 15.* LVCIL. 206 -os ture precemur (*cf.* VERG. Aen. 8, 279 SIL. 15, 8). CIC. leg. 2, 19 (*lex*) 'ad -os adeunto caste'. *ibid.* -os ... colunto (*cf.* carm. frg. 3 [de consul.], 70). CATVLL. 51, 2 superare. 64, 404 penates (HOR. sat. 2, 3, 176 per). 90, 5 veneretur (SIL. 11, 501). VERG. ecl. 1, 41 cognoscere. 8, 19 alloquor (CIRIS 405). Aen. 3, 222 *vocare* (3, 526. 5, 234 in vota [7, 471]. 6, 172). 6, 620 non temnere. 11, 301 praefatus -os *rex*. CIRIS 137. AETNA 52 provocat. 255 perquirere. HOR. carm. 2, 8, 11 *fallere* (SIL. 13, 746 iuratos). 2, 16, 1 *rogare*. 3, 4, 47. 4, 14, 34. sat. 2, 3, 206 placavi. 2, 4, 88 per (*l. 14* TIB. 1, 9, 2). ars 83 TIB. 3, 8, 5 PROP. 3, 11, 27. 4, 1, 17. Ov. trist. 3, 13, 23 exorare. GRATT. 96. 453 MANIL. 2, 12. SEN. Phaedr. 1242 *movere*. Thy. 619 -os *habere* faventes. LVCAN. 7, 725 VAL. FL. 1, 138. 669. SIL. 4, 215 salutat. 5, 118. 13, 820 dextros agnovit . . . -os. 14, 294 *testari*. 15, 421 *pacificare*. 15, 590. 17, 317 *horrescere*. STAT. Theb. 2, 348. 3, 155 tangere. 3, 457 explorant. 5, 622 arguo. 5, 750 *v. p. 1649, 65.* AVIEN. Arat. 2, 1019 PRVD. perist. 1, 69 CLAVD. 3, 86 ENNOD. carm. 2, 64, 1. *accus. pro subiecto*: PLAVT. Mil. 730 VERG. Aen. 7, 370 SIL. 15, 112. 147 STAT. Theb. 11, 480. *vocat.* **divi**: ENN. ann. 208 TIB. 1, 1, 37. 1, 4, 35 Ov. trist. 1, 2, 105 (*cf.* 1, 2, 1 di maris et caeli). 3, 3, 31 Ib. 83 LIV. 8, 9, 6. 29, 27, 1 SEN. Med. 595. 668 SIL. 9, 55 MART. CAP. 9, 893. CORP. VI 34117, 3 díví. *abl.* **divis**: CATO agr. 141, 1 cum -is volentibus. CATVLL. 62, 30. 64, 190 LVCR. 4, 591. 5, 53. CIC. nat. deor. 1, 63 *Protagoras* 'de -is ...' (*cf. Protag. frg. 4 D.*[2] περὶ μὲν θεῶν). HOR. carm. 4, 5, 1. ELEG. in Maecen. 2, 33 deus in terris, -is insignis avitis. MANIL. 4, 688 Thebae -is florentes. VAL. FL. 4, 438 -is geniti. 7, 498 SIL. 7, 73. *abl. absol.*: SALL. or. Lep. 27 bene iuvantibus -is (LIV. 31, 7, 14). Ov. met. 6, 526 VAL. FL. 3, 303 SIL. 6, 24. 9, 2. 14, 396. 15, 466. 17, 584 STAT. Theb. 1, 471. 11, 272.

***fem.*: *sing.*:** *nom.* **diva** (*cf. p. 1650, 50. 77. 82. 84. 1651, 5. 11. 19. 21. 35. 43. 47. 48*): LIV. ANDR. carm. frg. 25 CATVLL. 25, 5 (*loc. corr.*). 64, 8. 66, 64 VERG. Aen. 1, 482. 3, 552. 4, 365. 6, 367. 8, 387. 534. 10, 76. 12, 139 HOR. carm. 1, 3, 1 Ov. am. 3, 10, 25. 35 epist. 7, 107. 20, 188 met. 1, 623. 5, 464. 472. 7, 177. 13, 589 fast. 1, 696. 4, 268. 5, 193 trist. 1, 5, 76 LIV. 7, 26, 4 GERM. 550 SEN. Oed. 763 LVCAN. 8, 458 VAL. FL. 2, 120. 123. 226. 3, 488. 4, 80. 605. 6, 457. 467. 8, 321 SIL. 8, 205 STAT. Theb. 4, 769. 9, 637. 11, 496 Ach. 1, 528 TERT. nat. 2, 15 PERVIG. Ven. 28. 49 SOL. 1, 6 CLAVD. 3, 368. 17, 135 MART. CAP. 2, 141. 149. 168. 9, 919 SIDON. carm. 2, 387 MEROB. poet. 69.
gen. **divae** (*cf. p. 1650, 23. 46. 47. 55. 56. 67. 70. 1651, 21. 26. 35*): CATVLL 63, 25 illa -ae (*Cybelae*) ... vaga cohors. 64, 212. LVCR. 2, 623 *numen Cybelae* (VERG. Aen. 1, 447 *Iunonis*. 2, 232 *Palladis* [HOMER. 547 numina]. VAL. FL. 3, 235 *Cybeles*. SIL. 1, 93 *Proserpinae* numina. *cf. p. 1650, 46. 1651, 8*). CVLEX 291 (*Proserpinae*) munera (VERG. Aen. 6, 637 munere). VERG. Aen. 1, 505 foribus. 2, 168 virgineas . . . -ae (*Palladis*) . . . vittas. 2, 425 *Minervae*. 2, 787 Veneris. 8, 437 *pectus*. 8, 531 -ae promissa parentis. CIRIS 139 (?). 154 sacraria. Ov. fast. 4, 317 *imago* (STAT. Ach. 1, 334 *Thetidis*). GERM. 649 (*Dianae*) sacrum . . . pudorem. VAL. FL. 2, 369. 4, 419. 7, 395. SIL. 2, 520 dulcis honor -ae. 9, 486. 17, 43 tympana -ae (*Cybelae*). STAT. Ach. 1, 288 comas. MART. CAP. 1, 67 vultus. 2, 169 lectica (*Philologiae*). *ibid. nidores* (*Lunae*). *dat.* **divae** (*cf. p. 1650, 15. 24. 1651, 48. 58. 1652, 10 sqq.*): CATVLL. 64, 47 pulvinar . . . -ae (*Thetidi*) geniale locatur. CVLEX 288 PROP. 2, 28ᵇ, 61 Ov. met. 5, 640 GRATT. 125 VAL. FL. 3, 26. 5, 283. 6, 668. 7, 216 SIL. 1, 120. 13, 431 CLAVD. 22, 30 SIDON. carm. 2, 433. *acc.* **divam**: CATVLL. 64, 373. 66, 89 Venerem. LVCR. 2, 641 PRIAP. 75, 13 Ov. met. 5, 449. 9, 310 fast. 5, 685 STAT. Ach. 1, 232 AVIEN. orb. terr. 205. *acc. pro subi.*: LIV. 27, 37, 8 STAT. Theb. 5, 65. *vocat.* **diva**: LVCR. 1, 12. 28. 38 CVLEX 110. 119 VERG. Aen. 6, 197. 7, 41. 8, 396. 10, 255. 11, 560. 12, 179 HOR. carm. 1, 35, 1 o -a! 3, 22, 4. 3, 26, 9 carm. saec. 17 TIB. 3, 12, 5 PREC. terr. 4. 20. 22. 24. ⟨27⟩. 31 PROP. 2, 14, 27 Ov. am. 3, 2, 56 met. 5, 261. 527. 14, 12. fast. 1, 634 Maenali. 2, 598 Ilia. 3, 693. 4, 162. 920. 6, 347 EPIST. Sapph. 58 GERM. 98. 109 SEN. Herc. O. 1007 Phaedr. 54. 81. 274 VAL. FL. 2, 295. 612. 4, 336. 5, 199 SIL. 6, 468. 7, 82. 8, 30. 13, 136. 17, 40 HOMER. 1. 94 STAT. Theb. 1, 506. 4, 746. 762. 8, 317. 510 silv. 2, 1, 138 Ach. 1, 3 MART. 9, 19, 13 NEMES. cyn. 97 Ps. SOL. Pont. 16 CLAVD. 1, 165. 17, 174. *abl.* **divā** (*cf. p. 1651, 47. 61. 62*): [PLAVT. Poen. 1177 -a *AP*] Ov. met. 4, 288 Cythereide. 11, 218 VAL. FL. 1, 403 SIL. 8, 240. ***plur.*** (*plerumque de Musis, cf. p. 1650, 61*): *nom.* **-ae**: *v. p. 1650, 61. 1651, 22. 34. 57.* VERG. catal. 9, 22 Ov. epist. 15, 65 LIV. 23, 11, 1. *gen.* **divarum** (*cf. p. 1651, 40*): MELA 1, 94 *certamen* (*trium dearum; cf. p. 1653, 66*). STAT. Ach. 1, 809 SVET. gramm. 6. **divum**: *v. p. 1653, 65.* *dat.* **-is**: *v. p. 1651, 44.* *acc.* **-as**: STAT. silv. 1, 2, 8. 1, 4, 20. *vocat.* **-ae**: VERG. ecl. 10, 70 Aen. 7, 645 CIRIS 93. 98 PROP. 2, 2, 13 Ov. fast. 6, 97 (*Iuno et Iuventa*). LIV. 29, 27, 2 VAL. FL. 3, 216.

[*Schwering* †]

-us *et* -a *in titulis imperatorum domusque divinae* (*cf. supra p. 1650, 10 sq. et* GLOSS. θεῖος. ὁ ἐν θεοῖς. -os θείους. ἡμιθέους. deus vel imperator, quod [*vel* qui] post mortem quasi deus factus est. imperator, qui post mortem ut deus habetur. imperator, qui post mortem dei nomen accepit):

A *absolute positum*: *singularis*: *Caesar*: NEP. Att. 19, 2 *imperator -i filius*. VERG. Aen. 6, 792 Augustus Caesar, -i genus. OV. trist. 3, 1, 78 di, precor, atque adeo . . . Caesar, ades voto, maxime -e, meo. PETRON. 124, 290 -e. CORP. VI 385 *et passim in titulis filii, nepotum, pronepotum*. INSCR. numm. Cohen I p. 21 n. 1 August. -i f. *sim. saepe*. *Augustus*: CORP. X 7263 (*Segestae, dedicationis fragm.*) ⟨dei⟩vi f. deivo L. Sem⟨. . .⟩ (*fortasse e Graeco more*). INSCR. numm. Cohen I p. 194 n. 49—60 Ti(berius) -i f. Augustus. p. 208 n. 212. 213. *Claudius*: OCTAVIA 534 generata -o. *Vespasianus*: CORP. VI 943. 1258 (*al. in titulis Titi filii*). *cf.* SPART. Hel. 4, 4 (*verba Hadriani*) 'ego mihi -um adoptavi, non filium (*L. Ceionium Commodum, mortuum a. 138*)'. Geta 2, 8 (*verba Caracallae*) 'sit -us, dum non sit vivus (*sc. Geta frater*). CORP. VI 1163, 7 (= CARM. epigr. 279, 7; *a. 357*) *de Constantino I*. CLAVD. 15, 292 'cum -us abirem' (*verba Theodosii minoris*). 15, 320 -us. *adde*: SVET. Dom. 23, 1 -um appellare (CAPITOL. Pius 13, 3 Aur. 15, 3 SPART. Hadr. 27, 2 *al. cf.* ARNOB. nat. 1, 64 tyrannos ac reges vestros ... appellatis indigetes atque -os. ENNOD. opusc. 1, 81 p. 283, 12 frustra maiores nostri -os et pontifices vocarunt, quibus sceptra collata sunt). AVR. VICT. Caes. 14, 13 ad -i honorem eidem (*Hadriano*) deferendum. PS. AVR. VICT. epit. 34, 4 non -i vocabulum modo . . . sacravere (*sc. Claudio*). *nota de Nerone vivo*: TAC. ann. 15, 74 Cerialem Anicium consulem designatum pro sententia dixisse, ut templum -o Neroni quam maturrime publica pecunia poneretur ... tamquam mortale fastigium egresso *eqs*. ... *ibid.* deum honor. *pluralis* (*cf. l. 22 sq.*): SIL. 3, 625 o nate deum -osque dature! (*sc. Domitiane*; *cf.* VERG. Aen. 9, 642 dis genite et geniture deos *et* STAT. silv. 1, 1, 74 *et* 4, 3, 139 *p. 1656, 58*). STAT. silv. 1, 1, 24 primus (*Iulius*) iter nostris ostendit in aethera -is. 3, 3, 104 quae -um in vultus igni formanda liquescat massa (*i. in statuas divorum Caesarum*). PANEG. 6 (7), 14, 5 tua praeter omnes -os propria immortalitas. CAPITOL. Pius 5, 1 inter -os eum rettulit (SPART. Geta 2, 9 *et saepe*). VOPISC. Tac. 9, 5 -orum templum (LEX colleg. Aesc. et Hyg. [Corp. VI 10234] 8 in templo -orum in aede divi Titi [10. 23]. *diversum*: ACT. Arv. a. 145 [Corp. VI 32379] 24 in Palatio in aede -orum a. inc. sub Antonino Pio [Corp. VI 2087] 4 in Palatio in -orum. a. 218 [Corp. VI 2104] 6 ⟨in Palatio⟩ in -or(um). *cf.* CASS. DIO 76, 3, 3 ἐν ταῖς θεωρίαις ταῖς ἐν τῷ παλατίῳ ἥρωσι πεποιημένais *et Hülsen, Topogr. p. 81 et 565 sq.*). AMM. 25, 10, 5 -orum veterum monumenta. 28, 1, 11 -orumque arbitria. 30, 10, 1 -orum *reliquiae*. HIER. chron. a. Abr. 2105 -orum porticus (CVRIOS. urb. reg. 9 p. 14, 3. 15, 5 *al.* CHRONOGR. a. 354 chron. 1 p. 146, 17 -orum. *cf. Hülsen, Topogr. p. 564 sq.*). CLAVD. 15, 215 duo -orum proceres maiorque minorque (*Theodosii, Honorii avus et pater*). 22, 422 exultat uterque Theudosius -ique tui (*Stilicho appellatur*). 28, 56 optimus ille -orum (*Honorii pater*). SIDON. carm. 2, 317 -orum *numerus*. CORIPP. Iust. 1, 8 -ae (*appellantur Vigilantia et Sophia, Iustini minoris mater et uxor*). ANTH. 723 a 12 (*inter a. 451—553*) -os has (*synodos*) peregisse solos. CORP. XII 1577 flamen divorum (*saepe in titulis*). *cf.* XIII 8007 (= CARM. epigr. 20; *saec. II ex.*) -um sodalis. *nota de Caesaribus nascituris, quos divos futuros esse sentiri vult poeta* (*cf. supra l. 30*): CLAVD. 8, 647 quaenam tot -is veniet nurus? *cf.* 10, 13 -orum *nurus*.

B *apponuntur substantiva*: OCTAVIA 286 sancta quid illi (*sc. Octaviae*) prodest pietas -usque pater (*sc. Claudius. cf.* PLIN. epist. 10, 4, 2. 10, 8, 1 -us pater tuus [*Nerva*]. FRONTO p. 135, 11 N. -us pater vester [*L. Aelius*]. MARC. AVREL. epist. Marcell. dig. 28, 4, 3 *al. saepe de Septimio Severo apud* ICTOS. *cf.* CORP. III 781, 13 -i Antonini parentis nostri. CAPITOL. Maximin. 5, 4 'apud -um parentem meum Severum'. *sim. saepe*. CORIPP. Iust. 3, 127 de -o genitore [*Iustiniano*]). CALL. dig. 2, 4, 3 *rescriptum* -orum fratrum (*sc. Marci et Luci Veri*. 5, 1, 36 pr. 22, 5, 3, 6. 48, 2, 19 pr. *et saepe, etiam apud alios* ICTOS. MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 10 -i quoque fratres). TRYPH. dig. 3, 5, 37 (38) ut est constitutum a -is principibus (VLP. frg. Vat. ⟨125⟩. 149 PAVL. dig. 27, 9, 14. MARCIAN. dig. 48, 13, 5, 4 *constitutiones* principum -orum Traiani et Hadriani. 48, 17, 3 LAMPR. Alex. 29, 3. COD. Iust. 4, 1, 12, 6 (*a. 529*) vel a nobis vel a retro -is principibus. 6, 61, 5 -orum retro principum Theodosii et Valentiniani. INST. Iust. 2, 7, 3 a iunioribus -is principibus. 2, 20, 2. 3, 1, 15 -i autem principes. 3, 23, 2 anteriores -i principes. GREG. M. epist. 1, 16 a p. 19, 31 praesentia Marciani -i principis). LAMPR. Alex. 28, 6 -is imperatoribus (*cf.* COD. Greg. 13, 2, 2 -us imperator Probus). CLAVD. 8, 190 -i sidus avi (*sc. Theodosii maioris*). 10, 300 -e parens (*Theodosius*).

C *apponuntur nomina*: -us Iulius: CORP. I² 797 (= VI 872 = 31188) dívo Iúlio iussu populi Romani statutum est lege Rufrena. *sim.* 798 (= IX 5136) deivo Iulio. 799 (= IX 2628; *Aeserniae*) genio deivi Iuli parentis patriae quem senatus populusque Romanus in deorum numerum rettulit. VI 873. *et saepe, etiam in titulis filii* (882) *et nepotum*. INSCR. numm. Cohen I p. 14 n. 33 (*a. 38 a. Chr.*) imp. -i Iuli f. INSCR. numm. Grueber cat. Brit. mus. I p. 591 (*a. 37*) -i Iuli f. *et saep.* CIC. Phil. 2, 110 est ergo flamen, ut Iovi, ut Marti, ut Quirino, sic -o Iulio M. Antonius? OV. met. 15, 842 Pont. 2, 2, 86 VITR. 3, 3, 2. SEN. contr. 7, 3 (18), 9 (contr. exc. 7, 3). 10 praef. 16 suas. 2, 22. VAL. MAX. 1, 6, 13 (*in precatione*) tuas aras tuaque sanctissima templa, -e Iuli, veneratus oro ut *eqs*. 1, 7, 2 *et saepe*. *idem* -us Caesar: LIV. 34, 9, 3 VITR. 2, 9, 15 SVET. Aug. 96, 1 PORPH. Hor. ars 65 epist. 1, 5, 10. CORP. V 7478 (*Industriae*). *nota plur.*: -i ... Caesares: VAL. MAX. 2, 1, 10. *idem* -us Iulius Caesar: VLP. dig. 29, 1, 1 pr. Caesar -us Iulius: FAST. ann. Iul. Amitern. Iul. 20 (Corp. I² p. 244) Victor(iae) Caes(aris) div(i) Iul(i). -us Augustus (*cf. p. 1651, 66*) *passim in titulis et nummis et apud scriptores*: AT. CAP. Gell. 13, 12, 11 SEN. contr. 2, 4, 13 (*bis*). 2, 5, 20. 4 praef. 5. 7 VELL. 2, 36, 1. 39, 2. 91, 1. 100, 2. 124, 3. 127, 1 VAL. MAX. 1, 7, 1. 3, 8, 8. 7, 7, 3. 4. 7, 8, 6. 9, 15, 2 -i ... Augusti ... numen. PHAEDR. 3, 10, 39 SEN. apocol. 1, 2. 9, 5. 10, 1 clem. 1, 1, 6 *al.* ASCON. tog. cand. p. 69, 31 St. imperator Caesar, quem nunc -um Augustum dicimus. PLIN. nat. 7, 147 in -o quoque Augusto (TAC. dial. 17). 19, 128. IVS IVR. Arit. (Corp. II 172) 15 Iuppiter optimus maximus ac -us Augustus ceteriq(ue) omnes di immortales. LEX Salpens. (Corp. II 1963) I 30 ut is iuret per Iovem et -om Aug(ustum) et -(o)m Claudium et -om Vesp(asianum) Aug. et -om Titum Aug. et genium imp(eratoris) Caesaris Domitiani Aug. (II 1 LEX Malac. [Corp. II 1964] III 12). CORP. XI 1331 (*Lunae, a. 66*). *idem* -us Caesar Augustus: CORP. VI 882 dívo Caesari dívi Iulií f. Augusto. -us Iulius Aug.: INSCR. numm. Cohen I p. 159 n. 739 -o Iul. Aug. -i f. (n. 740). -us Iulius: *ibid.* p. 162 n. 779 -o Iulio (*Apameae*). -us Aug(ustus) Caesar): CORP. III 7061. -a Augusta: SEN. apocol. 9, 5 CORP. XIV 399. IX 1155 *al. cf.* X 7464 (*Haluntii, pars periit*) Liviae Augusti deae municipium. *eadem* -a ⟨Iul⟩ia: CORP. III 13524. -a Drusilla: CORP. XIV 3576. V 7345 INSCR. numm. Cohen I p. 235/6 n. 1. -us Claudius: SEN. apocol. 9, 5 (*verba Herculis*) 'censeo uti -us Claudius ex hac die deus sit'. 10, 4. 11, 5. PLIN. nat. 2, 99 *et saepe, etiam in titulis et nummis; v. Onom. II p. 474, 38 sqq.* -a Claudia *Neronis filia*: *cf.* TAC. ann. 15, 23 rursusque exortae adulationes censentium honorem -ae et pulvinar aedemque et sacerdotem. INSCR. numm. Cohen I p. 315. -a Poppaea *Neronis uxor* (*cf.* TAC. ann. 16, 21 deum honores Poppaeae decernuntur): TAC. ann. 16, 22 eiusdem animi est Poppaeam -am non credere, cuius in acta -i Augusti et -i Iuli non iurare. spernit religiones, abrogat leges. CORP. XI 1331 (*Lunae, a. 66*) -ae Poppaeae Augustae. INSCR. numm. Cohen I p. 315 n. 1 -a Poppaea Aug. -us Vespasianus: TAC. Agr. 9 Germ. 8 PLIN. epist. 1, 4, 5. 10, 65, 3 GAIVS inst. 1, 85 PAPIN. dig. 48, 22, 1 *al. saepe in titulis et nummis*. imp. -us Vespasianus: CORP. II 2637. -us Vespasianus Augustus: CORP. VI 938 *al.* INSCR. numm. Cohen I p. 415 n. 650. -us Augustus Vespasianus: CORP. IX 4684 *al.* INSCR. numm. Cohen I p. 369 n. 7 *al.* CORP. II 1049 (*in Baetica*) -o Caesari Aug. Vespasiano censori. -a Domitilla *Vespasiani filia*: CORP. V 2829. INSCR. numm. Cohen I p. 426 n. 2—4 *et* p. 427 n. 1—2 -a Domitilla Augusta; *cf. Stein, PW. VI 2731, 53 sqq.* -us Titus: PLIN. epist. 10, 65, 3 paneg. 35, 4 POMPON. dig. 1, 2, 2, 32 CALL. dig. 49, 14, 1, 3 VLP. dig. 29, 1, 1 pr. PAVL. dig. 50, 15, 8, 7 NOT. Tir. 39, 27 CORP. VI 945 *al.* INSCR. numm. Cohen I p. 462 *sq.* 465 *sq.* 468 n. 1—2 -us Titus Augustus. -i Vespasianus et Titus: CORP. VI 1548. XIV 2925 *al.* -a Iulia *Titi filia, mortua a. 89*: MART. 9, 1, 7 -ae dulce Iuliae numen. CORP. IX 1153 div⟨ae⟩ Iuliae Piae ⟨A⟩u⟨g⟩. III 13524. INSCR. numm. Cohen I p. 465 n. 1. 9 (*a. 90*) -ae Iuliae Aug. -i Titi f. n. 19. Domitianus: SVET. Dom. 23, 1 occisum eum populus indifferenter, miles gravissime tulit statimque -um appellare conatus est. NOT. Tir. 39, 27ᵃ. *alibi non legi videtur*. *Domitiani et Domitiae filius, natus a. 73, mortuus paulo post a. 81; cf. Stein, PW. V 1513, 63 sqq.*: INSCR. numm. Cohen I p. 135 -us Caesar. *eundem dicere videntur*: STAT. silv. 1, 1, 74 genitorque deorum (*sc. Domitianus; cf. ibid.* 4, 3, 139 parens deorum. SIL. 3, 625 -osque dature). -us Nerva: FRONTIN. aq. 102. 118. TAC. hist. 1, 1 principatum -i Nervae et imperium Traiani. PLIN. epist. 4, 11, 4. 5, 3, 5. 7, 33, 9 -us quidem Nerva. 10, 58, 7. paneg. 7, 4. 38, 6. 89, 1 -e Nerva. 90, 6 POMPON. dig. 1, 22, 32 CALL. dig. 40, 15, 4 *al.* NOT. Tir. 39, 28 CORP. VI 451. 452 *et saepe, praesertim in titulis filii, nepotis, pronepotis, abnepotum, adnepotum* (*Commodi, Severi, Caracallae, Getae*). INSCR. numm. Cohen II p. 13 *al.* -us Nerva Augustus: CORP. VIII 5323 INSCR. numm. Cohen II p. 13 n. 160. -us Augustus Nerva: CORP. III 384. -us Traianus: POMPON. dig. 48, 22, 1 *et saepe, praecipue apud* ICTOS. NOT. Tir. 39, 29. CORP. VI 967. 968 *et saepe*. INSCR. numm. Cohen II p. 88 n. 664—666. *al.* -us Traianus Augustus: CORP. IX 2456 *al.* INSCR. numm. Cohen II p. 98 n. 2 *al.* -us Traianus Parthicus: CORP. IX 1123. 1619 *et saepe*. INSCR. numm. Cohen II p. 78 n. 585 *al.* -us Traianus Dac(icus) Part(hicus): CORP. II 186. 5221. -us Traianus Parthicus Germanicus: CORP. II 4892. -a Plotina *Traiani uxor*: CORP. V 4387 *al.* INSCR. numm. Cohen II p. 99 n. 3; *v. PIR. III p. 73 n. 509*. -a Marciana *soror Traiani*: CORP. X 4744. 4745 *al.* INSCR. numm. Cohen II p. 102 n. 8—12. -a Marciana Augusta: CORP. IX 5894. III 2731 *al.* INSCR. numm. Cohen II p. 102 n. 3—13 -a Augusta Marciana. *v. PIR. III p. 466 n. 584*. -a Matidia *Marcianae filia*: CORP. XI 415. III 2731 *al.; v. PIR. II p. 353 n. 277*. -us Hadrianus (*cf.* SPART. Hadr. 27, 2 nec appellatus esset -us, nisi Antoninus rogasset. AVR. VICT. Caes. 14, 13): FRONTO p. 25, 18 N. CHAR. gramm. I 53, 14 *al., saepe apud* ICTOS. CORP. VI 985 *al., praecipue in titulis filii et nepotum*. INSCR. numm. Cohen II p. 127 n. 270—271. p. 234 n. 1509. 1510. -a Sabina *uxor Ha-*

[*Schwering †*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

driani: Corp. VI 984. V 6514 *al.*; *cf. PIR. III p. 430.* -a Sabina Augusta: Corp. VIII 8929. *de L. Ceionio Commodo v. supra p. 1655, 16; in titulis et nummis non legitur.* -us Pius *saepissime apud* Ictos *et in titulis, saepe* -us Antoninus Pius *et* -us Antoninus, *minus saepe* -us Pius Antoninus *et* -us Antoninus Aug. (Pius), *raro* -us Antoninus Caesar (Corp. VIII 1779); *cf. Mommsen, Ges. Schr. II p. 164 sqq.* -i Hadrianus et Antoninus: Pavl. frg. Vat. 244. Mod. dig. 27, 1, 6, 9. -a Faustina (Augusta) *maior, Antonini Pii uxor*: Corp. VI 987. 1006. IX 1113 *al.* Inscr. numm. Cohen II p. 408 *al.* -a Pia Faustina: Corp. VI 1019; *v. P. v. Rohden, PW. I 2312, 54 sqq.* -us Marcus *saepe apud* Ictos; *legitur* dei Marci *errore librarii pro* -i Marci: Vlp. frg. Vat. 195. 210. 220 Corp. VI 1028 *al.* Inscr. numm. Cohen II p. 109 n. 1056 *al.*; *alibi* -us Marcus Antoninus (Corp. VI 1031 Inscr. numm. Cohen III p. 19 n. 176), -us M. Antoninus Pius (Inscr. numm. Cohen III p. 10 n. 78), -us Antoninus Magnus Pius (Corp. VI 1083) *sim.*; *cf. P. v. Rohden, PW. I 2304, 13 sqq.* -a Faustina (Augusta) *minor, Marci Aurelii uxor*: Corp. V 7617 *al.*; *v. P. v. Rohden, PW. I 2314, 34 sqq.* -us Verus: Cvrios. urb. reg. 1 p. 2, 8 (Reg. urb. p. 3, 8). Corp. VI 1377, 7. 10. 1497, 8 *al.*; *alibi* -us Verus Parthicus maximus (Corp. III 1450), -us Verus Augustus (Corp. III 1457 *al.*), *cf. Stein, PW. III 1854, 38 sqq.* *traditur* -us Marcus et Lucius (Verus): Vlp. dig. 32, 11, 23 Marcian. dig. 23, 2, 57 a. Mod. dig. 28, 6, 4; *sed* -i Marcus et Lucius (Verus): Vlp. dig. 38, 16, 1, 1. 40, 5, 30, 13 frg. Vat. 168 Pavl. dig. 26, 5, 24 frg. Vat. 247 (?). -us Commodus *v. Onom. II p. 549, 59*; *cf. etiam* Spart. Sept. Sev. 11, 3. 4. -us Commodus Aug.: Corp. X 7342 *al.* *traditur* -us Marcus et Commodus: Call. dig. 29, 5, 2 Macer dig. 48, 5, 33 pr., *sed* -i Marcus et Commodus: Vlp. dig. 11, 4, 1, 2 Pavl. dig. 27, 1, 26 Marcian. dig. 39, 4, 16, 6. 48, 10, 7; *inc.* Pavl. coll. Mos. 4, 3, 6 (-os *coni. Mommsen*); Papin. dig. 31, 64 Marcian. dig. 30, 112 pr. *adde*: Corp. X 5064 (*periit*) evoc(atus) Aug(ustorum) divor(um) M. Antonini et Commodi. -us Pertinax: Call. dig. 50, 6, 6, 2 -i [Helvii] (*v. Mommsen, Ges. Schr. II 165, 47*) Pertinacis. 50, 6, 6, 13 Corp. VI 1577 *al. alibi* -us (P.) Helvius Pertinax (Aug. Pius): Corp. VIII 1576. 6995 *add.* 10593 *al.*; *adde*: Mod. dig. 40, 5, 12, 2 -us (-i?) Antoninus (*sc. Commodus*) et Pertinax. -us Severus *saepe apud* Ictos *et in titulis, praecipue Caracallae, Getae, Alexandri; legitur etiam* -us Pius Severus (Corp. X 334 *al.*), -us Severus Pius (Corp. V 5260 *al.*) *al.* *de Geta Caracallae fratre v. p. 1655, 17.* -us Antoninus (*Caracalla*): *saepe apud* Ictos; *in titulis*: -us Magnus Antoninus (Corp. XIV 4212. IX 4853 *al.* Inscr. numm. Cohen IV p. 145 n. 32—34 -o Antonino Magno), -us Magnus Pius Antoninus *sim.* (Corp. X 3342. 6893 *al.*). -us (*an* -i?) Severus et Antoninus *saepissime apud* Ictos. -a Iulia Augusta (*Domna*): Inscr. numm. Cohen IV p. 108 n. 24. 25. *eius soror* -a Maesa Aug.: Inscr. numm. Cohen IV p. 391 n. 2—4. -us Alexander: Reg. urb. 5 p. 7, 12 Corp. VIII 627 Inscr. numm. Cohen IV p. 463 n. 597—599. -a Paulina (*uxor Maximini*): Corp. X 5054 -ae Caeciliae Paulinae Piae Aug. Inscr. numm. Cohen IV p. 523 n. 1—4. -i Gordiani I *et* II (*cf.* Capitol. Gord. 16, 4 Max. Balb. 4, 3. Inscr. numm. Cohen V p. 4 n. 1 θεοὺς Γορδιανοὺς σεμν(οὺς) Ἀφρ(ικανοὺς) Σεββ.). Capitol. Maximin. 26, 2. Corp. VIII 10330 *al. in titulis Gordiani III*; *cf. P. v. Rohden, PW. I 2630, 60.* -us Gordianus (III): Capitol. Gord. 34, 3 (*inscr. sepulchri*). Cod. Iust. 6, 30, 22 pr. (*a. 531*). Inst. Iust. 2, 19, 6. *in titulis aut nummis non legitur*; *cf. P. v. Rohden, PW. I 2628, 8 sqq.* -us Decius *et* -us Herennius: Corp. VI 36760. -a Mariniana *fortasse P. Licinii Valeriani uxor*: Inscr. numm. Cohen V p. 341 n. 1—20; *cf. PIR. II p. 344 n. 212.* -us Victorinus Pius: Inscr. numm. Cohen VI p. 71 n. 23—26. 39; *cf. PIR. III p. 38 n. 302.* -us Valerianus Caesar (*filius Gallieni*): Corp. IX 5682 -o Valeriano Caes(ari). Inscr. numm. Cohen V p. 516 n. 2 *al.*; *alibi* -us Caesar Valerianus; *cf. PIR. II p. 275.* -us Caesar Gallienus (*Gallieni filius minor*): Inscr. numm. Cohen V p. 530 n. 1. -us Claudius: Paneg. 7 (6), 2, 2. 8 (5), 2, 5 (4, 2) Vopisc. Aurelian. 2, 1 *al.* Corp. II 6209. VIII 17880 (?). 22494 (= 10373) -us Aug. (?); *cf. Henze, PW. II 2462, 39.* Inscr. numm. Cohen VI p. 130 *sq.* 135 n. 53 *sqq.* -o Claudio Gothico. -us Aurelianus: Vopisc. Aurelian. tit. 1, 5. 3, 1. 37, 2. 42, 4 Corp. III 9758 *al.*; *v. Groag, PW. V 1404, 14 sqq.* -us Probus: Paneg. 5 (8), 18, 3. -us imperator Probus: Cod. Greg. 13, 2, 2. *alibi non legitur.* -us Carus: Nemes. cyn. 64 -i ... Cari (*cf.* 71 *Carine* paene prior genitore deo). Inscr. numm. Cohen VI p. 352 n. 14 -o Caro Pio (n. 18). n. 15 -o Caro (n. 20). n. 16 -o Caro Aug. (n. 21). *al.* -us Numerianus: Inscr. numm. Cohen VI p. 369 n. 10—12; *cf. Henze, PW. II 2514, 16.* -us Nigrinianus: Corp. VI 31380 Inscr. numm. Cohen VI p. 404 n. 1—4; *cf. PIR. II p. 407 n. 75.* -us Diocletianus: Cod. Theod. 8, 4, 11 Cod. Iust. 12, 57, 3. *alibi non legitur.* -us Maximianus: Corp. X 5805. XII 5696, 1 Inscr. numm. Cohen VI p. 495. 533. 545. -i Diocletianus et Maximianus: Cod. Greg. 13, 2, 3. 13, 3, 1. -us Maximianus iunior: Inscr. numm. Cohen VII p. 102. *idem* -us Galerius Maximianus: Corp. VIII 2385 b. -us Augustus: Corp. VIII 10375 (*verba postea addita*). -us Iovius Maximianus: Corp. III 5325. -us Constantius: Paneg. 6 (7), 3, 3 *al. et saepe in titulis; legitur etiam* -us Constantius Augustus, -us Augustus, -us Constantius Pius *sim.*; *v. Onom. II p. 577, 54.* -i Diocletianus et Constantius: Cod. Herm. 6, 1. -us Romulus *Maxenti filius*: Corp. VI 1138 Inscr. numm. Cohen VII p. 182 n. 1—12. -us Constantinus: *v. Onom. II p. 574, 20. 68. 74. nota*: Corp. VI 1151 (*periit, a. 337—341*) -o ac venerabili principi Constantino patri principum. -us Constantius (*II*): *v. Onom. II p. 577, 71.* -us Constans: *v. Onom. II p. 569, 45.* -us Iulianus: Amm. 26, 10, 8 Cod. Theod. 5, 15, 17. 8, 4, 9. 10, 4, 2 (*a. 365*). 14, 6, 5 (*a. 419*). -us Theodosius Aug. (I): Corp. VI 1730. 1731. -us Iovianus: Cod. Theod. 1, 6, 2. 3. 1, 16, 9. 1, 28, 2 *et saepe.* Cod. Iust. 1, 4, 1. 1, 40, 5 *al.* -us Valentinianus: Avell. p. 39, 5 venerabilis memoriae -us V. Marcell. chron. II p. 61, 382, 1 Cod. Theod. 10, 3, 3 (*a. 380*). -us Gratianus: Veg. mil. 1, 20 Cod. Theod. 8, 4, 17 (*a. 389*). *nota*: Symm. rel. 40, 1 apud -um atque inclytum Gratianum. -us Honorius: Novell. Valent. 31, 1 pr. Cod. Theod. 3, 1, 10. Marcianus: *v. p. 1655, 73.* -us Maiorianus: Novell. Sev. 1 pr. -us Anastasius (*imp. Byzant. 491—518*): Marcell. chron. II p. 103, 532, 14. -us Iustinus (I): Inst. Iust. 2, 7, 3. *adde de episcopo Romano*: Anth. 723 a 16 (*inter a. 451—553*) effulsit -us papa simul Iulius. *nota de Sophia, Iustini II. uxore viva*: Coripp. Iust. 3, 147 -a Augusta favens.

dīvum, -ī *subst. neutr.* [a dīvus] *i. fere quod* caelum; *cf. etiam* dīum *p. 1642, 57.* *de adiectivo usu*: Caper gramm. VII 105, 19 sub -o (*M*, diu *B*, *C corr.*, dio *B corr.*, *C*) legimus (*Verg. georg. 3, 435*), audimus vero de eo, quod subiungebant veteres et dicebant 'sub -o caelo'. *cf.* Anon. med. ed. Piechotta 75 *medicamentum* subdibum caelum ponito. Varro ling. 5, 66 olim Diovis et Di⟨e⟩spiter dictus, id est dies pater, a quo dei dicti, qui inde et dius (dies *codd.*) et -um, unde sub -o, dius Fidius. itaque inde eius perforatum tectum, ut ea videatur -um, id est caelum. Serv. Aen. 2, 512 'nudoque sub axe' hoc est sub -o, quod impluvium dicitur. [*loc. corrupt.*: Afran. com. 105 (Non. p. 207, 37) *cf. p. 1642, 74.*] **sub dīvō** *cf.* sub dio *p. 1642, 65* (Gloss. ἐν ὑπαίθρῳ [*cf.* II 190, 15 subdivum ὕπαιθρον. 463, 11 ὕπαιθρος subdivus]. in rore. sub patenti caelo. sub caelo puro. sub aeris axe. sub auras, sub caelo): Varro ling. 5, 161 in hoc (*cavo aedium*) locus si nullus relictus erat, sub -o qui esset, dicebatur testudo. Cic. Verr. 2, 51 Nep. Paus. 5, 2 Eum. 5, 7 (subsidio *AP*; *cf.* Colvm. 6, 6, 2 *p. 1642, 67*). Verg. georg. 3, 435 (dio *P*). Hor. carm. 2, 3, 23 (dio *v. l.*). 3, 2, 5. Vitr. 1, 2, 5 aedificia sub -o hypaethraque *constituere*. 3, 2, 8 medium ... sub -o est sine tecto. Act. Arv. a. 21 (Corp. VI 32340, 11) sub div⟨o contra orient⟩em. Sen. contr. 3 praef. 13. Cels. 1, 2, 6 ambulatio ... melior ... est sub -o quam in porticu. 1, 3, 37. 1, 10, 1 (*J*, diu *FV*) Colvm. 1, 8, 9. 6, 3, 1. 6, 4, 1 (dio *S*). 11, 3, 51 Svet. Iul. 72 Aug. 82, 1. Ampel. 8, 16 (Avg. civ. 21, 6). Gell. 10, 15, 16 sine apice sub -o esse. Sol. 20, 15 (dio *M*). Cet. Fav. 19 p. 302, 15 Itin. Anton. Plac. rec. A 11 Vir. ill. 68, 3 Pallad. 1, 35, 7. 3, 25, 9. 4, 10, 7. 9. 4, 11, 8. 5, 5. 6, 8, 2. 6, 14. 17. 7, 8 Pelagon. 270 Veg. mil. 1, 3. mulom. 1, 14, 6 sub -o et libero aere. 2, 120, 3 *v. infra l. 60.* Chiron 181. 558. 765 Clavd. 21, 124 Theod. Prisc. eup. faen. 7. 38 (*sed* 1, 94 sub sole). Evstath. Bas. hex. 6, 10 p. 933^{D}. *nota*: Garg. Mart. cur. boum 2 sub -o (dio *L*) caeli. sub divo columine (*cf. p. 1642, 71*): Act. Arv. a. 91 (Corp. VI 2068 I 29) sub -o columine contra orientem. a. 183 (Corp. VI 2099 I 11) contra orientem ⟨sub⟩ -o columine. *cf.* a. 186 (Corp. VI 2100 a 5) contra orientem s⟨ub divo columine⟩. sub -o culmine: Act. Arv. a. 90 (Corp. VI 2067, 30) sub -o culmine contra orientem. *item* a. 105 (Corp. VI 2075 a 15). a. 118 (Corp. VI 2078 a 13). a. 120 (Corp. VI 2080 a 14). a. 122 (Corp. VI 2081, 2). *cf. Leo, Archiv 10 (1898) 273 sqq.* **sub dīvum**: Hor. carm. 1, 18, 13 nec variis obsita frondibus (*orgia*) sub -um rapiam. Chiron 413 sub -um ponito (*sed* Veg. mulom. 2, 120, 3 ponito sub -o). Anon. med. ed. Piechotta 90 sub dibum facito. *cf. supra l. 26.*

dīvus, -a, -um *adi. i. q.* divinus, *ortum ex usu verborum* divus *et* diva *appositione cum imperatorum nominibus coniunctis* (*fort. adiectivum sentiendum est supra l. 4*); *cf. quae scripsi Ind. Forsch. 34 (1914) p. 1 sqq.* *legitur inde ab saeculo IV vel III.* Gloss. θεῖος. [Naev. carm. frg. 30 (Non. p. 197, 16) res -as (dinas *Leo*) edicit.] fulgur divum *v. p. 1642, 37.* Corp. VIII 8870 (= Carm. epigr. 501, 8; *fortasse saec. III*) decreta ... Parcarum -a. Opt. Porf. carm. 10, 30 *Claudius* dat clarum e numine -o imperium. 18 (VIII) p. 56 pietas iuvat armaque -a. Prvd. cath. 12, 90 regnum quod ambit omnia -a et marina et terrea. psych. 76 omnis iam -a caro est quae concipit *Christum.* 812 *Hierusalem* suscepit iam -a deum. Alc. Avit. carm. 5, 64 -ae (divinae *L*) vocis Anubem. *adde*: Coripp. Iust. 4, 176 -a (*i. e. divorum Augustorum*) propago. Anth. 723 a 21 non tacet hoc -o fulgens Ephesena tropheo (*i. e. auctoritate imperatoris*). Conc. Const. a. 536 Mansi 8, 977^{B} in -a civitate (ἐν Θεουπόλει). *fortasse* Gloss. V 191, 5 -is auspiciis (divisa ospiciis *codd.*) ⟨a⟩ dis, qui auspiciis favent, id est initiis. *nota formulam* -ae memoriae *de imperatoribus mortuis. anteponitur nomini*: Cod. Theod. 5, 13, 3 Iuliani. 6, 27, 7 -ae m. pater noster (*Theodosius I*). 11, 20, 1 (*a. 368*) Constantio. 14, 4, 6 (*a. 389*) Gratiani. 14, 17, 12 (*a. 393*) Constantini vel Constantii. 15, 5, 66 Constantini. Novell. Theod. 5, 1, 1 Constantini. Novell. Mart. 4, 1, 3. 5, 1 pr. Valentiniani et Valentis et Gratiani. Cod. Iust. 10, 32, 61 pr. (*a. 457—465*) Iuliani. 10, 32, 61, 1 Zenonis. 11, 54, 1, 2 Marciano. 12, 19, 11

[Schwering. †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Theodosii et Valentiniani principum. NOVELL. Iust. 22, 14 -ae memoriae dicimus Constantinum (*τὸν τῆς ϑείας . . . λήξεως*). 62, 2, 5 Zenonis. LEX Visig. 2, 1, 5 domni et genitoris mei Chindasvindi regis. 12, 2, 15. 17. 12, 3, 12. GREG. M. epist. 1, 16ᵃ p. 18, 9 Iustiniani principis (p. 20, 26). *ibid.* p. 19, 34 Marcianus imperator. *ibid.* p. 19, 30 Theodosio iuniore. *postponitur nomini*: COD. Iust. 4, 35, 23 pr. Anastasio -ae memoriae principi. 5, 14, 10 (*a. 529*) lege Leonis -ae memoriae. 6, 20, 19, 2 (*a. 528*) Arcadii et Honorii. 8, 10, 13 Zenonis (7, 37, 3 pr. INST. Iust. 2, 6, 14. 4, 6, 33 l. 34). NOVELL. Iust. 22, 27 Leo. 22, 46, 2 Leonis (*τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως*). 89, 12 pr. Valenti . . . et Valentiniano et Gratiano. 105, 2, 1 Marciani. 107 praef. a Constantino. *Schwering (†).*

2. dīvus fratruelis GLOSS. II 577, 16 (*'ϑεῖος est* avunculus *vel* patruus' *Götz*).

diynu *collyrium quoddam*: CORP. XIII 10021, 76 (*signac. ocul.*) D. Galli Sesti -u ad asp(ritudines). *videtur esse δι' οἴνου, item* CORP. XIII 10021, 41 Tib. Cl(audi) Di(. . .) crocodes d i h y n u.

dmois *i. δμωίς inter exempla vocabulorum, in quibus ante* m *inveniuntur* c d g t: PRISC. gramm. II 42, 21. *cf.* TER. MAVR. 889 *δμῶας* et *Τμῶλον* . . . graeca nomina. *D.*

***1. dō,** dedī, datum, dare. [(reddo *ex* re-dĭdo) *cf. c. uestin.* didet *'dat', paelign.* dida *umbr.* dirsa dersa *'det', osc.* didest *'dabit'*, deded *'dedit', gall.* δεδε *'dedit', gr.* δίδωμι ἔδομεν δοτός, *ind.* dádāti *'dat', aor.* ádāt *perf. med.* dadē, *lituan.* dŭmi dŭdu *armen.* tam *'do', alban.* δašε *'dedi'*, *cf.* 2. cedo, donum, dos. — duim *cf. c. gr.* δοίην, *cypr.* δοϜέναι, δυϜάνοι (*opt. praes.*) *et c. umbr.* purdouitu *'porricito'*, purditom *'porrectum', ind.* dāvánē *'ad dandum', lituan.* dōvana *'donum'*. *in compositione hoc verbum non facile distinguitur ab altero, quod cf. est c. gr. τιϑέναι, de quo v. s. vv.* facio, abdo. *Th.*]

de ***prosodia***: PRISC. gramm. II 471, 13 *sqq. verbum 'do' 'a'* paenultimam in praesenti et in praeterito imperfecto et futuro et infinito et participio praeteriti corripit (*de part. praet. etiam* 519, 17. 534, 4 *al.*). MART. CAP. 3, 314. *syllaba* da- *producitur*: SACERD. gramm. VI 530, 1 dāte (*versus a grammatico fictus*). CARM. c. pag. 41 dāret. CYPR. GALL. gen. 224 dāturus. 934. 1373. 1402 dātum. exod. 1167 dābitur. iud. 116 (*at* gen. 1433 dăta. num. 533 dătam. *passim*). PAVL. PELL. 449 dāre. CARM. de aegr. Perd. 107 dāturus. CORIPP. Ioh. 2, 333 dāmus (dēmus *corr. Mazz.*; dămus *legitur* Ioh. 4, 19 Iust. 3, 353. 393). *apud* COMM. *hae formae saepe sub ictu versus positae sunt, ex. gr.* instr. 1, 13, 2 dáte. 1, 30, 12 *al.* (*at* apol. 136 dătur *al.*). *cf. etiam formam apicatam* CORP. X 3903, 16 dáta. dēdit *v. Onom. vol. III p. 117, 68 (et 69?)*. *cf.* COMM. instr. 2, 12, 1. *formae monosyllabae longae sunt, nisi quod de formis* dat *et* det *haec monenda sunt: an* PLAVT. *formam* dat *productam adhibuerit, certo diiudicari nequit; longam eam putat Lindsay, Archiv 11 (1900) 127 sq., qui neglexit* Rud. 900 (dat *codd.*), *correptam propter* PLAVT. Cas. 44 (*in prologo*) *et* Trin. 847 *Sommer, Lat. Laut- u. Formenl.² p. 539. Krit. Erläut. p. 154; sed de* Trin. 847 *parum constat. de a brevi constat* LVCR. 2, 262 VERG. *passim. forma* det *producitur (ante dipodiam vel pedem sesquialterum, quo versus clauditur)*: PLAVT. Persa 68. 327. *corripitur inde a* LVCR. 2, 489 HOR. epist. 1, 18, 112 *passim.* *in ceteris coniunctivi praes. formis syllaba* de- *non corripitur nisi* DRAC. laud. dei 1, 361 dĕmus. 3, 751 dĕtur (Romul. 8, 314. 9, 81. 226 ANTH. 326, 6). *terminationes longae propter iambicarum syllabarum correptionem metricam apud scaenicos passim corripiuntur, ex. gr.*: dĕdĭ: PLAVT. Bacch. 1081 Capt. 364. dabŏ: PLAVT. Bacch. 103 TER. Hec. 697. *cf.* dedĭsti: PLAVT. Bacch. 687 Curc. 345 Men. 508 (?). 689; *post scaenicos corripiuntur*: dabŏ: CATVLL. 13, 11 OV. epist. 16, 260 SIL. 15, 118 STAT. silv. 2, 7, 81 Ach. 1, 92 MART. AVSON. datŏ: AVIEN. orb. terr. 1046. dabăs: HIL. gen. 2. *de formis* dederīs, dederītis *v. Neue-Wagener III³ p. 428 sqq. adde*: IVVENC. 1, 664 dederītis.

de ***formis*** (EVTYCH. gramm. V 474, 12 *'do' verbum in simplicitate praeter regulam declinatum . . . primitivum enim existens tertiae debuit esse coniugationis eqs.*): *de formis stirpis* ***praesentis:*** *act.*: [*? ind. praes.* d i d e t CORP. I² 394 *v. adn. Bücheleri, qui confert* d e d a CORP. I² 379 *v. p. 1015, 6.*] d a n u n t (PAVL. FEST. p. 68 NON. p. 97, 13. GLOSS. V 640, 27 danunt dant. 566, 48 dederunt. *cf.* II 48, 28 dianunt [danunt ac] *διδῶσιν*): NAEV. carm. frg. 42 PLAVT. (dant *14ⁱᵉˢ*) Capt. 819. Curc. 126 (dant *codd.*). Merc. 226 (*corr. Pylad. cf.* Rud. 594). Most. 129. 561 Persa 256. 852 Poen. 1253 Pseud. 767. 770 (Rud. 1229 *pars codd.*). Truc. (181 *vs. corrupt.*) 245 (*A aliter*) CAECIL. com. 176 (*ibid.* dant). PACVV. trag. 207 TIT. Vertul. carm. epigr. 4 (Corp. I² 1531 *ca. a. 150 a. Chr.*), *non apud* TER. (*de collocatione, quae apud scaenicos fere est in exitu versus aut ante diaeresin septenarii iambici, cf. Jacobsohn, Quaest. Plaut. p. 14; rectius Jachmann, Glotta 7 [1916] 51 sq.*). dan(unt): CORP. I² 1618. dant *inde ab* ENN. scaen. 378 ann. 78. 94 *et* PLAVT. (*v. l. 68*) *passim.* GLOSS. d u u n t, d u n t: dant tribuunt. *inf.*: GLOSS. d u e r e: dare vincere. d a r i (*i.* dare[?]): TAB. cens. Varro ling. 6, 86. *c o n i. p r a e s.* (*sed cf. R. Schoell, leg. XII tab. rell. p. 83; Sommer, Lat. Laut- u. Formenl.² p. 539 sq. 581; Krit. Erl. p. 155 sq.; formae* duis *sim. apud scaenicos plerumque extant in exitu iambico*) d u i m: PLAVT. Aul. 672 (dium *P*; dēm *30ⁱᵉˢ*). d u e m dem GLOSS. d u i s (PAVL. FEST. p. 66. GLOSS. duis duas res significat: nam et pro *δίς* ponebatur et pro dederis. DIFF. Suet. p. 309, 25 duis aeque aliud significat quod est des [*coni.* *Βασῆς, Ἀϑηνᾷ* 9 (1897) 47; quod est de situ *codd.*]): PLAVT. Capt. 331. 947. Men. 267 (*Beroald.*, dus *P*). Rud. 1368 Vid. 51. 52. 85 CATO agr. 141, 3 PACVV. trag. 219. LIV. 10, 19, 17 (*precatio Appi*). d u a s: PLAVT. Aul. 238. *cf.* Merc. 401 (duas *C*, tuas *B*, des *D*; *aliter A*). des (GLOSS. *δώοις* [*δώῃς*?]): *inde ab* ENN. ann. 360 sat. 2 PLAVTO (*38ⁱᵉˢ*) TER. (*7ⁱᵉˢ*) PACVV. trag. 208. d u i t (GLOSS. *δοίη*, det V 17, 18 dividit *fortasse* dederit): LEX reg. ed. Bruns A II 12 (Paul. Fest. p. 221) LEX XII tab. 4, 2 venum duit (Gaius inst. 1, 132 Vlp. reg. 10, 1 [du(it?) *cod. Gai*, dauit *cod. Vlp.*, duuit *R. Schoell post alios, cf. leg. XII tab. rell. p. 83 sq.*). LEX Cincia (frg. Vat. 307) CARM. Liv. 22, 10, 2 PLAVT. Asin. 460 Aul. 62 TER. Phorm. 713. APVL. apol. 64 [*de* NOT. Tir. 94, 29 (*v. p. 1020, 78*) *cf. Heraeus, Archiv 12 (1902) 39 adn.* COMM. instr. 1, 14, 7 *coni. Dombart.* dicet diat *al. codd.*] d u e t det: GLOSS. det *inde a* PLAVTO (*41ⁱᵉˢ*) TER. (*9ⁱᵉˢ*). d u e r i t dederit: GLOSS. d u i n t (PHOC. gramm. V 436, 8 *inter defectiva in modis*. GLOSS. duint. *δοῖεν. δῶσ[ωσ]ιν*. dent tribuant): PLAVT. Amph. 72 Most. 655 Pseud. 936 (diunt *P*) Trin. 456 TER. Andr. 666 Phorm. 519. 976. 1005 CIC. Catil. 1, 22 (*C*, duent, dent, donent *cett.*). Phil. 10, 13 (dicit *V¹*, dent *cett.*, *corr. Halm*). TAC. ann. 4, 38 AVR. Fronto p. 67, 22 N. GLOSS. d u e n t dent vel imbuunt. dent, tribuant. dent: PLAVT. (*18ⁱᵉˢ*) TER. Andr. 8. d a n (*i.* dasne, *quod legitur* STAT. Ach. 1, 901): PLAVT. Asin. 671 (dant *P*). Truc. 373 (da *A*, dant *P*). 940. d a t i n (*i.* datisne): PLAVT. Curc. 311 Truc. 631. *imp.*: GLOSS. d a m d e (*vel* dande *codd.* d a n i t e *Loewe, Landgraf*): date. *imp. fut.*: d a t o d: LEX luci Spolet. (Corp. I² 366) 2 (*bis*). *part. praes.* dans *inde a* TER. Ad. 473 CORP. I² 1592 d(ante). *nusquam frequentatur* (*pro substantivo v. p. 1663, 65 sqq.*). *abl.* dante (*l. 26. p. 1661, 8*): AETNA 632 HOR. epist. 1, 17, 22 OV. epist. 15, 166 LIV. 22, 6, 11. *acc. plur.* dantīs: PROP. 4, 5, 47 (*Corp. IV 1894*; -es *cod.*). dantia: ITALA cod. e g *et* VVLG. I Cor. 14, 7. d a m d u m: LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 17. 49. *fut.*: d a b e t: CORP. III 12473. VI 36364 CARM. epigr. 1549, 19. davet: CORP. X 3037, 9. d a v i t: TRACT. in Luc. 1, 32 CORP. V 6244. 8739. VI 35283. XIV 307. 667 INSCR. Dessau 2796 (*Concordia, saec. V*). INSCR. Bulletino di archeol. e storia Dalmata 1907 p. 9 INSCR. Revue archéol. 19 (1912) p. 465, 44 (*Salonae, christ.*). GLOSS. IV 48, 1. 502, 15. *cf.* venundavit (*v. Georges, Wortf. s. v.*). d a b i n (dabisne PLAVT. Pseud. 117): PLAVT. Bacch. 883 Pseud. 536. 1078. *cf.* CATVLL. 116, 8 tu dabi supplicium. *pass.*: DIOM. gramm. I 379, 25 d a r i s datur, raro d o r reperimus. *sim.* MACR. gramm. V 629, 17. 654, 23 PRISC. gramm. II 371, 20. *formae primae et alterius pers. passivi stirpis praesentis omnino raro inveniuntur, nempe his locis*: CATVLL. 64, 152 dabor (STAT. Theb. 1, 178). BELL. Hisp. 17, 2 demur (dedimur *codd.*). STAT. silv. 3, 4, 45 daberis. PLIN. epist. 3, 4, 3 darer. VVLG. Ezech. 21, 29 dareris. *nota*: GLOSS. d o r *δίδομαι*. d a s i dari: PAVL. FEST. p. 68 (*cf. Sommer, Lat. Laut- u. Formenl.² p. 591 adn. 1*). d a r i e r: LEX reg. Fest. p. 189. d a r e i: PLAVT. Merc. 777 *et* 778 *A* (Rud. 1292 *P* dare *Leo*). LEX repetund. (Corp. I² 583) 9. 69 LEX Corn. de XX quaest. (Corp. I² 587) 2, 34 LEX Rubr. (Corp. I² 592) 2, 28 *al.* darI: INSCR. Notiz. degli scavi IX 1912 p. 156 vs. 37. dari: *inde a* NAEV. com. 23. [*?* d u i t o r: LEX XII tab. (Plin. nat. 21, 7) *coni. Gronov.* duitur (*probat Mommsen, cf. etiam Sommer, Lat. Laut- u. Formenl.² p. 540*) *vel* arguitur *libri*. arduuiutur *R. Schöll.*]. *de* ***perf.*** *act.* (*tritissima apud* GRAMM., *ex. gr.* CHAR. gramm. I 243, 14 DIOM. gramm. I 366, 8 *al.*): d i d i t: CORP. I² 610. d e d e t: ELOG. Scip. (Corp. I² 9) 6 CORP. I² 31. 48. 49. 365 (*Faleriis*). 388 (*in finibus Marsorum*). VI 30858. VIII 23965. d e d e: CORP. I² 47 (*in agro Tiburtino*). 377 (*cipp. Pisaur.*). 380 (*item*). 477. 2438 (*Minturnis*). d e d e i t (*cf.* dedei PLAVT. Men. 535 *A*): TAB. triumph. Barberin. IV (Corp. I² p. 77) a. 726 (*aliis locis semper* dedit). dedit: CORP. I² 41. 42 *et inde passim*. d e d e r i (*i.* dedere): CORP. I² 37. d e d r o (nt): CORP. I² 379. d e d e r o (nt): INSCR. Notiz. degli scavi IX (1912) p. 21, 37 (*Romae*). ⟨d⟩ e d e r o (nt): CORP. I² 61. d e d e r o n t (*cf.* QVINT. inst. 1, 4, 16): CORP. I² 383. d e d r o n (t): CORP. I² 30. d e d r o (n) t: CORP. I² 378 (*cipp. Pisaur.*). dederunt *inde ab* INSCR. coc. Falisc. (Corp. I² 364 a). d a e d e r (unt): CORP. VI 20278, 3. XIV 25. d e d i s e: S. C. de Bacch. (Corp. I² 581) 14. GLOSS. d u i t: dedit tribuit (*cf. l. 6 et p. 1659, 84*). [*?* d a v i t consecravit GLOSS. IV 48, 1 (-bit consecravit *var. lect.*). *cf. Sommer, Lat. Laut- u. Formenl.² p. 570.*] *formae stirpis* ***part.*** **dat-**: *inf. fut. pass.* (*cuius loco inf. praes. pass. extat* COMM. instr. 2, 30, 17): datum iri: PLAVT. Cas. 699 (*cf.* Poen. 512). TER. Hec. 40 *al.* d a t u i r i: POMPON. dig. 33, 5, 8 pr. VLP. dig. 45, 1, 38, 21 LACT. inst. 4, 17, 3.

n o t a t u r per d *in iuncturis tritissimis*: d(ata) d(ecreto) d(ecurionum). d(edit) d(edicavit). d(onum) *sive* d(ono) d(at) l(ubens) m(erito). d(e) s(uo) d(at). a(gris) d(andis). f(rumenti) d(andi). d(are) d(amnas) e(sto). d(are) d(ebebit). l(ocus) d(atus). d(atum).

de ***significationibus***: SEN. benef. 5, 10, 1 quemadmodum vendere, sic dare aliquid a se dimittere est et id quod tenueris habendum alteri tradere. DON. Ter. Andr. 199 *v. p. 266, 5 sqq.* SCHOL. CIC. Gron. B p. 328, 18 St. datur, quod petitur; offertur, quod ultro praestatur. NON. p. 278. 279. GLOSS. do *δίδωμι, διδῶ*. dat tribuit, persolvit. dare *δοῦναι* (*cf.* PAVL. FEST. p. 69). -isti *ἔδωκες* (*sic*). GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357ᵃ *δόμ* (*i. δω?*) *δίδωμι. δάρι δίδοσϑαι. δάβις δώσεις. ἰν δάνδε* (*i.* in dando) *ἐν δόσει*. *dantur et res, quae praebenti reddantur, quaeque* *a c c i p i e n t i u m* *fiant* (*sic* GAIVS inst. 3, 90. 4, 5 VLP. dig. 23, 3, 9, 3. 45, 1, 75, 10 dominium omnimodo effi-

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ciatur stipulatoris. 46, 3, 14, 8 PAVL. dig. 50, 17, 167 pr. *cf.* LABEO dig. 32, 29, 3 -erat ut habere non possis. IVLIAN. dig. 39, 5, 1 *de modis donationum*). *interdum formis stirpis praesentis dicitur de ipsa voluntate praebentis, ita ut significet fere i. q.* *offerre* (*v. p. 1667, 50. 1677, 7. cf. p. 1678, 75*): PLAVT. Cist. 217 quod dat, non dat; deludit. TER. Andr. 545 quam -bam *filiam*. VERG. Aen. 12, 394. HOR. sat. 2, 3, 259 (*syn.* porrigis). OV. epist. 16, 117 LIV. 31, 19, 4 SEN. contr. 1, 7, 3. SEN. epist. 98, 13 latum clavum divo Iulio dante non recepit. CVRT. 4, 11, 20. LVCAN. 9, 1024 (SCHOL. *ad l.* quae tu largiri velles). SIL. 1, 455 MART. 6, 66, 9. 10, 75, 6 *al.* *de permutatione possidentis transfertur ad permutationem loci et status rerum hominumque, ut accedat ad notionem* *ponendi, reddendi, faciendi* *adiuvantibus compositis a radice* dhē *ductis* (*cf. p. 1659, 28 sq.*). *locos huius significationis congessit Thielmann, Das Verbum* dare *im Lateinischen als Repräsentant der indoeuropäischen Wurzel* dha. *Leipzig 1882 (at cf. F. Haussen, Phil. Rundschau 2 [1882] p. 1204 sqq.).*

legitur inde ab INSCR. *antiquissimis (v. p. 1662, 34. 1670, 3) per totam latinitatem.* [*it.* dare. *prov., hisp.* dar. *M.-L.*] [*dubia vel corrupta*: ENN. scaen. 424 an aliquid quod do nil (*Vahlen*; dono illi *libri*) morares? accipe. NAEV. com. 79 PLAVT. Capt. 426 Cist. 461. 523 Men. 461 Mil. 1409 Pseud. 1127 *al.* TER. Hec. 406 (bona *codd.*, data *Donat.*). Eun. 9 ACC. trag. 644 POMPON. Atell. 28. 105 *al.*]

materiam hoc modo digessi:

CAPVT PRIMVM:

dare **ALIQVID** *p. 1662, 30.*

I *de ipsa* ***actione*** *praebendi, donandi*:

A *res corporeas*: 1 *hominibus*: **a** *generatim: notabiliora (per litteras digesta): p. 1662, 34.* *pronom. et adi. quantitatis: p. 1663, 24.* *absolute: p. 1663, 48.*
b *speciatim*: *α pecuniam, opes sim.: p. 1663, 76.* *in formulis: p. 1664, 33.* poenas dare *sim.: p. 1665, 7.*
90] AMM. 19, 1, 11 in Adonidis sacris, quod simulacrum aliquod esse frugum adultarum religiones mysticae -ent (AVG. civ. 10, 19 tit. quod *sacrificium* uni vero ... deo offerri -et vera religio). 21, 13, 13 et ipse expertus et -ente antiquitate ... credo. 91] AMM. 22, 16, 8 ut periculum (*i. experimentum, cf. p. 1743, 38*) -uit per varias collectum aetates (*i. q. discrimen*: 29, 1, 42 sensit -ente periculo postremo. CLAVD. DON. Aen. 2, 388 p. 200, 10 turpe non esse ... vincere et periculum praesens -ere debuit et captum de Graecis exemplum). 92] AMM. 23, 2, 3 ut textus -ebat scriptorum (*fere i. q. iubebat; cf. p. 1738, 32*). 25, 9, 11 id etiam memoriae nos veteres -ent, *acc. c. i.* (CLAVD. DON. Aen. vol. II p. 643, 7 antiqua ... nisi priscorum -ente memoria non poterunt explicari). 26, 10, 12 sententiae illius Tullianae ... -entis infelices esse *eqs.* 93] CLAVD. DON. Aen. 8, 55 p. 121, 21 signa instructionis, quae -erent nescientem. 94] CLAVD. DON. Aen. 10, 231 p. 323, 19 nisi subsecuta (*cf. p. 1715, 47*) cetera ignorantem -uissent tantum numinis valuisse potentiam, ut *eqs.* 95] HIER. hom. Orig. in Ezech. 3, 8 p. 356, 20 B. -et nos sermo praesens, quomodo oporteat singulis respondere. RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 233, 11 B. sermo dei ... -ere eam (*animam*) de futuri saeculi mysteriis cupit. 96—98] VVLG. Iob 15, 5 -uit iniquitas tua os tuum. Sirach 33, 29 multam ... malitiam -uit otiositas (πολλὴν γὰρ κακίαν ἐδίδαξεν ἡ ἀργία). I Ioh. 2, 27 unctio eius -et vos de omnibus. 99] PRVD. cath. praef. 8 mox -uit toga (*i. aetas adulta*) infectum vitiis falsa loqui. 100] CLAVD. 8, 406 vel solus quid fortis agat, ... Muci te flamma -ebit.
101] AVG. civ. 1, 10 p. 20, 5 D. tormenta, quae bonum incorruptibile amandum -ebant. 102] AVG. conf. 6, 11, 18 non -et catholica fides, quod putabamus. doctr. christ. 3, 30, 43 quid ... -eant vel admoneant istae septem regulae, breviter ostendam (*cf.* CARM. epigr. 2100, 18 vivere quem semper inclita dogma -ent). 103] ROMVL. fab. Aesop. ed. Thiele 36 pr. (r. g.) sicut haec fabula -et (75 pr. [r. g.] ut haec f. -et). 40 ep. (r. g. *et* r. v.) -et haec fabula caute quibuscumque credere. 46 pr. (r. g.) quod hac -etur fabula. 104] FVLG. RVSP. praedest. 2, 17 p. 635[D] quod sanctis -emur eloquiis. CASSIOD. Didym. in I Petr. 1, 15/16 p. 16, 10 Z. dum omnia inspirata divinitus eloquia -eant, quoniam ... sanctus est. 105] *inc.*: MEROB. poet. 100 praeda -ens (?). *v. p. 1703, 70. aliter p. 1718, 48.*

b ***conspectus rerum -entium:*** ***α dicta, scripta, praecepta, artes, sim.:*** acta apostolorum: TERT.; 83]. admonitio: SEN. epist.; 56]. analogia: VARRO; 6]. ars: CIC. *al.*; 21]. auctoritas: CIC. *al.*; 20]. constitutiones: VLP.; 78]. disciplina: FRONTO *al.*; 77]. dogma(ta): CARM. epigr. 2100, 18; 102]. eloquium: FVLG. RVSP.; 104]. epistula: TERT.; 83]. euangelium: TERT. *al.*; 79]. fabula: ROMVL.; 103]. fides: AVG.; 102]. forma: GERM. *al.*; 50]. geometria: QVINT.; 70]. historia: HOR. *al.*; 39]. imago (*i. parabola*): PRVD.; 84]. imperium: SEN. epist.; 57]. initia Samothracum: VARRO; 4]. lectio: PRISCILL. *al*; 89]. lex: CIC. *al*; 15]. libri, libelli: CIC. *al.*; 18]. littera: OV. *al.*; 46]. litterae, litteratura: CIC. *al.*; 19]. magisterium: CYPR.; 85]. manus (*i. codices manu scripti*): QVINT.; 69]. memoria: AMM. *al.*; 92]. notae: SEN. epist; 54]. parabola: TERT.; 84]. praecepta: (OV.) SEN. epist.; 45]. praedicatio: HIL; 79]. praelectio: QVINT.; 71]. regula: AVG.; 102]. schema: RVT. LVP.; 47]. scriptura: TERT. *al.*; 81]. sententia: AMM.; 92]. sermo: HIER. *al.*; 95]. signa instructionis: CLAVD. DON.; 93]. textus:

[*Bulhart*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AMM.; 92]. togata praetexta: VARRO; 5]. *verba Aeneidis allata*: QVINT.; 68]. verbum: Q. CIC. *al.*; 31]. versus: OV.; 46].

β exempla, experimenta, consuetudo, usus, sim.: consuetudo: CIC. *al.*; 25]. exemplum: CIC. *al.*; 24]. experientia: LVCR. *al.*; 35]. experimentum: COLVM. *al.*; 59]. mos: CIC.; 27]. periculum (*i. experimentum*): AMM.; 91]. usus: VARRO *al.*; 8].

γ ratio, cognitio, scientia, religio, sim.: cognitio: RHET. Her.; 10]. consideratio: AVG.; 24]. intentio: TERT.; 83]. philosophia: CIC. *al.*; 23]. prudentia: CIC. *al.*; 26]. ratio: VARRO *al.*; 7]. religio: AMM. *al.*; 90]. sapientia: CIC. *al.*; 28]. scientia: VARRO *al.*; 9]. veritas: TERT. *al.*; 82].

δ eventa, facta, casus, fortuna, sim.: acta: LAVD. [Turiae]; 43]. calamitas: CIC. *al.*; 16]. casus: CIC. *al.*; 30]. causa: QVINT. *al.*; 72]. eventum: TAC. *al.*; 76]. eventus: LIV.; 48]. exitium: CIRIS; 38]. fortuna: VERG. *al.*; 37]. gloria: ANTH.; 87]. iter: SEN. epist.; 55]. malum: PROP. *al.*; 42]. naufragia: PLIN. nat.; 62]. necessitas: SEN. dial. *al.*; 52]. periculum: AMM. *al.*; 91]. proelium: IVL. VAL.; 86]. regnum: SEN. trag.; 58]. res: CIC. *al.*; 12]. res adversae: CATO; 3]. spes: ANTH.; 87]. subsecuta: CLAVD. DON.; 94]. tormenta: AVG.; 101]. victoria: IVL. VAL.; 86]. unctio: VVLG.; 98].

ε affectus, mores, studia, sim.: amor: CATVLL. *al.*; 32]. duritia: FRONTO; 77]. facilitas: TER.; 2]. fames: SEN. epist. *al.*; 53]. *impatientia*: TERT.; 80]. iniquitas: VVLG.; 96]. otiositas: VVLG.; 97]. patientia: QVINT. decl. *al.*; 74]. peccatum: CIC.; 13]. studium: TAC.; 75]. temulentia: PLIN. nat.; 63]. *cf. etiam* STAT. Theb.; 67].

ζ natura, res naturales vel ad res naturales pertinentes (*cf. fulgura p. 1738, 20*): ager: CIC.; 17]. annona: COLVM.; 59]. arbores: PLIN. nat.; 64]. cicuta: VERG.; 36]. cucurbita: COLVM.; 60]. forma, facies: GERM. *al.*; 50]. flamma: CLAVD.; 100]. gurgulio: PLAVT.; 1]. liquor (*i. vinum*): TIB.; 41]. messis: PLIN. nat.; 66]. mundus: MANIL.; 49]. natura: RHET. Her. *al.*; 11]. pinus: OV.; 44]. reditus: COLVM.; 59]. *ruborum luxuria*: PLIN. nat.; 65]. rura: SEN. epist.; 17]. sol: LVCR.; 33]. toga (*i. aetas adulta*): PRVD.; 99]. venti: HOR.; 40]. zephyri sibilus: LVCR.; 34]. *cf. etiam* STAT. Theb.; 67].

η loca, res locales: locus: SEN. dial. *al.*; 51]. porticus: PERS.; 61]. *regiones, terrae, insulae*: CIC. *al.*; 14]. *cf. etiam* STAT. Theb.; 67].

ϑ tempus sim.: CIC. *al.*; 22]; SEN. dial.; 51]; AMM. 21, 13, 13; 90].

c *de structuris (cf. 1a—q); numeros seriei exemplorum fere addidimus; omisimus, ubicumque facile iis caretur:*

pertinent ad ***1a*** (***absolute***): CIC. leg. agr. 2, 95 ager ipse. nat. deor. 1, 96 ratio. SEN. epist. 39, 1 res. 94, 25 admonitio. 94, 37 leges (COMM.; 15]). 94, 53 amor. PLIN. nat. 17, 101 natura ipsa. APVL. Plat. 2, 8 adulandi scientia. TERT. adv. Val. 1 veritas. adv. Prax. 17 ita scripturae (28 ita ... acta apostolorum). AVG. grat. Christ. 10, 11 scripturae. DRAC. laud. dei 3, 54 exempla. PS. VARRO sent. 76 prudentia. ut (sicut)...-et, -ent: VARRO ling. 5, 58 COMM. instr. 2, 1, 7; 15]. PS. TERT. haer. 6; 79]. PRISCILL.; 89]. GERMIN. epist. ad Ruf. 3; 81]. AMM.; 91]. 92]. CLAVD. DON.; 24]. ROMVL.; 103]. -ente (-ibus): CIC. leg. 1, 26 natura. APVL. mund. 21 ratione naturae. TERT. adv. Hermog. 25 p. 154 natura ... scriptura. AMM. 19, 8, 8 necessitate. 21, 13, 13 antiquitate. 29, 1, 42 periculo. CLAVD. DON. Aen. 5, 5 p. 425, 23 exemplis. vol. II p. 643, 7 memoria. PS. VARRO sent. 144 rebus.

ad ***1c*** (***aliquem***): *α act.*: CIC. de orat. 1, 123 usus ac natura (AVSON. 305, 18 usus). OV. rem. 684 exemplum. SEN. epist. 58, 19 facies (ἰδέα). 94, 11 praecepta. QVINT. decl. 269 p. 99, 10 male ... patientia. IVV. 15, 111 Gallia. TERT. adv. Marc. 5, 2 p. 571, 12 epistola. CLAVD. DON. Aen. 8, 55 p. 121, 21 signa instructionis. AMBR. hex. 2, 4, 16 scriptura. VVLG. Iob 15, 5 iniquitas os tuum. psalm. 17, 36 disciplina. sap. 7, 21 sapientia. PS. VARRO sent. 60 res ipsae.

β pass.: CIC. inv. 2, 106 peccato. Manil. 19 calamitate (*al.*; 16]). de orat. 2, 362 usu (*al.*; 8]). Tusc. 5, 99 more. nat. deor. 2, 7 exemplis (*al.*; 24]). div. 1, 5 ratione. epist. 13, 15, 1 re. 15, 2, 6 casu. CIRIS 332 exitio. PROP. 2, 28, 28 malo (LIV. 21, 34, 2 alienis malis, utili exemplo). LAVD. [Turiae] 2, 59 actis tuis. LIV. 4, 46, 4 = 7, 38, 9 aetate et usu. TAC. ann. 4, 33 aliorum eventis. IVL. VAL. 2, 25 proeliis ... victoriis. CLAVD. 26, 492 per tot certamina. BACHIAR. fid. 4 lectione.

ad ***1d*** (***aliquid***): *α act.*: VARRO ling. 9, 21 *formas vocabulorum*. CIC. de orat. 2, 38; 21]. 3, 42; 19]. OV. am. 2, 11, 1 malas vias (SEN. Thy. 312 fraudis et sceleris). rem. 52 fast. 3, 844 Pont. 1, 1, 7; 18]. LIV. 22, 39, 10. CELS. 1 prooem. 31. 36; 35]. SEN. epist. 81, 9 officia. 88, 19 *artes* virtutem (QVINT. inst. 12, 11, 11). 88, 20 liberales artes; 19]. 94, 69 frugalitatem; 17]. 121, 20; 8] PERS. 3, 53; 61]. PLIN. nat. 8, 54 rationem; 30]. 14, 140 libidines; 63]. 17, 59 pleraque; 11]. 17, 96 propagines; 11]. *ibid.* propaginem *eqs.*; 66]. 17, 101 insitionem; 11]. STAT. Theb. 3, 488 vera; 67]. QVINT. inst. 1, 10, 46 siderum cursus; 70]. 2, 5, 4 vim ... verbi; 71]. 2, 17, 30 dicenda; 73]. TAC. hist. 5, 6 usum ... artes; 35]. FLOR. epit. 4, 2, 71 immortalitatem animae; 18]. AVR. Fronto p. 75, 23 N.; 18]. APVL. Plat. 2, 8; 9]. TERT. adv. Marc. 5, 2 p. 572, 12; 83]. PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 172, 1 facinora; 15]. VVLG. Iob 32, 7 sapientiam; 22]. Sirach 33, 29 malitiam; 98]. AVG. civ. 18, 39; 23]. ZACCH. 3, 5; 18]. hoc *sq. inf.*: SEN. epist. 73, 9; 23]. quod *sq. acc. c. i.*: CIC. Tusc. 3, 54; 8]. *enunt. rel.*: AVG. conf. 6, 11, 18; 102].

β pass.: PANEG. 3 (11), 19, 2 sapientia; 76].

ad ***1e*** (*alqd.* **de** *alq. re*): AVG. civ. 9, 5 p. 374, 27 D.; 81] *p. 1744, 5.*

ad ***1f*** (***aliquem aliquid***): *α act.*: PLAVT. Trin. 1016 TER. Haut. 648 CIC. Manil. 19; 14]. Mur. 6; 11]. Balb. 15; 18]. de orat. 2, 87; 8]. 2, 21; 14]. LVCR. 3, 355; 12]. 5, 1453; 8]. CAES. civ. 1, 54, 1; 8]. VERG. ecl. 5, 87; 36]. HOR. epist. 1, 20, 17; 18]. carm. 4, 4, 8; 40]. LIV. 30, 37, 9 fortuna artes (*al.*; 37]). GERM. 176; 50]. SEN. epist. 15, 7; 53]. 120, 4; 11]. QVINT. inst. 11, 2, 33; 59]. PLIN. epist. 1, 20, 12; 8]. IVV. 13, 189; 28]. VLP. dig. 1, 1, 1, 3; 11]. ANTH. 415, 54; 87]. *sq. acc. c. i.*: CIC. nat. deor. 1, 96; 7]. AMM. 25, 9, 11; 92]. *sq.* ut: CIC. leg. 1, 58; 23]. *sq.* ne: AVG. civ. 6, 10 p. 270, 1 D.; 23].

β pass.: QVINT. inst. 3, 8, 70; 8]. FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 4 p. 155^{C}; 82]. praedest. 2, 17 p. 635^{D}; 104]. *sequ.* ut: PAVL. NOL. epist. 13, 8 p. 90, 26 *p. 1742, 29.*

ad ***1i*** (*alqm.* **de** *alq. re*): CIC. nat. deor. 1, 46; 7]. HIER. hom. Orig. in Ezech. 2, 1 p. 341, 4 B.; 81]. VVLG. I Ioh. 2, 27; 98]. RVFIN. Adamant. 5, 26 p. 231, 22 *p. 1744, 7.* Orig. in cant. 4 p. 233, 11 B. *p. 1744, 50.* *sequ.* quia: RVFIN. apol. Orig. 4 p. 566^{B} (= Orig. princ. 1, 3, 2) *p. 1744, 13.*

ad ***1k*** (*alqm. c. adverbio*): PLIN. epist. 7, 4, 9 *p. 1733, 59.*

ad ***1m*** (*c.* ***inf.***): *α c. obi. pers.*: CIC. fin. 1, 46 ferre iniurias; 28] (CATVLL. 68, 118 iugum; 32]). LVCR. 5, 1453; 8]. VERG. Aen. 4, 434 dolere; 37]. SEN. epist. 90, 7. 8; 23]. COLVM. 4, 11, 2; 8]. 10, 388; 60]. LVCAN. 8, 140; 14]. CALL. dig. 50, 16, 220, 3; 11]. APVL. flor. 9 p. 38; 23]. TERT. patient. 5 p. 8, 12; 80]. SOL. 11, 5; 14]. PANEG. 7 (6), 19, 2; 51]. HIER. epist. 52, 4, 4; 18]. AVG. civ. 19, 4 p. 359, 5 D.; 26]. *pass.*: -ctus: SIL. 9, 458 exemplo; 24]. TAC. ann. 1, 16 histrionali studio; 75].

β sine obi. pers.: VARRO ling. 9, 57 discriminare; 8]. RHET. Her. 2, 20, 31 commode reprehendere; 10]. CIC. Brut. 152; 21]. Tusc. 2, 38 ferre laborem, contemnere volnus; 25] (SEN. dial. 9, 10, 1; 52]. *cf.* MANIL. 2, 262 damna subire; 49]). off. 1, 98; 11] *p. 1741, 14.* LVCR. 5, 1103; 33]. 5, 1383; 34]. HOR. carm. 3, 7, 19 peccare; 39]. TIB. 1, 7, 37; 41]. OV. trist. 1, 1, 112. 116 amare; 18] (trist. 3, 1, 4; 46]). RVT. LVP. 2, 9; 47]. SEN. epist. 20, 2 *et* 90, 3; 23]. COLVM. 7, 2, 4; 8]. PLIN. nat. 16, 1; 64]. 17, 59 serere; 11] *p. 1741, 3* (17, 123; 30]. *cf.* 17, 99 inserere; 11] *p. 1741, 19.* 18, 182 artrare; 66]). SIL. 11, 19; 14]. CYPR. patient. 20 p. 412, 7 ignoscere; 74]. PRISCILL. tract. 10, 124; 39]. AVG. civ. 1, 10; 53]. ROMVL. fab. Aesop. 40 ep.; 103]. CARM. epigr. 1404, 17; 32].

ad ***1n*** (*c.* ***enunt. hort.***): ut: *α c. obi. pers.*: CIC. de orat. 2, 204; 22]. leg. 1, 58; 23]. HIER. hom. Orig. in Ezech. 2, 1 p. 341, 16 B. GREG. TVR. Franc. 5, 6 p. 198, 36; 72] *p. 1743, 60.* *pass.*: PAVL. NOL. epist. 13, 8 *p. 1742, 29.* *β sine obi. pers.*: SEN. epist. 16, 5; 23]. CARM. epigr. 1404, 16; 46]. ne: AVG. civ. 6, 10 *v. p. 1742, 19.*

ad ***1o*** (*c.* ***enunt. interr.***): *α c. obi. pers.*: VARRO ling. 6, 19; 5]. RHET. Her. 3, 22, 35; 11]. CIC. inv. 2, 44; 12]. Verr. II 2, 2; 14]. Cluent. 148; 15]. orat. 183; 7]. fin. 2, 21; 29]. SEN. dial. 1, 6, 8; 51]. epist 87, 1; 55]. 113, 31; 57]. COLVM. 3, 15, 5; 59]. FRONTO p. 129, 3 N.; 77]. TERT. fug. 13 p. 489, 3; 84]. PORPH. Hor. epist. 2, 2, 26; 12]. CLAVD. DON. Aen. 5, 524; 30]. CLAVD. 8, 406; 100]. DRAC. laud. dei 2, 311 *et* 3, 101; 24].

β sine obi. pers.: CATO orig. 95^{a}; 3]. VARRO ling. 8, 26; 6]. Men. 366; 9]. CIC. ac. 2, 94; 21]. div. 1, 116; 11] *p. 1741, 13.* off. 1, 101; 7] *p. 1740, 43.* Q. CIC. pet. 43; 31]. MANIL. 1, 541; 7]. SEN. epist. 94, 18; 11]. nat. 1 praef. 2; 23]. COLVM. 5, 7, 4; 59]. QVINT. inst. 2, 13, 5; 72]. 5, 7, 8; 12]. TERT. orat. 28; 79]. AVG. ord. 2, 5, 16; 23]. MART. CAP. 3, 236; 24].

ad ***1p*** (*c.* ***acc. c. inf.***): *α sine obi. pers.*: RHET. Her. 3, 22, 36; 11] *p. 1741, 9.* CIC. Tusc. 3, 37; 26]. MANIL. 2, 699; 7]. CELS. 2, 10, 14 *et* 5, 27, 4; 8]. SEN. epist. 90, 3; 23]. COLVM. 2, 9, 1 *et* 3, 1, 4; 8]. 9, 14, 12 *et* 11, 2, 86; 7]. PLIN. nat. 2, 235; 59]. 12, 19; 50]. 13, 99; 62]. QVINT. inst. 1, 7, 20; 69]. 3, 6, 39; 7]. PLIN. epist. 8, 14, 19; 15]. VLP. frg. Vat. 149; 78]. TERT. adv. Hermog. 32 p. 161, 6; 81]. ANTH. 415, 10; 87]. LACT. inst. 3, 19, 3; 19]. AMM. 19, 1, 11; 90]. 23, 6, 36; 18]. 26, 10, 12; 92]. CLAVD. DON. Aen. 2, 388; 91]. AMBR. hex. 1, 8, 32; 79]. HIER. epist. 28, 3; 31]. AVG. civ. 19, 4 p. 359, 3 D.; 26]. 21, 4 tit.; 24] CLAVD. MAM. anim. 2, 12 p. 148, 7; 20]. *c. inf. gerund.*: TERT. orat. 22 p. 195, 1 *p. 1741, 8.* ieiun. 9 p. 285, 12 *p. 1742, 32.* HIER. epist. 22, 32, 5; 24]. AVG. civ. 1, 10 p. 20, 5 D.; 101]. spir. et litt 5, 8 p. 160, 12 *p. 1741, 52.* *c. inf. praes. pass.*: AVG. civ. 10, 19 tit.; 90].

β c. obi. pers.: CIC. nat. deor. 1, 96; 7]. SEN. epist. 70, 27; 7]. COLVM. 2, 12, 7; 7]. 3, 9, 2; 59]. 5, 6, 23; 8]. 11, 3, 30; 8]. 11, 3, 61; 35]. QVINT. inst. 1, 5, 43; 68]. PRISCILL. tract. 4, 75; 11]. CLAVD. DON. Aen. 5, 625; 42]. 10, 231; 94]. AVG. mag. 6, 18 in.; 7]. *pass.* -ctus: TAC. Agr. 19 per aliena experimenta; 59]. AMM. 18, 10, 4 exemplis; 24].

ad ***1q*** (**quod, quia, quoniam**): *α c. obi. pers.*: quia: ITALA I Cor. 11, 14 (quod: VVLG.); 11] *p. 1741, 5.* RVFIN. apol. Orig. 4 p. 566^{B} (quod: Orig. princ. 1, 3, 2); 81] *p. 1744, 13.* quod: HIL. syn. 23 extr.; 79]. PRISCILL. tract. 10, 128; 11] *p. 1741, 7.* AMBR. hex. 1, 10, 37 p. 40, 2; 81]. HIER. epist. 38, 3, 2; 22]. VVLG. *v. p. 1741, 6.* RVFIN. *v. p. 1744, 14.*

β sine obi. pers.: quod: SOL. 20, 13; 77]. quoniam: CASSIOD Didym. in I Petr. 1, 15/16 p. 16, 10 Z.; 104].

[*Bulhart*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B] *sensu latiore* (**de permovendo, adducendo** *ad alqd. novum vel antea insolitum faciendum, discendum*):

1 *de* **animantibus** *-entibus*:

a *-entur animantia*: *α c. inf.* (*inf. pass. l. 7. 28*): CIC. leg. agr. 3, 4 ut -eam Rullum posthac in eis tacere rebus. Att. 2, 19, 2 populares isti iam etiam modestos homines sibilare -uerunt (*i. adduxerunt, ut sibilarent*). PVBLIL. M 1 malignos fieri maxime ingrati -ent (*sim.*: SEN. Phaedr. 594 qui timide rogat, -et negare). VERG. ecl. 8, 47 Amor -uit natorum sanguine matrem commaculare manus. PROP. 1, 1, 5 *Amor* me -uit castas odisse puellas (CARM. epigr. 354, 1 candida me -uit nigras odisse puellas). LIV. 23, 5, 12 *militem* dux ... efferavit ... vesci corporibus humanis -endo. SEN. epist. 3, 3 *v. p. 1735, 44.* CASS. SEV. or. frg. Quint. inst. 8, 3, 89 cum te -uero nescire maledicere. VAL. MAX. 3, 2, 19 *legiones* vinci paratas vincere -uit. SEN. Herc. f. 242 *Hercules* Lernae monstra ... vicit et -uit mori. 1264 *v. p. 1734, 43.* LVCAN. 1, 335. 5, 777 adsuescis fatis tantumque dolorem, crudelis, me ferre -es. 8, 354 quid Parthos transire -es? STAT. Theb. 11, 728 erectum ... servire -ebo. QVINT. decl. 377 p. 419, 14 exuere naturalem indulgentiam prior -ueras. IVV. 6, 232 *socrus* -et (*sc. filiam*) spoliis nudi gaudere mariti *eqs.* TAC. Germ. 15 iam et pecuniam accipere -uimus. PLIN. epist. 3, 18, 9 sicut olim theatra (*i. auditores*) male musicos canere -uerunt, ita ... posse fieri, ut eadem theatra bene canere musicos -eant. paneg. 59, 2 ut futuros principes -eas inertiae renuntiare *eqs.* (AMM. 24, 3, 4 -uerunt principes auro quietem a barbaris redemptare). FLOR. epit. 2, 17, 8 ferocissimas ... gentes ... servire -uerunt. 4, 2, 90 -uerat generos timere Pompeius. CALP. decl. 51 p. 37, 19 tu me -ueras, puella, misereri. ANTH. 794, 8 *v. p. 1736, 12.* VIR. ill. 45, 4 *Marcellus* Hannibalem apud Nolam ... vinci -uit (CLAVD. 26, 140). CLAVD. DON. Aen. 12, 353 p. 594, 9 Diomedes ... *Dolonem* -uit spolia non quaerere fortioris. CLAVD. 24, 207 (*de Victoria*) nullumque -es sentire laborem. AVG. civ. 2, 22 p. 85, 8 D. *populum* male viventem non -uerant (*di*) bene vivere. *β* ut: PVBLIL. Q 24 qui timet amicum, amicus ut timeat, -et.

b *-entur res*: *α c. inf.*: (I) *act.*: VERG. ecl. 1, 5 formosam resonare -es Amaryllida silvas (SIL. 12, 411 resonare -ebit hic [*Ennius*] Latiis Helicona modis). georg. 2, 77. CIRIS 135/6 ille (*Amor*) etiam Poenos domitare (*potuit*) leones et validas -uit vires mansuescere tigris (*quae sequuntur v. p. 1734, 23*). OV. am. 3, 10, 11 prima Ceres -uit turgescere semen in agris. CARM. epigr. 952 (*Pompeis*), 1 iam -ui silices verba ⟨benigna⟩ loqui. PLIN. nat. 12, 8 -uimusque etiam arbores vina potare. VAL. FL. 1, 472 *Orpheus* carmine tonsas (*i. remos*) ire -et. TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 484, 12 Iordanis ... impetum atque decursum ... *Iosua* -uerat ... stare. AVIEN. orb. terr. 356 *Aegyptiorum gens* fetus edere sulcis tellurem -uit. CLAVD. rapt. Pros. 2, 145 *Minerva* hastamque reponit insuetisque -et galeam mitescere sertis (MEROB. poet. 41 cristatamque -et foliis mansuescere frontem *Bellona*). CARM. epigr. 899, 8 (*a. 565*) *Narses* -uit durum flumina ferre iugum. (II) *pass.*: HOR. epist. 1, 14, 30 rivus, si decidit imber, multa mole -endus aprico parcere prato (*cf.* ars 68 *l. 53*). PROP. 4, 6, 24 signaque iam patriae vincere -cta suae. OV. epist. 2, 51 credidimus lacrimis: an et hae simulare -entur? *inc.*: LVCR. 4, 579 colles collibus ipsi verba repulsantes iterabant -cta (*Lachm.*, dicta *codd., Diels*) referri (*cf. l. 57 sq.*). *β aliquid*: HOR. ars 68 seu cursum mutavit iniquum frugibus amnis -ctus iter melius (*cf. l. 49*).

2 *de* **rebus** *-entibus* (**tantum** *c. inf.* [*pass. l. 58*]; *-entur res praeter* TAC. hist. 1, 9 *l. 70* CLAVD. carm. min. 53, 10 *l. 67* ALC. AVIT. carm. 6, 63 *l. 68*): **a** *act.*: LVCR. 4, 341 flexa figura -et speculi convertier ad nos *imaginem* (*cf. l. 52 sq.*). VAL. MAX. 7, 4, 1 *Fidenae* virtutem eius (*imperii Romani*) spes suas ulterius promovere -uerunt. COLVM. 8, 16, 4 hoc periurium multorum subtiliorem fecit gulam -ctaque et erudita palata fastidire -uit fluvialem lupum. PLIN. nat. 14, 149 Hispaniae iam et vetustatem ferre ea genera (*vini*) -uerunt. PLIN. epist. 3, 18, 9 theatra *v. l. 21. 23.* PALLAD. 15, 54 fecundat ... oleaster olivas et, quae non novit, munera ferre -et. 15, 58 pirus (*edomita in pirum silvaticam inserta*) ... -et indomitas ponere tela (*i. spinas*) piros. 15, 152 *amygdalus* poma ... permutat ... duritiemque -et tegminis esse loco. CLAVD. carm. min. 53, 10 -uitque timor (*sc. solem*) revocare meatus. ALC. AVIT. carm. 6, 63 sic te laeta domus sanctis altaribus aptans ... -uit dignam concrescere templo. **b** *pass.*: TAC. hist. 1, 9 legiones ... crebris expeditionibus -ctae hostem odisse.

IV] *proverbia aut proverbialiter dicta*: **1** PLAVT. Merc. 355 scio, saevos quam sit, d o m o -ctus (*i. ex meis rebus expertus* [*cf.* Amph. 637 id nunc experior domo]. Poen. 216 nunc domo [modo *codd.*] -cta dico [*cf.* TVRPIL. com. 38 *p. 1750, 79*]. Truc. 453 ego prima de me, domo -cta, dico [modo dicta dicito *cod.*]. *cf. s. v.* domus *I A 1 b γ* (II); *eadem locutio videtur agnoscenda* Pseud. 729 *cf. s. v.* domus *l. c.*). Poen. 880 -ctum -es (*i. supervacanea narras*). *cf. p. 1719, 63.* SEN. epist. 94, 11 *v. p. 1743, 10.* HIER. epist. 22, 27, 5 stultissimum est -ere, quod noverit ille, quem -eas. PACIAN. epist. 1, 3 p. 10 an volumus -ere d o c t o r e m (ALC. AVIT. carm. 6, 279 [*de feminis a sepulcro Christi redeuntibus*] ad discipulos alacri cum mente recurrunt doctoresque -ent. *cf. etiam* GENNAD. vir ill. 37 *p. 1724, 21*). *cf.* PHAEDR. 5, 9, 5 qui doctiorem emendat, sibi dici putet (*hanc fabulam*). **2** LVCIL. 765 uti l i t t e r a s -e a s l u t u m. **3** CIC. Pis. 73 asinum litteras *v. p. 1730, 51.* **4** CIC. ac. 1, 18 sumne sanus, qui haec vos -eo? nam etsi non 'sus Minervam', ut aiunt, tamen inepte, quisquis Minervam -et. FEST. p. 310 'sus Minervam' in proverbio est, ubi quis id -et, cuius ipse inscius est (*saepe, cf. Otto, Sprichw. p. 224; gr. Plut. praec. polit. 7* ἡ ὗς τὴν Ἀθηνᾶν). **5** CORP. IV 2016 mulus hic muscellas (*i. mulas, cf. Thes. gloss. s. v.; aliter intellexisse videtur* PLIN. nat. 29, 106 nullum animal minus docile existimatur minorisve intellectus *quam muscae*) -uit (*i. stultus stultos*). **6** VARRO ling. 9, 1 ⟨qui malunt⟩ q u a e n e s c i u n t, -ere. HIER. epist. 53, 7, 3 -ere, quod ignores. adv. Rufin. 2, 10 p. 498 Vall. -ere, quod nescias. POMER. 3, 10, 2 gestiunt -ere, quod nesciunt. CLAVD. MAM. anim. 3, 2 p. 157, 3. *sim.*: CIC. dom. 141 illo pontifice [et] magistro, qui cogeretur -ere ante quam ipse didicisset. de orat. 2, 29 -ebo vos, discipuli, id, quod ipse non didici. 2, 76 quod ... ipsi experti non sunt, id -ent ceteros. OV. trist. 2, 348 quodque parum novit, nemo -ere potest. VEG. mil. 1, 8 p. 12, 20 quem invenias, qui -ere possit, quod ipse non didicit? AMBR. off. 1, 1, 4 -ere vos coepi, quod ipse non didici *eqs.* in psalm. 118 serm. 13, 12 multi -entes sunt, qui, quod non intellegunt, -ere se dicunt. HIER. epist. 53, 7, 1 -ent, antequam discant. *cf. etiam 8.* **7** SEN. epist. 7, 8 homines d u m -e n t, d i s c u n t. EXPLAN. in Don. gramm. IV 486, 11 cum enim -emus, discimus. *cf.* AMBR. off. 1, 1, 4 discendum igitur mihi simul et -endum est. **8** PETRON. 46, 6 *magister* non quidem doctus, sed curiosus, qui p l u s -e t q u a m s c i t. *cf. 6.* **9** AVSON. 350, 5 l. 31 P. si pateris, ut -e a m -e n d u s i p s e. 407, 5 ego te -ebo, -endus adhuc, si essem id aetatis, ut discerem? *cf.* HOR. epist. 1, 17, 3 disce -endus adhuc. **10** VVLG. Sirach 22, 7 qui -et fatuum, quasi qui conglutinat testam (ὁ διδάσκων μωρόν).

V] *iuncturae* (*selectae*): **A** *verbales*: -endum *alqm.* tradere: OV. met. 8, 241 AMM. 26, 3, 3. *cf.* EVANG. Ps. Matth. 30, 1 tradere, ut -eatur. dare: VLP. dig. 19, 5, 13, 1. *cf.* CIC. Brut. 306 se a d -endum dare. curare: LIV. 29, 1, 8. (*cf. p. 1723, 40*). conducere: VLP. dig. 19, 2, 13, 3. suscipere: QVINT. inst. 2, 8, 13 COD. Theod. 13, 4, 3. *aliter* (*cf. infin. et obi. rei*): TERT. pudic. 19 p. 262, 14. recipere: APVL. flor. 18 p. 88.

B *nominales*: **1** *c. abl. instr.*: aenigmate: HIER. epist. 65, 1, 4. argumentis (-to): CIC. de orat. 1, 90. nat. deor. 3, 9 multis. PLIN. nat. 8, 47 APVL. flor. 16 p. 73. arte: OV. rem. 756. auctoritate nutuque legum: CIC. de orat. 1, 194. cladibus: LIV. 42, 44, 4. colloquio: AMM. 20, 7, 9. dictis: LVCR. 5, 56. disputationibus: CIC. de orat. 1, 194. eloquio fertiliore: CLAVD. carm. min. 40, 20. e x e m p l i s (-plo): NEP. Att. 19, 1 rerum. MANIL. 2, 262 SEN. contr. 9, 2 (25), 27. PLIN. nat. 7, 178 ingenti. 14, 56 nobili. PLIN. epist. 8, 14, 6 (*v. p. 1732, 14*). FIRM. math. 1, 7, 22 proprio (COD. Theod. 11, 13, 1), non sermonis licentia. 2, 13, 2 *al.* PALLAD. 2, 12. AVSON. 390, 29 pravo. CLAVD. DON. Aen. 1, 350 p. 76, 10. 4, 333 p. 402, 24 VEG. mil. 3, 10 p. 92, 22 AMBR. off. 3, 5, 29. HIER. epist. 21, 35, 2 praesenti. 23, 2, 2 plus exemplo quam verbis (*cf.* NICET. vigil. 6 *p. 1729, 3*). epist. 36, 15, 5. 65, 10, 2 *al.* (*v. etiam p. 1742, 24 sqq.*). *cf.* sine exemplo: COLVM. 11, 1, 4. exercitio: SOL. 19, 11. interpretatione nominis: PLIN. nat. 3, 124. litteris: CIC. Verr. II 3, 122 civitatum. 3, 123 *v. p. 1712, 41.* magisterio: APVL. Plat. 2, 25 praeceptorum. CYPR. unit. eccl. 15 p. 224, 9 epist. 13, 2 p. 505, 16 CLAVD. DON. Aen. 9, 204 p. 214, 4. monitis: AVSON. 317, 19. numeris: QVINT. inst. 1, 10, 46. nutu: CIC. de orat. 1, 194 legum *v. p. 1735, 80.* SIL. 12, 735. paucis: PLIN. nat. 34, 6. probationibus: COD. Iust. 4, 9, 12. querellis: CATVLL. 66, 19 multis. r a t i o n e (-ibus): CIC. orat. 116 et via. rep. 1, 25 *v. p. 1726, 29.* nat. deor. 1, 76. 2, 26 div. 1, 5 LVCR. 5, 735. 1052. PLIN. nat. 6, 57 haud dubia. VLP. dig. 49, 5, 5 pr. quaqua. AMM. 23, 5, 16 multiplici. et rebus et verbis: HIL. in Matth. 17, 1. sensu tabellaque: CIC. epist. 1, 9, 17. spiritu dei: AVG. epist. 130, 15, 28. tabulis: CIC. har. resp. 30 Scaur. 18 APVL. apol. 92. *cf.* tabella *p. 1714, 59.* testimonio (-iis): CIC. Verr. II 3, 123 -io ... ac litteris. Rab. perd. 18 Flacc. 31 AVG. civ. 10, 17 p. 430, 18 D. PS. PROSP. vocat. gent. 1, 23 p. 678[B]. verbis: CIC. leg. 2, 49 his. PLIN. epist. 7, 26, 4 plurimis ..., plurimis etiam voluminibus. vita: SEN. epist. 52, 8. viva, ut aiunt, voce: HIER. epist. 126, 1, 3. *abl. gerund.*: computando: AMM. 17, 3, 4. disputando: CIC. rep. 1, 25 rationibusque. faciendo: SEN. epist. 81, 19. VELL. 2, 126, 5 recte. perpetiendo: AVG. civ. 10, 29 p. 448, 32 D. referendo: PLIN. nat. 14, 138. *fort. abl. gerundivi*: MANIL. 4, 918 videndis (?), *cf. p. 1737, 68.*

nota abl. personae: PROP. 1, 13, 3 non rumore malo, non augure -ctus. NICET. spir. 1 idoneis adsertoribus (*an etiam* AMM. 15, 10, 11 *p. 1706, 61 et* CARM. epigr. 1965 Euphrosyne pia -cta novem musis philosopha [*nisi h. l. musae pro doctrinis accipiendae*]?).

2 *c. definitionibus loci*: domi: SVET. gramm. 1 forisque (AVSON. 210, 2 sive domi ... sive foris). HIER. epist. 50, 3, 2. *cf. infra l. 84.* peregre: SVET. gramm. 3 AVSON. 217, 1. Romae: SEN. contr. 2 praef. 5 SVET. gramm. 23 frg. 91 p. 127 GELL. 19, 10, 7. Massiliae: SEN. contr. 2, 5, 13. Burdigalae: AVSON. 217, 1 (*ex suppl. certo*). *c. p r a e p.*: CIC. ad Q. fr. 2, 4, 2 apud me. LIV. ANDR. trag. 35 quem Chiro i n Pelio -uit ocri (HOR. carm. 2, 19, 1 in remotis ... rupibus. MELA 3, 19 in specu, in abditis saltibus. NEMES. ecl. 3, 66 in valle. ITIN. [Silv.] 30, 3 in *spelunca* [33, 2. 39, 3. 43, 6. 49, 3]). SVET. gramm. 3 in Gallia (LACT. inst. 5, 2, 2 in Bithynia). 7 in Divi Iulii domo ... deinde

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in sua privata (17 in atrio Catulinae domus). 15 in Carinis ad Telluris. 18 in pergula. IVST. 21, 5, 8 in trivio. TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 558, 17 in templo (VVLG. Matth. 26, 55 Marc. 12, 35. 14, 49 *al.*). HIER. epist. 50, 3, 2 in secreto ... in cubiculo. 134, 1, 3 in ecclesiis (hom. Orig. in Ezech. 2, 2 p. 342, 9 B. *cf. l. 51 sq. et p. 1721, 14*). VVLG. Matth. 4, 23 in synagogis (9, 35. 13, 54 *al.* Marc. 6, 2 -goga). Marc. 6, 6 in circuitu. Luc. 13, 26 in plateis. AVG. civ. 12, 14 p. 532, 24 D. in schola (doctr. christ. 4, 1, 2 -lis). STAT. Theb. 9, 734 secretis ... sub antris (AVIEN. Arat. 623 Pangaeo sub antro). VVLG. act. 5, 42 circa domos. *nota*: VEG. mil. 1, 11 ad palum *v. p. 1724, 72.*

3 *c. definit. pretii*: CIC. de orat. 1, 126 mercede (Phil. 2, 8 tanta. GELL. 19, 12, 9 mala. HIER. epist. 57, 12, 4 magna VVLG. Mich. 3, 11 in). PLIN. nat. 35, 76 neminem talento minoris. IVV. 7, 176 quanti. GELL. 13, 31, 13 gratis (PAVL. dig. 17, 1, 26, 8).

C *adverbiales*: aliter (*i. prave*): VVLG. I Tim. 1, 3. 6, 3 (*v. p. 1721, 15*). aliter, quam poscit veritas: HIER. hom. Orig. in Ezech. 2, 2 p. 342, 9 B. aperte: QVINT. inst. 1, 5, 43 PLIN. epist. 8, 14, 19 FILASTR. 107, 14 AMM. 15, 5, 10 (*opp.* non ita perplexe). 15, 9, 2 distincte et aperte. CLAVD. DON. Aen. 6, 624 -ius. COD. Iust. 6, 58, 14, 1 -issime. FILASTR. 92, 5 ex aperto. aptissime: APVL. apol. 49. bene: CIC. fin. 4, 26 melius. CHAR. gramm. I 187, 1 cum dico 'Palaemon -et', nondum significo satis vim plenam verbi, nisi adiecero 'bene' aut 'male'. TERT. anim. 33 p. 358, 7 VVLG. Tit. 2, 3 (*v. p. 1721, 20*). breviter: MANIL. 3, 447 HIER. epist. 65, 10, 2 BOETH. arithm. 1, 26. caste et severe: HERM. vulg. sim. 9, 25 *v. p. 1720, 75.* clam: MELA 3, 19. commode: RHET. Her. 4, 6, 9 commodius. CAES. Gall. 2, 20, 3. diligenter: CIC. ad Q. fr. 3, 3, 1 VVLG. act. 18, 25. -tius: SEN. epist. 36, 11 QVINT. inst. 10, 1, 110. 11, 1, 8. dilucide: CIC ac. 2, 56 LIV. 39, 47, 3 AVG. c. Cresc. 2, 1, 1 p. 360, 3 -issime. diu: HOR. epist. 1, 13, 1 MELA 3, 19. edepol: TVRPIL. com. 38; *cf. p. 1763, 61.* evidenter: VLP. dig. 26, 7, 7, 4 AVG. civ. 6, 9 p. 266, 26 D. satis. facile: MART. CAP. 3, 229. SEN. contr. 9, 2, 27 facilius. false: CASSIOD. Didym. in I Ioh. 2, 18/20 p. 49, 30. 50, 2 Z. fideliter: CIC. de orat. 3, 87 HIL. syn. 23. CYPR. unit. eccl. 12 p. 220, 18 et firmiter. fortiter: CYPR. Fort. 10 p. 332, 13 adhuc fortius. frustra: VERG. Aen. 1, 392 QVINT. inst. 4, 2, 60. integre: TERT. bapt. 1 p. 201, 15 (*cf. Kroymann, quaest. Tert. p. 73*) AVG. doctr. christ. 4, 10, 24 p. 100. iracundius et laboriosius: CIC. Q. Rosc. 31. ita: CIC. ac. 1, 24 (*v. Plasb. ad l.*) epist. 6, 5, 4 PALLAD. 11, 14, 6. *alia v. p. 1720, 44 sqq.* Latine: *v. p. 1720, 29.* libere: VVLG. I Esdr. 7, 25 (*v. p. 1723, 83*). male: TER. Haut. 648 *v. p. 1740, 30* (*i. in malam partem.* SEN. epist. 94, 53 QVINT. decl. 269 p. 99, 10 TERT. cult. fem. 1, 2 p. 704, 2 Oe.). PORPH. Hor. epist. 2. 1, 84 CHAR. gramm. I 187, 1 *l. 21.* maligne: AMM. 22, 11, 6. manifeste: QVINT. inst. 12, 10, 24 satis. ICTI *v. p. 1712, 75.* FIRM. math. 3, 7, 28 -ius (RVFIN. Adamant. 5, 6 p. 185, 7 AVG. civ. 6, 9 p. 265, 30 D.). modice: *v. l. 59.* palam: CIC. rep. 1, 23 TERT. adv. Marc. 4, 38 p. 550, 10. parum: CELS. 3, 4, 9. penitus: VAL. FL. 3, 377. perspicue: AMM. 25, 4, 23. plane: TERT. ieiun. 1 p. 274, 24. BOETH. arithm. 1, 26 -issime. plenius: TERT. bapt. 3 p. 203, 20 SCHOL. Cic. Bob. p. 114, 1 St. presse: TERT. adv. Marc. 5, 2 p. 572, 11 tam. privatim: PELAG. in Rom. 16, 1. in Tit. 2, 4 non in ecclesia, sed p. (in Phil. 4, 3 non in ecclesia, sed in domo). publice: GELL. 13, 13, 1 HIER. epist. 50, 3, 2 VVLG. act. 20, 20. quomodo: SEN. epist 82, 23. recte: COLVM. 11, 1, 4. saepe: HOR. epist. 1, 13, 1 diuque. secreto: PLIN. nat. 10, 120. severe: *v. l. 25.* sic: SIL. 7, 557 *al. v. p. 1720, 44.* sicut: ITALA Luc. 11, 1 *p. 1734, 63.* Ioh. 8, 28 *p. 1723, 69, al.* simpliciter ac singulari modo: RHET. Her. 1, 11, 18. studiose: TER. Eun. 117. succincte: AMM. 28, 1, 2. tolutim: *v. p. 1725, 49.* verecunde: AMM. 16, 7, 3 et modice. ut(i): SALL. Iug. 12, 4 HOR. epist. 1, 31, 1.

D *praepositionales* (*praeter eos usus, qui sub I A 1 f, 2 f, III A 1 g, 2 p. 1746, 2. 15, V B 2 enotati sunt*): apud: TERT. anim. 15 p. 320, 16 apud deum (*sc. magistrum*) de utroque -emur ... esse *eqs.* (*v. p. 1733, 44*). de: OV. Pont. 3, 8, 16 *v. p. 1718, 50.* TERT. pudic. 12 p. 241, 21 de apostolico instrumento -eant *eqs., v. p. 1716, 15.* coron. 4 p. 424 de veteribus *v. p. 1715, 25.* LACT. inst. 5, 14, 2 nisi eos de suis -eamus auctoribus (*i. ex eorum auctoribus argumenta petentes*) *eqs., v. p. 1739, 48.* CYPR. laps. 23 p. 254, 10 de (*i. ex*) scripturis caelestibus *v. p. 1728, 59.* IVL. VAL. 2, 29 p. 98, 29 -ctus de talibus (*f. pro solo abl. instr., v. p. 1724, 62*). PALLAD. 2, 12 *Q v. p. 1732, 31.* AVG. civ. 4, 1 p. 146, 5 D. de (*i. ex*) libris (*v. p. 1716, 73*). ex: *re(bus)*: CIC. inv. 1, 82 ex quo -ebimus. 2, 53. ac. 2, 71. QVINT. inst. 9, 2, 5 TERT. anim. 4 p. 303, 28. 32 p. 353, 16 praescr. 23 p. 21 extr. Oe. AMM. 30, 4, 21 CLAVD. DON. Aen. 9, 774 p. 282, 28 AMBR. off. 3, 5, 32 HIER. hom. Orig. in Ezech. 7, 10 p. 399, 19 B. *cf.* AVG. adv. Don. 15, 19 p. 117, 4 unde. BOETH. herm. sec. 2, 7 p. 174, 2 hinc. *homine*: IVL. VAL. 2, 31 p. 103, 6 ex transfuga. *cf.* AMM. 28, 3, 6 unde. in *c. abl.*: CIC. Mil. 32 illa belua (*p. 1712, 50*). SEN. Thy. 310 patruo (*p. 1726, 48*). PLIN. nat. 15, 9 (*p. 1705, 5*). APVL. Socr. 24 p. 177 nec aliud te in eodem Vlixe Homerus -et. TERT. adv. Marc. 4, 19 p. 483, 22 in semet ipso. CYPR. Fort. 11 p. 338, 20 euangelio. eleem. 2 p. 374, 13. patient. 13 p. 407, 3 loco. COMM. instr. 1, 22, 14 in medio (*i. palam*). HIL. in psalm. 68, 12 p. 323, 8 (*p. 1714, 72*). CLAVD. DON. Aen. 11, 254 p. 446, 17 (*p. 1719, 26*). VVLG. Marc. 4, 2 parabolis. Rom. 12, 7 doctrina. Col. 1, 28 omni sapientia (3, 16). in *c. acc.*: SEN. epist. 94, 3 qui se ad totam vitam instruxit, non desiderat particulatim admoneri, -ctus in totum. per: *alqm.*: CYPR. domin. orat. 33 p. 291, 11 mort. 23 p. 311, 21 HIL. in psalm. 118 heth 14 p. 430 FILASTR. 132, 2 AMM. 26, 6, 14. 31, 15, 2 HIER. epist. 57, 1, 2 AVG. civ. 18, 47 p. 330, 14 D. *alqd.*: MANIL. 2, 751 *p. 1726, 34* TAC. Agr. 19 TERT. castit. 4 p. 743 Oe. virg. vel. 7 p. 892 Oe. HIL. in psalm. 68, 12 p. 323, 8 VVLG. Iob 27, 11 CLAVD. 26, 492. secundum: AVG. civ. 4, 30 p. 184, 21 D. quae s. Stoicos videtur -ere. sub: HIER. hom. Orig. in Ezech. 13, 1 p. 443, 1 B. effigie.

structurae coniunctae: CIC. de orat. 3, 138 (*III A 1 c, m*) SALL. Catil. 25, 2 (*III A 1 g, m, f*) VERG. Aen. 11, 249/50 (*I A 2 d, k*) HOR. ars 306 (*III A 1 d, o*) OV. met. 15, 68 (*III A 1 f, o, f*) VITR. 4 praef. 2 (*III A 1 b, o*) SEN. epist. 88, 10 (*III A 1 m, o; m, p*). 90, 3 (*III A 2 m, p*). 109, 18 (*III A 1 m, d*). 113, 27 (*III A 1 o, p*) PETRON. 46, 7 (*III A 1 h, f*) PLIN. nat. 24, 32 (*I A 1 g, d*) TAC. hist. 2, 23 (*I A 1 g, k*) PLIN. epist. 8, 14, 6 (*III A 1 f, o*) SVET. Aug. 64, 3 (*III A 1 f, m*) CYPR. epist. 60, 2 p. 692, 13 (*III A 1 m, p*) LACT. inst. 3, 13, 13 (*III A 1 o, p*). 4, 14, 18 (*III A 1 q, p*) FILASTR. 128, 7 (*III A 1 m, p*) AMM. 21, 12, 18 (*I A 1 d, g*). 25, 7, 1 (*I A 1 e, g*) CLAVD. DON. Aen. 1, 51 p. 24, 25 (*III A 1 n, p*).

notiones coniunctae: VAL. FL. 1, 235 quantum augur Apollo (*III A 1*) flammaque prima -et (*I B 2*). CLAVD. 8, 423 casus (*I A 1*) artesque (*III A 1*) -et. LACT. inst. 4, 23, 7 nisi ut praesentibus factis -eat (*II B 2*) possibilia se -ere (*III A 1*). *adde*: ALC. AVIT. carm. 6, 279 doctoresque (*ad III A 1*) -ent (*I A 1*).

VI ***synonyma*** (*cf.* SYN. Cic. Char. gramm. p. 422, 26 B.), ***opposita***: ***syn.***: *ad I A 1*: certiorem facere: CAES. civ. 3, 79, 6 (*d*). demonstrare: CIC. Verr. II 1, 126 (*k, p. 1709, 45*). dicere: NON. p. 290 (*a, p. 1704, 80*) PLIN. nat. 6, 142 (*a, p. 1705, 5*). expedire: VAL. FL. 4, 558 (*d*). explanare: AMM. 28, 1, 2 (*k, p. 1709, 37*). instituere: CIC. Verr. II 2, 149 (*b, p. 1705, 52*). notum facere: *p. 1705, 25* ostendere: CLAVD. DON. Aen. 8, 61 p. 122, 17 (*g, p. 1707, 66*).

ad I A 2: comprobare: COD. Iust. 2, 3, 17 (*i*). demonstrare: CIC. Verr. II 2, 124 (*e*). dilucidiora facere: CIC. orat. 20 (*d*). edisserere: CIC. Brut. 65 (*a*). explanare: CIC. de orat. 2, 82 (*a*). firmare: CIC. har. resp. 30 (*d*). monstrare: COD. Theod. 16, 2, 41 (*d β*). ostendere: CIC. Verr. II 3, 122 Caecin. 92 Cluent. 9. 64. 124 leg. agr. 3, 3. 15 Flacc. 86 Planc. 48 QVINT. decl. 388 p. 436, 11 COD. Iust. *p. 1711, 56.* planum facere: CIC. Verr. II 1, 83 (*g*). probare: CIC. de orat. 2, 308 (*a*). probationes praestare: *p. 1712, 83* (*cf.* VLP. dig. 27, 8, 1, 13 *p. 1712, 78*).

ad II A: demonstrare: AVG. civ. 4, 1 p. 146, 8 D. (*4, p. 1716, 73*). ostendere, monstrare, probare: OPTAT. 5, 1 p. 118, 7 (*4, p. 1715, 77*). probare: CIC. Tusc. 5, 18 (*4, p. 1716, 34*).

ad III A: admonere: CYPR. unit. eccl. 17 p. 225, 22 domin. orat. 33 p. 291, 11 Demetr. 23 p. 368, 7. adserere: PRISCILL. tract. 1, 27 FILASTR. 37, 1. 40. catechizare: RVFIN. hist. 6, 3, 8 (*p. 1721, 79*). discere: *v. supra p. 1335, 42 sqq.* educere: TER. Andr. 274 (*p. 1725, 28*) Eun. 117 (*p. 1729, 83*). erudire: CIC. div. 2, 4 (*p. 1723, 31*) CYPR. epist. 2, 2 p. 468, 10 VVLG. Sirach 18, 13 Is. 28, 26 Ier. 13, 21. 32, 33. euangelizare: AMBROSIAST. in Ephes. 4, 11 p. 388[B]. imbuere: VEG. mil. 1, 4 (*p. 1731, 37*). insinuare: CYPR. Fort. praef. 4 p. 319, 5. instituere: CIC. Mil. 10 (*p. 1733, 3*) Brut. 316 (*p. 1722, 4*) orat. 143 (*p. 1721, 48*) leg. 3, 14 Cato 29. instruere: CIC. Cato 29 (*p. 1723, 25*) SEN. epist. 58, 19 (*p. 1743, 24*) CYPR. domin. orat. 22 p. 283, 19 patient. 13 p. 407, 3 VVLG. Iob 6, 24 NICET. symb. frg. 4. iubere: TERT. pudic. 21 p. 269, 1 (*p. 1726, 70*). monere: CIC. Verr. II 3, 155 (*p. 1723, 16*). ostendere: CYPR. domin. orat. 31 p. 290, 9 mort. 7 p. 300, 25 Fort. 10 p. 332, 13 eleem. 2 p. 374, 16. praecipere, praecepta dare: CIC. Verr. II 3, 155 (*p. 1723, 16*) de orat. 2, 76 (*p. 1730, 6*) rep. 1, 70 (*p. 1751, 31*) COLVM. 11, 1, 4 arb. 1, 3. 4, 5 IVV. 14, 18 TERT. monog. 8 p. 773 Oe. VVLG. I Tim. 4, 11. praedicare: VVLG. Matth. 4, 23 (διδάσκων ... καὶ κηρύσσων). 9, 35. 11, 1 PASS. Theclae D p. 130, 7 COD. Iust. 1, 1, 8, 19. praemonere: CYPR. zel. 1 p. 419, 18. praescribere: CAES. Gall. 2, 20, 3 (*p. 1738, 12*). prophetare: ORIG. in Matth. 18, 49 p. 1675[A]. tradere: CIC. de orat. 2, 161 (*p. 1726, 11*). fin. 4, 9 (*p. 1726, 30*). SEN. epist. 88, 4 (*p. 1727, 81*) virtutem. COLVM. 5, 11, 2 rationem *alcs. rei; cf.* 5, 11, 12.

coniungitur dicere: DIOM. gramm. I 515, 11 (*exempl. vers. octon. iamb.*) pater meus dicens -endo qui -et dicit -ens. PLAVT. Poen. 216 -cta dico (Truc. 453 TVRPIL. com. 38). CYPR. unit. eccl. 8 p. 216, 18 -et dicens (domin. orat. 5 p. 269, 21 Fort. 11 p. 338, 20 Demetr. 23 p. 368, 7 patient. 13 p. 407, 3 *al.*). domin. orat. 26 p. 286, 26 cum dominus ipse humilitatem -ens dixerit *eqs.* FILASTR. 50, 1 coepit dicere, -ens ita (*cf.* -uit dicens: FILASTR. 92, 5. 107, 7. 116, 3). AMBR. hex. 2, 4, 16 VVLG. Ios. 4, 22 prov. 4, 4 Matth. 5, 2 Marc. 9, 31. 11, 17 Luc. 20, 21 RVFIN. Adamant. 2, 14 p. 87, 6 *al.*

-eri *i. q. discere ex. gr.*: OV. ars 1, 472 (*p. 1725, 78*) PRIAP. 71 (*p. 1738, 16*) ITALA Gal. 1, 12 (*p. 1731, 75*) VEG. mil. 3, 10 p. 92, 22 (*p. 1724, 75*) PRISC. gramm. II 391, 24 (*p. 1731, 55*) INST. Iust. 4, 13, 10 (9) (*p. 1736, 17*).

-ctus *i. q. sciens, peritus*: TVRPIL. com. 38 ergo edepol -cta dico (*cf. p. 1747, 74*). PROP. 4, 6, 24 (*p. 1747, 50*) TAC. Agr. 29 (*p. 1739, 59*) CLAVD. DON. Aen. 8, 730 (*p. 1707, 22*).

opp.: *ad I A 1*: quaerere: COLVM. 2, 1, 1 (*d*). *ad I A 2*: afficere: CIC. de orat. 2, 201 QVINT. inst. 4, 2, 21. conciliare: *v. p. 1710, 10 sqq.* dedocere: CIC. de orat. 2, 72 (*p. 1710, 68*). delectare: *v.*

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 1710, 13 sqq. diluere: CIC. Cael. 35 (*p. 1712, 32*). impellere animos: CIC. part. 4. infirmare: CIC. part. 85 (*p. 1711, 47*). inflammare: CIC. Brut. 89. movere (com-, per-): *v. p. 1710, 6 sqq.* purgare: COD. Theod. 9, 37, 2 (*p. 1711, 53*). refellere: CIC. orat. 124.

ad IIIA: addiscere: SEN. nat. 7, 32, 4 COLVM. 12, 3, 8. audire: CATO frg. Colum. 1, 2, 2 (*p. 1737, 44*). celare: RVFIN. Adamant. 5, 6 p. 185, 17. dedocere: QVINT. inst. 2, 3, 2 AVG. doctr. christ. 4, 4, 6 CLAVD. MAM. anim. 3, 17 p. 188, 11. dicere: TERT. anim. 2 p. 300, 29 PANEG. 4 (9), 17, 1. discere: CIC. de orat. 2, 143. *fort.* 3, 228 (*v. p. 1730, 8*). orat. 145 rep. 1, 11. 13. 2, 1 fin. 3, 66 Tusc. 1, 22 nat. deor. 2, 148 div. 2, 51 ad Q. fr. 3, 3, 1. *saepe* (*cf. Stangl, Phil. 45, 1885, 670*). facere: CIC. Mil. 10 AVG. civ. 2, 7 p. 61, 16 D. VVLG. Matth. 5, 19 act. 1, 1 *v. p. 1727, 10; inde saepe ap.* ECCL., *imprimis* CYPR. (*cf. p. 1720, 78. 1727, 10. 1728, 61. 1736, 49*). indoctus inexercitatusque: QVINT. inst. 11, 2, 9. invenire: SEN. epist. 71, 6 QVINT. inst. 7, 10, 10. nosse: CIC. orat. 142. *cf. p. 1747, 64. 1748, 16.* praedicare: OP. imperf. in Matth. 8 p. 677. scire: CIC. leg. 2, 47. *cf. p. 1748, 24.* vetare: SEN. Phoen. 330. *nota adnominationem*: AMM. 30, 4, 21 -ctos . . . productos *v. p. 1724, 70 sq.*

adnom.: *v. p. 1732, 4. 51. 1747, 72. 77. 80. 1750, 67. 80. 1761, 3.*

VII ***comp. et deriv.:*** ad-, con-, de-, e-, per-, prae-, pro-, re-, subdoceo. condocefacio. docentia. docibilis. docilis. doctio. doctito. doctor (-trix). doctrina. doctrinum. documen (-mentum, -mentatio).

VIII ***participia:*** *part. praes.* **docēns,** -ntis *m.* *acc. plur.*: CHAR. gramm. I 130, 1 ferientium ferienteis idem Stilo putat facere debere ut -eis, saltanteis. -is: *v. l. 40.* *transit fere in usum subst.* (*vi verbali servata acced. acc. rei quae -etur: l. 50.* *de locutione* sum -ens *i.* -o *v. p. 1724, 4*): *fere i. q. doctor, magister* (*de differ. inter* doctor *et* -ens: AMBR. *p. 1771, 25*): CIC. rep. 1, 70 vereor . . . ne . . . quasi praecipientis cuiusdam et -is et non vobiscum simul considerantis esse videatur oratio mea. off. 1, 13 appetitio quaedam principatus, ut nemini parere velimus nisi praecipienti (*del. Sauppe*) aut -i aut utilitatis causa . . . imperanti. SEN. epist. 108, 3 idem et -enti et discenti debet esse propositum, ut ille prodesse velit, hic proficere. COLVM. 1, 1, 16 illuminat rectam viam -is magisterium. PLIN. nat. 10, 83 -e *v. p. 1725, 52.* QVINT. inst. 1, 1, 17 -bus (*opp.* discentes). 1, 1, 36 quae (*memoria*) iuvari cura -ium possit. 1, 2, 25 exhortationem -ium, paedagogorum custodiam, vota parentium. 1, 12, 11 *pueri* -entis (dic- *B*) secuntur. 2, 2, 3 sanctitas -is . . . et . . . gravitas. 2, 5, 5 laborem -ium. 2, 9, 1 de officiis (officio *A*) -ium locutus discipulos . . . moneo, ut praeceptores suos non minus quam ipsa studia ament. 2, 10, 3 culpā . . . -ium (IVV. 7, 158 culpa -entis). 2, 16, 13 et ingredi citius et pasci et tranare aquas *animalia* citra -entem natura ipsa sciunt. 7, 10, 10 quaedam . . . non -ium sunt, sed discentium. 10, 2, 2 musici *sequuntur* vocem -ium. PLIN. epist. 8, 14, 24 sed quid ego similis -enti? cum discere velim *eqs.* VLP. dig. 9, 2, 5, 3 (*de sutore puerum -ente; cf. p. 1721, 40*) levis dumtaxat castigatio concessa est -i. VEG. mil. 1 praef. p. 5, 4 apud diversos historicos vel armorum disciplinam -entes. AMBR. in psalm. 118 serm. 13, 12 multi -entes sunt, qui, quod non intellegunt, -ere se dicunt. *ibid.* ante nos quidam interesse dixit inter -entes et doctores, fortasse hoc arbitratus, quia doctores sunt aliorum iudicio ad hoc munus electi, -entes autem, qui propria usurpatione hoc sibi munus assumpserint. VVLG. psalm. 118, 99 super omnes -entes me. prov. 5, 13 nec audivi vocem -entium me. AVG. in euang. Ioh. 97, 1 p. 1877 quae cum dici a -e possint, portari a discente non possint. MART. CAP. 4, 327 v. 16 (*de Dialectica*) iure -is agis (*i. officio magistri fungeris*). SALV. epist. 4, 2 auctoritate -entium (*opp.* humilitate famulorum). BOETH. mus. 1, 33 *Pythagoricis* erat ratio -is auctoritas (*opp.* discentis animus). *part. fut.* **doctūrus,** -ī *m.* (*de usu formae vi verbali positae v. p. 1703, 22 sqq.*): QVINT. inst. 1, 4, 17 non . . . doceo, sed admoneo -uros. GENNAD. vir. ill. 37 *v. p. 1724, 21.* *gerundiv.* **docendus,** -ī *m.* ('*Lehrling, Schüler*'): COD. Theod. 13, 4, 3 *p. 1725, 17. cf. p. 1748, 29 sqq.*

part. perf. pass. ˣ**doctus,** -a, -um *pro adi. vel subst.* (*cf. etiam p. 1750, 79 sqq.*). *de usu: inde ab* ENN. *et* PLAVTO *usque ad infimae aetatis scriptores. inter exempla grammatica, ut vocabulum tritissimum, est* VARRONI: ling. 8, 12 homo -us et scribit -e. 8, 46. 62 non -um dici indoctum. 8, 77 *superl.* 9, 57. GRAMM. suppl. 77, 32 conparativus aliquando servit nominativo, interposita 'quam', ut '-ior hic quam ille' (*cf. p. 1752, 52. 1754, 44*), et ablativo cum praepositione, ut '-ior ab illo' (*exempla in schedis nostris non extant*), item . . . ablativo singulari sine praepositione, ut '-ior illo' (*cf. p. 1752, 46. 1753, 82. 1757, 25. 1758, 77 al.*). *frequentant*: PLAVT. 31^{ies}, CIC. 248^{ies} (oratt. 26^{ies}, rhet. 88^{ies}, phil. 106^{ies}, epist. 28^{ies}), HOR. 27^{ies}, PROP. 18^{ies}, OV. 62^{ies}, SEN. phil. 18^{ies}, STAT. 36^{ies}, MART. 37^{ies}, QVINT. 36^{ies}, PLIN. epist. 19^{ies}, FRONTO 14^{ies}, FIRM. math. 23^{ies}, AVG. civ. 79^{ies}; *raro habent*: TER. (Eun. 791), RHET. Her. (4, 13, 19), CAES. (civ. 2, 12, 4), LIV. (26, 22, 14), PLIN. nat. (praef. 7 = LVCIL. 595), DIG. (SCAEV. 33, 1, 19, 1 POMPON. 1, 2, 2, 45. 46 PAVL. 1, 5, 12. 10, 4, 19), TERT. Vind. I. III (*ter*); *non legitur*: NEP. SEN. rhet. CELS. CVRT. ASCON. PHYSIOGN. *de notione*: GLOSS. δεδιδαγμένος, πεπαιδευμένος, μεμαθηκώς, πολυμαθής, εὐπαίδευτος (*discretum a part.* παιδευθείς: PRISC. gramm. II 562, 21. III 148, 21. 276, 21. 464, 20), ἐλλόγιμος; disertus, eruditus, sciens, ingeniosus, peritus. -issimus εὐπαίδευτος, διδασκαλικώτατος, ἐλλογιμώτατος.

ex Graecis translata: δεδιδαγμένος: VVLG. cant. 3, 8 -issimi (*p. 1759, 31*). διδακτός: VVLG. I Cor. 2, 13 (*p. 1758, 5*). πλείονα εἰδώς: CIC. carm. frg. 29 -ior (*p. 1754, 51*). ἐπιστήμων: ITALA Is. 5, 21 (*p. 1752, 59*). μαθητευθείς: VVLG. Matth. 13, 52 (*p. 1760, 25*). σεσοφισμένος: VVLG. II Petr. 1, 16 (*p. 1758, 6*). νομομαθής: AVELL. p. 192, 20 legis -us. σοφός: CIC. carm. frg. 39 (*p. 1754, 53*) ROMVL. fab. Aesop. (*p. 1752, 65*). *cf. etiam ad* ACC. trag. 534 (*p. 1752, 49*) *et* CIC. Tusc. 5, 35 *v. p. 1753, 12.* *ex confusione vocum graecarum q. s.* ὀψέ *et* ὄψις: PORPH. Hor. sat. 1, 20, 21 ὀψιμαθεῖς id est qui vultu -i sint.

curiosius de differentia inter -um *et* peritum: NON. p. 428, 26 a M. Tullio discretum est, ut sit peritum plus quam -um, de officiis lib. III: itaque cum sint docti a peritis, desistunt facile sententia (*off. 3, 15 v. p. 1724, 43*). *de formis: gen. plur.* -um: PLAVT. Pseud. 678 *v. infra l. 35.* *compar.* (*inde a* PLAVTO) *et superl.* (*inde a* LVCIL.) *passim.*

I *pro **adiectivo,** et praedicative et attributive positum*:

A *i. q.* ***astutus, callidus,** catus, prudens, sapiens* (PORPH. Hor. carm. 3, 12, 10 catus 'acutus' ac per hoc '-us' significat [epist. 2, 2, 39 'post haec ille catus': post haec ille -us, inquit. *ibid.* catus: expertus et -us. *cf.* QVINT. inst. 8, 6, 37 nos quis ferat, si Verrem 'suem' aut Aelium Catum '-um' nominemus?]. EVGRAPH. Ter. Haut. 548 'calleo': peritus et -us sum. ISID. diff. 1, 87 callidum non pro astuto tantum, sed pro astute -o dicimus):

1 *de **hominibus:*** PLAVT. Bacch. 694 ut senem hodie -um -e fallas. Capt. 787 hic illest senex -us (ductus *codd.*), quo⟨i⟩ verba data sunt. Cas. 529 quid me amare refert, nisi sim -us ⟨ac⟩ dicaculus? (*Kiessl.*, dicax vivus *B*). Epid. 378 *v. p. 1759, 28.* 428 (*vix referendum ad C1, cf. p. 1759, 26*) si allegavissem aliquem ad hoc negotium minus **hominem** -um minusque ad hanc rem callidum (Merc. 632 egomet credidi homini -o rem mandare, is lapidi mando maximo. Pseud. 385 ad eam rem usust hominem astutum, -um, cautum et callidum. 678 centum -um [*v. supra l. 16*] hominum consilia. *de* 729 *v. p. 1747, 76.* 907 quom *di* te adiutorem genuerunt mihi tam -um hominem atque astutum. CIC. Flacc. 41 [*ironice*] homo -us et sapiens). Most. 186 miror tam catam, tam -am te et bene -am (-am te et bene eductam *Camerarius*, docilem te et bene -am *Leo minus probabiliter*) nunc stultam stulte facere. 279 ut perdocte cuncta callet! nihil hac -a -ius. 412 id **viri** -i est opus (VVLG. prov. 17, 27. AVG. civ. 5, 7 p. 199, 19 D. [*iron.*] ideo vir -us elegit horam, qua misceretur uxori). Most. 1072 mortalem malum! alter hoc Athenis nemo -ior dici potest. Persa 541 te de aliis quam alios de te suaviust fieri -os (*i. reddi prudentiores*). 594 ego ille -us leno paene in foveam decidi (PETRON. 84, 5 ipsis lenonibus -ior). Poen. 234 quae tam callida et -a sis et faceta. Pseud. 725 malum, callidum, -um. 1243 nimis illic mortalis -us, nimis versutus, nimis malus. TER. Eun. 791 quantist sapere! numquam accedo, quin abs te abeam -ior. ACC. trag. 534 *ignem* -us Prometheus clepsisse dolo *cluet* (*cf. e. g. Hes. theog. 511* ποικίλον αἰολόμητιν. *521* ποικιλόβουλον. *546* ἀγκυλομήτης. *Aeschyl. Prom. 944* σοφιστήν). LVCIL. 673 -ior quam ceteri sis. CIC. nat. deor. 1, 60 *Simonides* non poeta solum suavis verum etiam ceteroqui -us sapiensque traditur (*potest revocari ad B 1 a α vel β*). PROP. 2, 32, 20 tendis iners -o retia nota mihi (*sc. qui didici et calleo retia evitare*). 4, 3, 38 -i . . . dei (*i.* σοφοῦ δημιουργοῦ). OV. ars 2, 553 non semel hoc vitium nocuit mihi: -ior ille (*qui evitavit*). PETRON. 140, 11 (*festivius dictum*) -issimus puer. ITALA Is. 5, 21 (Barnab. 4, 11) apud se -i videntur (VVLG. prudentes, ἐπιστήμονες). PORPH. Hor. carm. 3, 4, 66 *Augustum* fortem intellegi vult et -um, per quae ad sublimitatem imperii Romani pervenerit. COMM. instr. 1, 26, 7 anni te non possunt iam triginta reddere -um. 2, 27, 4 per omnia -i. CLAVD. DON. Aen. 9, 511 p. 256, 24 quos . . . belli prolixa calamitas fecerat -iores (11, 45 p. 413, 20 tot bellis -ior redditus). ROMVL. fab. Aesop. ed. Thiele epist. Aesop. p. 4 r. W. l. 10 -i longaevi (*Babr. prol. 1* σοφοῦ γέροντος).

2 *de **rebus*** (*cf.* nihil *supra l. 40*): PLAVT. Asin. 525 verba blanda esse aurum rere, dicta -a pro datis? (Trin. 380 -a [-e *A*] dicta. *alio sensu v. p. 1757, 49*). Bacch. 1095 is me scelus auro usque attondit dolis -is indoctum (Mil. 147 facetis fabricis et -is [factis *A*] dolis. 248 nimis -um dolum! Persa 480 hunc hominem ego hodie in trasennam -is deducam dolis. Pseud. 485 [*del. Ritschl*] = 527 per sycophantiam atque per -os dolos). FLOR. epit. 4, 2, 50 Caesaris obequitantis . . . *vox* cruenta, sed -a et ad victoriam efficax 'miles, faciem feri!'.

B *significat **cuiusvis doctrinae vel artis aut praeceptis aut usu peritum:*** OV. fast. 3, 816 Pallada nunc (*Quinquatribus*) pueri teneraeque orate puellae: qui bene placarit Pallada, -us erit. 6, 656 -ae . . . deae *i. Minervae* (*aliter p. 1757, 44. 1758, 51*).

B *praevalente notione* **admonendi** (GLOSS. νουθεσία. ὑπόδειγμα): **1** *fere i. q. exemplum ad admonendum vel maxime deterrendum propositum* (*saepe accedit enuntiatum finale; acced* in *c. acc.*: *l. 80*, adversus: *p. 1806, 19. 25 28*): **a** *non accod. genet.*: PLAVT. Capt. 752 ego illis captivis . . . -um dabo, ne tale quisquam facinus incipere audeat (OV. met. 3, 579 tua ... aliis -a dature morte. LIV. 1, 28, 6 audeat . . . talia alius, nisi in hunc insigne iam -um mortalibus dedero. 3, 50, 8 aliena calamitate -um datum illis cavendae similis iniuriae. PANEG. 7 [6], 10, 7 in vinculis . . . aliis regibus dedere -um, ut *eqs.*). CIC. ad Brut 1, 15, 10 ut ... in posterum -um statuerem, ne *eqs.* (LIV. 24, 45, 5. *cf.* BELL. Afr. 54, 3 quo ceteri *milites* dissimiliter se gerant, . . . -um more militari constituam). CAES. Gall. 7, 4, 10 auribus desectis . . . domum remittit, ut sint reliquis -o (LIV. 5, 51, 8 tantum poenarum ... dedimus, ut terrarum orbi -o essemus. 6, 25, 3 -o unus dies fuerat, ne *eqs.* 7, 6, 11. 10, 38, 11. 24, 8, 20. 28, 41, 14. 28, 42, 1 Africa ... et M. Atilius, insigne utriusque fortunae exemplum, nobis -o sint. VAL MAX. 2, 7, 11. CARM. epigr. 97, 11 [*saec. II init.*] sit -o, ne *eqs.* PANEG 9 [12], 6, 2 HYG. astr. 2, 26 p. 68, 21). HOR. sat. 1, 4, 110 nonne vides, . . . ut . . . Baius inops, magnum -um ne patriam rem perdere quis velit. LIV. 21, 19, 10 Hispanis populis sicut lugubre, ita insigne -um Sagunti ruinae erunt, ne *eqs.* (24, 45, 3 is . . . transfugis -um esset. CVRT. 3, 2, 18 -um eris posteris, homines . . . naturam dediscere 8, 14, 26 obtriti . . . pedibus *beluarum* . . . ceteris, ut parcius instarent, fuere -um). 25, 33, 6 exempla ... haec vere pro -is habenda, ne *eqs* 28, 19, 8 gravi -o sancirent, ne *eqs.* STAT. Theb. 12, 689 parvane prostratis . . . -a Mycenis sanximus? PS. QVINT decl. 9, 20 p. 185, 11 maria ... tam recenti -o timenda (AMM. 14, 7, 6. 26, 2, 4. 26, 5, 11. *cf. l. 27*). TAC. ann. 14, 33 satis ... magnis -is temeritatem ... coercitam. 15, 27 multa Romanis secunda, quaedam Parthis evenisse, -o adversus superbiam. PLIN. epist. 8, 10, 1 errorem magnis -is (*i. doloribus -um praebentibus*) expiavit in summum periculum adducta. PANEG 7 (6), 11, 6 semel acie vincitur, sine fine -o (*abl. instr., i. supplicio*). AMM. 24, 6, 8 elephanti -is praeteritis formidati. PAVL. NOL. carm. 20, 176 quae . . . me . . . reliquis -o ferre videtis. SVLP. SEV dial. 1, 20, 1 adversus falsam iustitiam non mediocre -um (*syn.* exemplum). 1, 21, 6. **b** *accod. genet. obiect.*: *α rei*: LIV. 1, 52, 4 Turnus (*om. M*) sui cuique periculi ... recens erat -um (9, 46, 8 haud memorabilem rem per se, nisi -um sit adversus superbiam nobilium plebeiae libertatis. PANEG. 12 [2], 34, 1 illi . . . par poenae culpaeque -um fuerunt). AMM. 17, 13, 21 haesitabant . . . utrum oppeterent an rogarent, cum utriusque rei suppeterent -a non levia. *β personae*: SEN. dial. 3, 6, 4 *damnati* -um omnium sint (GREG. TVR. Mart. 3, 47 ego te faciam ad omnium -um fame tabescere). **c** *acced. genet explic. vel appos.*: LIV. 1 praef. 10 hoc . . . est frugiferum, omnis te exempli -a (*v. p. 1805, 38*) in inlustri posita monumento intueri: inde ... quod imitere (*v. l. 48 sqq.*) capias, inde ... quod vites. PS. QVINT. decl. 9, 5 p. 171, 16 illum . . . non vicinum meae fortunae -um prohibuit. TERT. paenit. 12 p. 664 Oe. Aegyptius imperator . . . post tot -a plagarum ... periit. CARM. de Iona 9 omnia vulgo poenarum -a vacant. AMM. 15, 4, 10 plerosque recentis aerumnae -a terrerent. **d** *acced. genet. subiect.*: STAT. Theb. 11, 657 numquamne priorum haerebunt -a novis *regibus?* (CLAVD. 5, 307 non te -a priorum, non exempla vetant? PELAG. in Cor. II 13, 2 qui post -a priorum peccaverint, nec ipsis parcam, quia antecedentium ruina sequentes debet facere cautiores). QVINT decl. 327 p. 286, 9 -is quarundam infeliciter parientium mota est. AVG. civ. 3, 8 p. 105, 6 D. post Troiae . . . -um.

2 *fere i. q. exemplum ad discendum res aut imitandas aut ad imitationem aliquo modo aptas propositum* (*cf. supra l. 36. acced.* de: *infra l. 83*): **a** *acced. genet. obiect.*: CIC. dom. 126 *v. infra l. 75.* Rab. Post. 27 Rutilius ... -um fuit hominibus nostris virtutis, antiquitatis, prudentiae (LIV. 28, 39, 17 restitutum Saguntum fidei socialis utrimque servatae -um omnibus gentibus fore. TAC. hist. 4, 60 miseriarum patientiaeque -um fuere *obsessi*. AVG. serm ed. Mai 2, 2 ut esset . . . in accusatione totum veniae -um, *sc. Christus*). SEN. dial 1, 3, 9 *fortuna Regulum* -um fidei, -um patientiae (*v. l. 54. 65. 69*) fecit SIL. 10, 112 suis daret ut pugnae -a (IVST. 3, 2, 8 lege ... cuius non ipse primus in se -um daret. NEMES. Cypr. epist. 77, 2 p. 835, 8 multis -um confessionis dedit *anima tua. v. etiam p. 1807, 1*). CYPR. epist. 58, 6 p 661, 17 in Machabaeis beatorum martyrum . . . tormenta . . . et . . . mater . . . moriens ipsa quoque cum liberis, nonne magnae virtutis et fidei -a testantur et nos . . . adhortantur? (SVLP SEV. Mart. 25, 5 beatum . . . saeculum tanto fidei virtutisque -o, *i. Paulino. v. et l. 72*). 71, 3 p. 773, 18 -um ... nobis et concordiae et patientiae (*v. l. 56*) tribuens. SOL. 1, 124 pietatis -um nobilius . . . in Metellorum domo effulsit, sed eminentissimum *eqs.* AVG. epist. 23, 5 p 70, 5 tam imitabile medicinae -um. c. Faust. 22, 26 p. 621, 4 quaecumque in factis sanctorum elucent -a iustitiae (*syn.* exempla). SACR. Greg 73, 1 *salvatoris* patientiae ... -a, *cf. antea* ad imitandum humilitatis exemplum (CASSIOD. inst. div. 6 p. 1117[D] Iob praeclarum patientiae gloriosumque -um). PETR. CHRYS. serm. 113 p. 510[B] inde assumere debuerant -a virtutum. INSCR. christ. Diehl 615 (*inconcinne*) feminae, queius de vitae -a (*pro* -is) non sufficit mediocritas hominum at cumulum laudis pervenire. *nota in allocutione contumeliose dictum*: CIC. dom. 126 homo omnium scelerum flagitiorumque -um. **b** *non acced. genet.*: TAC. ann. 12, 6 statueretur . . . -um, quo uxorem imperator acciperet. FRONTO p. 221, 15 N. nec paucioribus exemplis aut -is familiaribus instructus. CYPR. eleem. 15 p. 385, 13 dat *vidua evangelii* . . . , quam oportebat accipere, ut sciamus, quae poena sterilem (*i. nihil dantem*) divitem (*sc. matronam*) maneat, quando hoc -o operari etiam pauperes debeant. epist. 4, 3 p. 475, 16 qui (*praepositi et diaconi*) exemplum et -um ceteris de conversatione et moribus suis praebeant. 76, 1 p. 828, 10 exhibens . . . maiora -a. AVSON. 417, 44 nos -a magis fe-

[I. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

licia, qualia magnus Scipio longaevique dedit sapientia Laeli (ARATOR ad Flor. 3 primaevus adhuc senibus -a dedisti. *v. etiam p. 1806, 57*). NICET. vigil. 7 p. 63, 5 his instructi sermonibus, his confirmati -is. (*cf. antea*: non verbis solum docuit ... sed etiam ... exemplo). CORP. VI 31904 ob moderationem pro -o etiam posteris relinquendam. c *acced. genet. subiect.*: CYPR. epist. 14, 2 p. 511, 17 item Pauli apostoli -a sectentur. ARNOB. nat. 5, 29 deorum -a. EVANTH. de com. 1, 5 *Homeri* tale tantumque -um. SCHOL. Cic. Bob. p. 143, 30 St. peregrinis exemplis subicit Romanorum -a. CLAVD. carm. min. 9, 48 Parthos retro didicisse ferire prima sagittiferae pecudis (*i. hystricis*) -a secutos (ARATOR act. 2, 1034 iustitiae -a. CONC. Turon. a. 567 p. 137, 23 Abrahae -a).

C *praevalente notione* **probandi** (GLOSS. probationes. testimonia): 1 *fere i. q. exemplum quod probat aliquid, probatio* (*cf.* GLOSS. probatum? *v. p. 1803, 73*), *interdum fere i. q. experimentum* (*cf.* GLOSS. πεῖρα) *e. g. infra l. 69* (*acced.* de: *p. 1808, 7, in c. acc.: infra l. 79*): **a** *acced. genet. obiect.*: α *rei*: CIC. rep. 1, 33 *usui civitati esse* maximum ... virtutis vel -um vel officium puto (SEN. dial. 1, 4, 12 dure generosos spiritus deus temptat: numquam virtutis molle -um est. IVST. 2, 4, 31 *Penthesileae* magna virtutis -a extitere [OROS. hist. 1, 15, 10]. HIL. in Matth. 12, 22 post tot divinae virtutis -a. PETR. CHRYS. serm. 13 p. 227^B^. EMPOR. rhet. p. 570, 18 virtutum suarum -a ⟨stat⟩uerunt. *cf. p. 1808, 17 sqq.*). LIV. 22, 39, 12 fidei -um ... dederunt (TAC. ann. 1, 30. PANEG. 11 [3], 26, 4 quis ... plura praebuit fidei constantiaeque -a? [CYPR. Fort. 11 p. 338, 24 quam praeclara, quam magna -a fidei praebuerunt *martyres*]. CONC. Ephes. a. 431 tom. I vol. 4 p. 40, 2 S. rectae fidei -um [σύστασις]. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 284. *nota i. q. actio fidei probandae*: CYPR. mort. 14 p. 305, 21 quod per iacturas et damna corporum ... vel debilitatur incessus vel auditus obstruitur vel caecatur aspectus, ad -um proficit fidei). LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 2, 33 pr⟨o -o⟩ (*suppl. inc.*) meritorum tuorum (PAVL. NOL. carm. 26, 395 meriti. 27, 446). LIV. 33, 12, 7 Romanos ... praecipuum clementiae -um dedisse (45, 37, 3 eloquentiae. TAC. Agr. 2 grande patientiae [*cf. infra l. 56*] -um. ann. 2, 34 doloris. HIL. in psalm. 1, 24 magnum timoris sui. AMM. 30, 3, 6 facinorum ... pulchrorum. CLAVD. 17, 47 clara ... mentis [rerum *var. lect.*] -a. SVLP. SEV. chron. 1, 39, 2 ARATOR act. 1, 655. *cf. l. 24. 65. 67. 78.*) CVRT. 10, 5, 25 magnum ... *illius* indulgentiae ... -um est mors huius. PLIN. nat. 3, 152 vanitatis Graecae certissimum -um. 9, 77 saevitiae. TAC. hist. 1, 15 iudicii mei. 2, 47 praecipuum destinationis meae -um habete, quod *eqs.* SVET. Aug. 51, 1 clementiae civilitatisque eius multa et magna -a sunt. FLOR. epit. 4, 10, 1 Crassus et Pacorus utrimque virium mutuarum -a fecissent (TERT. pudic. 21 p. 269, 16 severitatis). TERT. anim. 1 p. 299, 26 nondum ... Christianae potestatis -a processerant. 57 p. 394, 1 quasdam *animas* revocavit in corpora dei virtus in -a iuris sui. adv. Hermog. 45 p. 176, 9 -um artis suae ... ostendit. apol. 25, 5 maiestatis suae ... grande -um nostra ... aetate proposuit *Cybele*, cum *eqs.* adv. Marc. 4, 4 p. 429, 8 post tot ac tanta iam opera atque -a Christianae religionis ... edita. orat. 29 p. 199, 7 quanta -a efficaciae eius! uxor. 2, 7 p. 693 Oe. ad aliquam virtutem caelestem -is dignationis alicuius vocatus (*sc. a deo*). PANEG. 11 (3), 28, 1 praebuit civilis animi satis clara -a (AVSON. 412, 4 huiusmodi -a liberalis animi). SPART. Hadr. 10, 2 tolerantiae -is eum (*i. militem*) imbuens. IVST. 2, 15, 18 pietatis. HIL. in psalm. 63, 6 p. 228, 26 longae praeparationis. AMM. 22, 9, 16 patientiae (*cf. supra l. 35*) ... et lenitudinis -um leve quidem, ... sed mirandum. AVG. civ. 16, 35 p. 181, 6 D. gratiae. nupt. et concup. 2, 8, 19 p. 271, 14. SVLP. SEV. chron. 2, 10, 1 prudentiae. COD. Theod. 6, 35, 8 *a. 367* -a fidelis obsequii ... acta. COD. Iust. 1, 17, 1, 3 ingenii. ARATOR act. 2, 833. 970. β *personae* (domūs *l. 66*): LIV. 32, 7, 10 nec per honorum gradus, -um sui dantes, nobiles homines tendere ad consulatum (VAL. MAX. 4, 5, 1 certissimum sui -um ... exhibuit. STAT. Theb. 8, 296. EVTR. 7, 17, 1 ostendere. SOL. 45, 7 *var. lect. v. p. 1808, 9. cf.* CVRT. 7, 11, 9 et mei -a vobis dedi et vestra habeo). SIL. 6, 123 sat tibi ... magna et totum vulgata per orbem stant -a domus (13, 671). SVET. Galba 14, 1 multa -a egregii principis daret (*cf.* AMM. 15, 7, 1 multa spectati iudicis -a praebebat). ITALA II Cor. 13, 3 (Act. Archel. p. 43, 7 B.) an -um quaeritis eius qui in me loquitur Christus (δοκιμήν, VVLG. experimentum). RVFIN. hist. 5, 8, 13 singulorum volens accipere -a (πεῖραν αὐτῶν λαβεῖν). **b** *acced. genet. explic.*: CYPR. Fort. 11 p. 342, 16 per eadem -a poenarum, per eadem passionum martyria pergamus. **c** *acced. genet. subiect.*: SOL. 45, 9 -a eius (*sc. Bucephali*) in proeliis plura sunt (*cf.* 45, 7 *p. 1808, 8*). **d** *non acced. genet.*: SEN. dial. 10, 18, 1 satis ... per laboriosa et inquieta -a exhibita virtus est. CVRT. 5, 8, 7 maiore quam vellem -o ... virtutem vestram et fidem expertus. TAC. hist. 3, 54 quando magno -o (*sc. fidei*) opus est, ... dabo cui credas (PS. HIL. libell. 13 in hoc dabit experimentum et -um renuntiasse se *eqs.* ARATOR act. 1, 25 -a resurgens quae sic certa daret *Christus* [*sc. quod viveret*] quam mandere. *cf. supra l. 34*). ann. 16, 33 aequitate deum erga bona malaque -a (*cf.* TERT. anim. 40 p. 368, 9 bona; *antea* probitatis, iustitiae *eqs.*; *opp.* crimina). APVL. met. 5, 13 fidei atque parciloquio meo perpendisti -a. TERT. adv. Marc. 3, 17 p. 405, 1 neque ... ulli hominum universitas (*Kroym.*, div- *codd.*) spiritalium -orum competebat nisi in Christum. patient. 3 p. 4, 22 talia tantaque -a ... probant *seq. acc. c. inf.* (CLAVD. DON. Aen. 6, 687 p. 598, 5 *pass.* PAVL. PETRIC. Mart 1, 166. 181 per tot -a probatum ... Hilarium. *cf. l. 34 sqq.*). scorp. 10 p. 167, 28 *caelum aditurus* pulchra ... -a (*potest revocari ad 2*) praemittam, bonas mecum claves feram. CYPR. hab. virg. 24 p. 205, 3 hortamentis vos mutuis excitate, aemulis de virtute (*sic S*, de utrisque *W*, virtute *D*) -is ad gloriam provocate. SOL. 45, 7 qui (*equi*) infra nobilitatem sati sunt, nulla -a sua (sui *var. lect.*, *cf. p. 1807, 64*) praebuerunt (*cf. p. 1807, 25. 53. 68*). AMM. 17, 1, 2 amor post -a (*sc. virtutis*) flagrantior. 17, 11, 4 ut -a praeclara testantur. OROS. hist. 5, 19, 16 post tale -um (*sc. bella civilia esse militiam parricidiorum*). PROSP. chron. I p. 477, 1337 -is bellicis.

speciatim: id quo deus (Christus) divinitatem suam probat (*fere i. q. argumentum, specimen sim.; acced. genet. variae significationis*): TERT. adv. Marc. 3, 3 p. 379, 1 se et filium et missum dei ... rebus ipsis esset probaturus per -a virtutum (3, 3 p. 379, 10. pudic. 10 p. 239, 22 si virtutum -a vidissent. POTAM. tract. 1 p. 1415^A^. *cf.* TERT. adv. Marc. 4, 35 p. 540, 2 -a virtutis et potestatis. *cf. p. 1807, 18 sqq.*). 3, 3 p. 329, 27 si alia -a invenirentur in tuo Christo, nova scilicet. *de* 4, 1 p. 423, 15 *v. p. 1809, 47*. 4, 18 p. 477, 22 resuscitavit ... mortuum filium viduae. non novum -um (*cf.* 4, 18 p. 478, 7 in tanto -o mortui resuscitati). 4, 18 p. 479, 4 *pl.* 4, 28 p. 518, 13 si eiusmodi -um creatoris est (*i. ad creatorem pertinet*. 4, 35 p. 543, 12 *pl.*). 4, 35 p. 540, 14 edito -o (4, 18 p. 477, 23. PAVL. NOL. carm. 26, 360 quaecumque patres .. sancti ediderunt -a dei). nat 2, 7 p. 106, 8 -is divinitatis. resurr. 55 p. 114, 21 formam demutationis divina etiam -a testantur: mutatur Mosei manus *eqs.* PAVL. NOL. epist. 49, 1 evidentibus veritatis suae ... -is (*syn.* argumentis). ARATOR act. 1, 798 Petrus ad ecclesiam revocat -a magistri. ITALA II Cor. 13, 3 *v. p. 1807, 68*.

2 *fere i. q. testimonium, argumentum* (*acced.* in *c. acc.*: *infra l. 51*): SVET. Aug. 94, 2 -is apparuit, ostentum illud ... portendisse (CLAVD. DON. Aen. 9, 4 p. 184, 16). TERT. anim. 24 p. 339, 17 multa ... -a teste Platone divinationem animae probaverunt (SER. SAMM. 486 SOL. 2, 38 *pass.* AVG. epist. 265, 4 p. 642, 1 *pass.* PAVL. PETRIC. Mart. 2, 60. *cf.* OROS. hist. 7, 1, 1 sufficientia ... -a ..., quibus probari queat. *cf. supra l. 2 sqq.*). resurr. 38 p. 80, 22. p. 81, 2. adv. Marc. 4, 21 p. 490, 6 ista nova doctrina, cuius vetera -a sunt. SOL. 27, 36 *et* 45, 6 *pl.* OPTAT. 1, 28 p. 31, 6 *pl.* 5, 1 p. 118, 3 manifestissimis -is ostendimus (RVFIN. Adamant. 2, 13 p. 83, 25 confutati atque convicti. AVG. civ. 1, 36 p. 52, 17 D. [5, 26 p. 241, 2. *ibid.* ostenditur]). AMM. 14, 2, 8 se impares ... fore ... -is frequentibus scirent. 16, 1, 3 fides integra rerum ... -is evidentibus fulta (*v. l. 45. 49. 50. 81 p. 1809, 34*). 16, 8, 12 ut -a liquida prodiderunt. 20, 8, 6 cum -is adsiduis constet (CONC. Rom. a. 502 p. 447, 17 evidentissimis -is constat *cf. infra l. 82*). CLAVD. DON. Aen. 8, 340 p. 163, 14 apertum. RVFIN. Adamant. 1, 26 p. 51, 7 veriora tibi exhibeo -a, quia *eqs.* (ἀπόδειξιν παρέξω ὅτι). 2, 13 p. 85, 17 habes aliquid -i (ἀπόδειξιν ἔσχες). AVG. civ. 15, 12 p. 81, 14 D. -o evidentissimo ostenditur (epist. 149, 9 p. 356, 8 nullo ... evidentiore -o). adv. Don. 31, 54 p. 154, 21 nostra in eam rem -a. epist. 104, 14 p. 592, 14 hoc non est docere, sed ... sine ulla -orum astructione proponere. serm. 242, 8, 12 ad credendum certissimis -is. 334, 2 attulit grande -um. serm. ed. Mai 169, 3 SVLP. SEV. dial. 1, 25, 2. ZACCH. 2, 6 p. 1116^A^ specialibus -is Christi nativitas ... monstrata est MART. CAP. 6, 601. 715 apodictica (*schemata*), quae probandi quod asseverant afferunt -a. 7, 784. CAPREOL. epist. 2, 13 *v. infra l. 72 sq.* ARATOR act. 1, 316 inania ... a somno (*cf. Vulg. Matth. 28, 13 sq.*) -a petis. *fere i. q. pignus*: ZACCH. 2, 8 p. 1221^A^ in hac tantum corporis imminutione (*i. circumcisione*) fidentes totius spei -a componant (ARNOB. ad Greg. 3 p. 388, 14 patientiā spei tenuimus -a).

speciatim: i. q. testimonium ex libris sumptum: CYPR. Demetr. 3 p. 352, 26 nobis ... nulla de scripturis sanctis ... -a promentibus (AVG. c. Cresc. 1, 10, 12 p. 335, 24 ista, quae a me de scripturis sanctis -a prolata sunt, sic accipienda arbitraris. in euang. Ioh. 122, 8 advertenda litterarum sacrarum -a testantur). CLAVD. DON. Aen. 10, 1 p. 288, 7 ne longius adsertionis istius -a requirantur, ipsius Maronis ... dicta repetamus. AVG. fid. et op. 7, 11 p. 48, 6 nullum ... -um est huius opinionis ex epistulis apostolorum. VINCENT. LER. 10, 15 *quaestioni* non ingenio proprio, sed divinae legis auctoritate, ecclesiastici magisterii -o (*aliter p. 1809, 21*) satisfaciendum est. CAPREOL. epist. 2, 13 paginarum sanctarum omnia ... -a congerere. *ibid.* scripturarum divinarum. *opp.* mea ... in hac fidei regula -a *cf. supra l. 57.* SIDON. epist. 4, 21, 2 ecce habes magnum maximo auctore -um (*syn.* exemplum nostri Maronis).

3 *sensu iuridiciali: quodcumque in iudicio adfertur ad aliquid probandum* (GLOSS. δικαίωμα. *v. etiam p. 1807, 13. nonnulla exempla possunt etiam referri ad p. 1809, 19 sqq.*): APVL. met. 2, 30 dabo vobis intemeratae veritatis -a. AMM. 18, 1, 4 -orum inopia. 18, 3, 4 mulier -o convicta non levi. 20, 2, 3 -a ... perspicue demonstrantia. 27, 2, 9 eum ... damnasset, ni ... -is evidentibus (COD. Theod. 12, 1, 173 *a. 410*) constitisset. 28, 1, 27 -is ... ambiguis, ... absoluti sunt. 28, 1, 30 *nulla* -orum rata est fides (29, 2, 27 -orum plena fide monstrare). 28, 6, 30 -is probabilibus ostendissent (COD. Theod. 16,

[*I. Kapp*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

8, 28 *a. 426* suppeditabunt probabilia et manifesta -a). 30, 5, 2 *facinora* quaerenda verissimis -is et vindicanda. CLAVD. DON. Aen. 6, 459 p. 566, 26 *iure iurando* firmantur, quae aliquibus -is deficientibus probari non possunt (COD. Theod. 2, 27, 1 *a. 421* multiplicibus. *cf.* 1, 10, 1 *a. 381* certissimis nequeat adprobare -is. COD. Iust. 8, 53, 29 si sine scripto donatum quod fuerit, adhibitis aliis idoneis -is . . . comprobetur). AVG. serm. 164, 7, 11 si iudex es . . . , si veris -is testibusque convinceris. COD. Theod. 2, 27, 1 *a. 421* nullus . . . per tanta contestationum poterit -a mentiri (*praeterea bis ibid.*). 9, 36, 2 *a. 409*. 9, 37, 3 *a. 382* res munita sit testibus, instructa -is (*cf.* COD. Iust. 4, 19, 25 apertissimis). 9, 41, 1 *a. 425* -orum probationumque pensanda libramenta. 16, 2, 41 *a. 412* docenda probationibus, monstranda -is . . . inferre. COD. Iust. 3, 21, 2 in militari oportet iudicio respondere, in quo . . . nota testimonia et verissima possunt -a praestari. 5, 17, 8, 6 si tamen alia -a defecerint. 6, 23, 31 quod ex ipsis rerum invenimus -is (8, 33, 3 pr. INST. Iust. 4, 11, 6). 9, 39, 2 pr. poenas post -a congruas subituros. NOVELL. Iust. 111 praef. nec -is (ἀποδείξεων) integritas nec actis fides . . . valet . . . suffragari.

4 *de re ipsa quae probat: i. q. scriptum quod pro testimonio est, tabulae:* AVG. epist. 34, 6 p. 26, 25 *quaestio* vel de scripturis sanctis vel -is ecclesiasticis aut publicis discutienda est. COD. Theod. 11, 20, 4 *a. 423* proferre -um (CASSIOD. var. 5, 21, 2 p. 155, 34 prolati -i fidem fieri). 11, 30, 40 *a. 393* libelli absque -o et recitatione decernitur. SIDON. epist. 7, 2, 7 matrimonialibus . . . -is (*i. tabulis nuptialibus*). ENNOD. epist. 8, 1, 8 p. 201, 5 plenarii mihi -i dirigite firmitatem. 8, 5, 4 p. 204, 10. 8, 5, 5 p. 204, 16. 9, 21, 2 p. 244, 1 de suburbano illo -a legitima suscepisse. 9, 22, 2 p. 244, 17 exhibuisse -a confirmata de legibus. CASSIOD. var. 4, 40, 2 p. 132, 15 possessio Arcinatina . . cum -is omnibus . . . coniugi redderetur. CONC. Rom. a. 502 p. 450, 18 contra fas si quod conceptum fuerit -um. CONC. Aurel. a. 541 p. 90, 15 quaecumque ecclesiis . . . sub competenti ac iusto -o fuerint derelicta. COD. Iust. 1, 5, 10 pr. irrita omnia huiusmodi -a et tamquam penitus nec scripta censemus. 10, 22, 1, 1 descriptus -is evidentibus fulciatur. *translate:* AVG. mag. 12, 39 ita illas imagines in memoriae penetralibus rerum ante sensarum quaedam -a gestamus, quae animo contemplantes bona conscientia non mentimur cum loquimur: sed nobis sunt ista -a. *de carmine, artis et ingenii* -o: ARATOR ad Parth. 97 ne dubita, quin grata forent -a probatis (*sc. fide*), sedis apostolicae quae placuere viro.

II ***id quod ad docendum pertinet,*** *fere i. q. instructio* (*cf.* GLOSS. διδαχή, διδασκαλία): APVL. flor. 15 p. 57 Brachmani . . . pleraque eius (*i. Pythagorae*) philosophiae contulerunt, quae mentium -a, quae corporum exercitamenta *eqs.*

III ***id quod docetur:*** *fere i. q. praeceptum* (GLOSS. μάθημα. quod docetur ignorans): APVL. flor. 18 p. 90 mercedem sibi pro tanto -o rependi (*syn.* id quod . . . didicisti). TERT. adv. Marc. 4, 1 p. 423, 15 -a eloquii, praecepta virtutis, legis disciplinas (*potest revocari ad I C 1 p. 1808, 21*). FIRM. math. 3, 3, 8 sententiae eius sic erunt, tamquam ab eo cunctis hominibus divina -a proferantur. PS. AVG. quaest. test. 2, 7 p. 20, 12 legis -a. 118, 3 p. 355, 17 nulla . . . alicuius -a addiscens. ARATOR act. 1, 491 quae . . . sub hac specie lateant -a videte. 1, 725 nunc plena figuris . . . -a sequar. 1, 1027 -a figurae discite. 2, 33. 74 typicae -a figurae (2, 281). 2, 523 de nomine saepe argumenta trahi -aque maxima gigni. PASS. Paul. 2 ut audiret -a vitae perpetuae. PASS. Petr. 1 viae vitaeque salutaris -a. SACR. Greg. 2, 3 inter cetera caelestis -a culturae . . . instituens. VIRG. gramm. epit. 5 p. 34, 24 omnia illius (*magistri*) -a . . . unam illius . . . sententiam proponam. *I. Kapp.*

δοχους *acc. pl.:* PLIN. nat. 2, 96 emicant et trabes simili modo, quas -ους (*sic F R E a*, docui R^1, -chus *d T*, -chos *P*, decos *y*, docos a^1) vocant. *cf.* docis.

a **dōdeca-, duodeca-** *incipientia vocabula graecolatina sub* **dōdeca-** *coniunximus; monemus scripturam* **duodeca-** *in plerisque aut praevalere aut unice traditam esse.*

(**dōdeca-**) **duodecachronus,** -a, -um [*δωδεκάχρονος. *Th.*]. *t. t. rei metricae de temporibus pedum:* MAR. VICTORIN. gramm. VI 43, 24 additamento temporum *pedes* processerunt . . . a disemo ad duodecasemum seu a dichrono ad -um (duod- *codd.*).

(**dōdeca-**) **duodecada** *v.* dodecas.

dōdecaëtēris, δωδεκαετηρίς. CENS. 18, 6 proxima est hanc magnitudinem (*sc. octaeteridem*) quae vocatur -is (dodeceteris *V*) ex annis vertentibus duodecim. huic anno Chaldaico nomen est *eqs. Boll, PW. V 1254.*

(**dōdeca-**) **duodecaiugum,** -ī *n.* [*a* δ(υ)ώδεκα *et* iugum, *quasi* δωδεκάζυγον. *Th.*]. *translate de duodecim apostolis quasi equis Christi dictum:* AMBR. in psalm. 118 serm. 4, 28, 2 o bonorum equorum -um (duod- *codd.*) mirabile . . . !

(**dōdecas**) **duodecas,** -dis *f.* [δ(υ)ωδεκάς. *Th.*]. duodecada, -ae: FILASTR. 38, 4. *i. q. summa duodenaria, numerus duodenarius:* **1** *generatim:* IREN. 1, 15 p. 185 -is . . . magnitudinem (*v. p. 1810, 19*). AMBR. in Luc. 2, 62 (*de annis* LXXXIV *Annae viduae*) septem -es (duod- *codd.*, dod- *P*, do *eras. L*) . . . sacrum videntur numerum designare. **2** *speciatim:* **a** *de aeonum numero:* PS. TERT. haer. 4 p. 220, 8 *summam* esse Aeonum triacontada, quae sit in Pleromate, ex ogdoade et decade ac -e (duod- *codd.*, duo et decade *N*). IREN. 1, 1, 3 *Pleroma* tripartite divisum in octonationum et decada et -a (δωδεκάδα). 1, 2, 2 praesiliit . . . ultimus et iunior de -e (τῆς δωδεκάδος) ea, quae ab Anthropo et Ecclesia emissa fuerat, Aeon, hoc est Sophia. 1, 3, 2 -is (τῆς δωδεκάδος) . . . Aeonum emissionem significatam per id, quod duodecim annorum existens dominus disputaverit cum legis doctoribus et per apostolorum electionem: duodecim enim apostolos elegit (*de codd. scriptura apud* IREN. *non constat*). FILASTR. 38, 4 de ogdoada . . . et decada et duodecada (*cf. p. 1809, 78*) consistere triginta Aeonas. HIER. in Abd. 4 *sqq.* p. 371 cum triginta aeonas et quadradas et octoadas et -as (duod- *ut videtur codd.*) . . . in medium sermo protulerit *haereticorum*. in Gal. 1, 4 p. 378 *Valentinus* triginta αἰῶνας . . . affinxit dicens eos . . . per quadradas et ogdoadas, decadas quoque et -as (duod- *ut videtur codd.*) tot edidisse numeros saeculorum, quot Aeneia fetus scrofa generavit. **b** *de Christo:* IREN. 1, 15 p. 185 dicitur (*Iesus*) . . . et 'filius Christus', hoc est '-s' (ἡ δωδεκάς): υἱὸς enim nomen litterarum quattuor est, Χριστὸς autem octo, quae composita -is (τῆς δωδεκάδος) ostenderunt magnitudinem.

(**dōdeca-**) **duodecasēmus,** -a, -um [δωδεκάσημος. *Th.*]. *t. t. rei metricae de temporibus pedum:* MAR. VICTORIN. gramm. VI 43, 15 temporum . . . incrementa a duobus ad duodecim procedunt, id est a disemo ad -um. 43, 23 *v. p. 1809, 67*. 49, 17 ab hexasemo ad -um. 49, 21 -us.

(**dōdeca-**) **duodecastȳlus,** -a, -um [*δωδεκάστυλος. *Th.*]. *duodecim columnis in fronte fultus: translate de duodecim apostolis duodecim tribus Israel figurantibus:* IREN. 4, 21, 3 peregre nascebantur XII tribus, genus Israel, quoniam et Christus peregre incipiebat -um (duodec- *ut vid. codd.*) firmamentum ecclesiae generare.

(**dōdeca-**) **duodecasyllabus,** -a, -um [*δωδεκασύλλαβος. *Th.*]. *legitur in codd. ut videtur* duod- *praeter scripturas infra allatas. formam neutrius* -on *v. l. 36. 37. in re metrica i. q. constans ex duodecim syllabis:* **1** *de versu notissimo Asclepiadeo* XII *syllabarum:* MAR. VICTORIN. gramm. VI 161, 3 prima . . . ode *Horatii* subsistens metro Asclepiadeo -o (168, 11 -o versu). FORTVN. gramm. VI 296, 9 Asclepiadeon -on esse oportet. PS. BASS. gramm. VI 305, 4 Asclepiadeon -on. SACERD. gramm. VI 536, 26 tetrametrum Asclepiadeum brachycatalectum -um (dedecas- *A*). *huc pertinere videtur:* NOT. Tir. 114, 53 duodecasilaus. **2** *de hexametro spondiazonte:* MAR. VICTORIN. gramm. VI 212, 15 similiter ut in -o (clud- *C*) *sc. versu* species una est (*cf.* p. 211, 19 in versu duodecim syllabarum). AVDAX gramm. VII 338, 26 versu. 339, 16. *pro subst.:* PS. CENS. frg. 15 contrarius est huic (*pyrrichio*) . . . -us spondiazon (*affertur* ENN. ann. 624).

dōdeca- *et* **duodecatĕmorium,** -iī *n.* δ(υ)ωδεκατημόριον (*cf.* MANIL. 2, 695 tenuem visu rem, pondere magnam, et tantum Graio signari nomine passam, -a in titulo signantia causas). *legitur in codd.* MANIL. *semper* duod- (*etsi vox tantum in initio versus ponitur*), *aeque apud* FIRM.; *frequens etiam est scriptura* duodecath- *in codd. utriusque. nom. vel acc.* -um: MANIL. 2, 700. 736. 741 FIRM. *passim.* -on: FIRM. math. 2, 13, 2 (*bis*). 3. 4. 3, 6, 35. 3, 13, 14 *codd. gen.* -ii: MANIL. 2, 740 (*cf. Garrod ad l.*) FIRM. *i. q. pars nata ex divisione per numerum duodenarium. non legitur nisi apud* MANIL. *et* FIRM. *sensu astrologico; cf. Bouché-Leclercq, L'astrologie Grecque p. 299 sqq.; Housman, Manil. astron. 2 praef. p. XXII sqq., comm. ad 2, 687 sqq., et ad eosdem versus quae commentati sunt Garrod, Breiter, van Wageningen.* **1** *zodiaci signi cuiuslibet pars duodecima:* MANIL. 2, 696 *sqq.* cum tricenas per partis sidera constant, rursus bis senis numerus diducitur omnis. ipsa igitur ratio binas in partibus esse dimidiasque docet partes. his finibus esse (700) -um constat, bissenaque cuncta omnibus in signis. 2, 712 singula divisis variant quod partibus astra -iis proprias mutantia vires. *quae docentur 726 sqq. de luna, exeunt in verba* (735 *sq.*:) in quo (*signo*) destituent *partes*, eius tum luna tenebit -um signi. FIRM. math. 2, 13 tit. de -iis. 2, 13, 1 nunc, de -iis [a] qua ratione perquiras, breviter ostendam; quidam enim . . . totam genituram substantiam . . . ex -iis posse prodi significant. quid autem sint -a, hoc dicetur exemplo. cuiuscumque stellae (*cf. Housm. l. c. p. XXIV*) volueris -on quaerere, partem eius duodecies computas *eqs. fusius in eodem capitulo.* 3, 2, 27 in his omnibus locis Saturno posito partem eius diligenter inquire, ut invenias, in quo loco et in quibus finibus -um eius sit collocatum, ut ex -o et ex finibus -ii omnem Saturni invenias potestatem (*sim.* 3, 3, 24. 3, 4, 40. 3, 5, 40. 3, 6, 35. 3, 7, 28. 3, 13, 14. 4, 17, 12 *aliarum vagarum stellarum et solis, lunae, fortunae*). **2** *zodiaci signi cuiuslibet partis duodecimae* (-ii *1*) *particula quinta secundum numerum stellarum vagarum, quarum singulae singulis particulis praesident* (*de hoc usu vocabuli praeter* MANIL. *non obvio cf. Housm. Manil. 2 praef. p. 26*): MANIL. 2, 740 *sqq.* perspice . . . -ii (*pertin. ad 1*) quid sit quod dicitur esse -um. namque id per quinque notatur partes: nam totidem praefulgent sidera caelo, quae vaga dicuntur. . . . (745) in quocumque igitur stellae quandoque locatae -o ('*proprie in -o -ii*' *Wageningen ad l.*) fuerint, spectare decebit.

dōdecatheon, δωδεκάθεον *vel potius* δώδεκα θεῶν (*cf. Mayh. ad Plin. nat. 1, 25, 9*). *herba ad medicamentum apta:* PLIN. nat. 25, 28 *[Bannier]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ab ea (*herba moly*) maxima auctoritas herbae est, quam -on (duod- *Vd*) vocant omnium deorum maiestate commendantes *eqs.* 26, 107 -um (*acc*) de qua diximus. 1, 25, 9 -on (*nom.*). MARCELL. med. 27 7 medicamentum, quod -on (duod- *codd.*) appellatur, movet urinam *eqs.*
δωδεκαθεος: SVET. Aug 70, 1 cena ... eius (*Augusti*, secretior ..., quae vulgo -ος (*om. G*, duodenorum deorum *suprascr. in V*, dodecateos *S m. 2*) vocabatur.

dōdecazōdion, δωδεκαζῴδιον. VINDIC. med. 14 infantem in utero ferri atque componi ⟨ad⟩ cursum solis et lunae et -on (duodecadion *B*) terminare. *cf.* VINDIC. gyn. p. 450 *ld* (dodecadem, dodiacon *corrupte*). p. 451 *b*.

dōdece, dōdecim *v.* duodecim. **dōdecimus** *v.* duodecimus.

dodilla *v.* doctila.

[**dodomus** dona, munera GLOSS. V 452, 6. 497, 27. do domus *et* dona munera *Goetz dubitanter.* δεδομένα *Bücheler*]

dodoronis erissimo (*i.* ἐρύσιμον) GLOSS. III 589, 70 611, 37. drodonus erisimo 623, 42. *cf.* 589, 61 semen dodoronae ercimos sperma. 611, 23 semen dedorine ericinus sperma. 623, 24 semen drogone ericimos sperma.

dodra, -ae *f.* [*a* dodrans *ductum esse videtur. Th.*]. *potionis genus ex novem speciebus constans*: AVSON. 86, 1 in dodralem (*sc. potionem*): -a ex dodrante est. sic collige: ius aqua vinum sal oleum panis mel piper herba: novem (87, 1). *cf.* 88, 1 δόδρα ποτὸν καὶ ἀριθμός, ἔχω μέλι, οἶνον *eqs.*

dodrālis, -e *a* dodra *v. l. 21.*

*__dōdrāns,__ -tis *m.* [*a* de(esse) *et* quadrans *ductum, cf.* dextans, deunx. *Th.*] *de etymologia*: VARRO ling. 5, 172 -s dempto quadrante (*sc. de asse*). *de genere*: *affertur inter masculina* GRAMM. suppl. 115, 21, *inter feminina ibid* 121 6. *comprobatur masculinum attributis*: CIC. Att. 1, 14, 7 COLVM. 4, 1, 1 PLIN. nat. 7, 26 IVLIAN. Vlp. dig. 35, 3, 1, 8 IVLIAN. dig. 37, 5, 6 AFRIC. dig. 28, 5, 48 (47), 1 MAECIAN. distrib. 59 *al., femininum exemplis comprobari non potest.* *de declinatione*: *gen. plur.* -ium: PLIN. nat. 9, 11. *de formis*: dodras: VICTOR. metrol. p 87. dodran: HILARIAN. pasch. 6 METROL. p. 130, 21. doras: METROL. p. 127, 16. doran(tem): CHIRON 860. 909. *cf. Ahlquist, Stud. zur Mulom. Chiron. p. 112; Krusch, Stud. zur christl. mittelalt. Chronolog. p. 149.* *notatur* S ... *vel* S :· *vel* S ζ/ (*i.* S ... –): LEX par. fac. Put. (Corp. I² 698) I 14. II 2. 4 CORP. IV 2063 FRONTIN. aq. 44 *sqq. saepius.* MAECIAN. distrib. 59. 60 METROL. p. 127, 16. 130, 21. *cf.* MAECIAN. distrib. 12 nota -is S .... INSCR. numm. Babelon I 325. *Hultsch, PW. V 1265 sq.*

novem partes rei cuiuslibet in partes duodecim divisae vel tres partes partium quattuor:

A *generatim*: LIB. de asse 2 *assis* altera *pars* -s, altera quadrans (7). 13 as ... habet unum deuncem, unum dextantem, unum -em *eqs.* 14 sublata uncia de dextante remanet -s, sublata uncia de -e remanet bessis *eqs.* VICTOR. metrol. p. 87 *XII partium assis* si III dempseris, VIIII quae remanserunt -s et III demptae quadras vocatur. METROL. p. 127 S ζ/ (*i.* S ... –) doras unc(iae) VIIII. p. 130, 32. MAR. VICTORIN. defin p. 42, 14 quadrans *est* cui -s deest, ut sit assis (BOETH. in top. Cic. 3 p. 326, 31 CASSIOD. art. 3 p. 1175^B). AVSON. 368, 21 PRISC. gramm. III 416, 20. *cf.* AVSON. 86, 1 dodra ex -e est (*sc. quod ex novem speciebus constat*) *v. etiam p. 1812, 56.*

B *speciatim*: 1 *de mensuris*: a *longitudinis vel altitudinis vel latitudinis*: BALB. grom. p. 95, 1 sextans, quae eadem -s appellatur, habet palmos III, uncias VIIII, digitos XII. LEX par. fac. Put. (Corp. I² 698) I 14 limen ... long(um) p(edes) VIII, latum p(edem) I :·, altum p(edis) (*delendum censet editor*) S :·. *ibid.* II 2 *asseres* disponito ni plus S :·. *ibid.* II 4 antepagmenta abiegnea lata S :·. VARRO rust. 3, 5, 14 lapis a falere pedem et -em alta (*sic*). 3, 8 infimum ordinem *mutulorum* oportet abesse a terra non minus tres pedes, inter reliquos (*ordines*) -es *esse oportet.* VITR. 3, 4, 4 ut *crassitudines graduum* neque crassiores dextante nec tenuiores -e sint collocatae. 7, 1, 3 *rudus* absolutum crassitudine sit -is. 10, 10, 2 tabulae ... fiant crassitudine unius foraminis, latitudine unius et eius -is. COLVM. 3, 13, 5 quidam dupondio et -e altum sulcum, latum pedum quinque faciunt. 3, 15, 2 *locis* acclivibus in dupondium et -em, praecipitibus ... in tres pedes. 3, 19, 1 *malleolus* nec maior pede nec -e minor esse debet (3, 19, 2 *malleolus trigemmis* paulo minor -e, longior utique semipede). 4, 1, 1 nimium ... profundos ... fieri scrobes adiecto -e super altitudinem bipedaneam. 4, 1, 8. 4, 33, 2. 5, 6, 18. PLIN. nat. 7, 26 *Trispithami Pygmaeique* ternas spithamas longitudine, hoc est ternos -es, non excedentes. 9, 11 *dentes beluae* maximi -ium mensura, minimi semipedum. 36, 71 *obeliscus* LXXXV pedum et -is praeter basim eiusdem lapidis. FRONTIN. aq. 65 altitudinem aquae pedum quinque, latitudinem pedis unius -is. *ibid.* fiunt areae pedes octo -s. *per notam* S ...: 44. 45. 51. 53. 57. 63. SVET. Aug. 79, 2 *staturam* quinque pedum et -is. PALLAD. 12, 7, 20.

b *longitudinis et latitudinis*: COLVM. 5, 1, 11 partes tres quartae *iugeri efficiunt* pedes unum et viginti milia et sexcentos, hoc est -s, in quo sunt scripula CCXVI (LIB. de asse 16). LIV. 8, 11, 14 bina in Latino iugera, ita ut -e ex Privernati complerent, data.

2 *de ponderibus, mensuris, liquidis, sim.*: CARM. de pond. 49 -em reliquum vocitant quadrante retracto *de asse.* PRISC. gramm. III 408, 24 (*de ponderibus*) -s unciae novem. COLVM. 6, 6, 4 tres caprifici aridi conteruntur et cum -e aquae calidae dantur. 12, 12, 2 sextarium aquae cum -e pondo mellis diluunt (12, 12, 3). SCRIB. LARG. 45 aeris floris pondo -s PLIN. nat. 18, 66 Baeticum *genus frumenti* totam libram addit, Africum et -em. CHIRON 860 (*in acopi compositione*) olei veteris p. doran. 909 murra trigoniten p. doran.

3 *de pecunia et quolibet possessionis genere*: VARRO ling. 5, 172 (*inter pecuniae signatae vocabula*) -s dempto (*sc. de asse*) quadrante. MART. 8, 9, 1 solvere -em (*pecuniae debitae, cf Hultsch l. c*) nuper tibi, Quinte, volebat lippus Hylas, luscus vult dare dimidium. MAECIAN. distrib. 12 si bessi applicueris unciam vel septunci sextantem vel semissi quadrantem vel quincunci trientem, -em efficies, hoc est novem duodecimas. 18 in -e sunt unciae novem, sextantes quattuor et uncia, quadrantes tres ... deest assi quadrans. 59. 60. SCHOL. Hor. ars 329 assis totum patrimonium est. biens triens ... -s ... partes assis sunt. LEX Burg. Rom. 1, 1 *si* donatio -em, i. e. novem uncias, non excedit. *fort.* GLOSS II 297, 33 -s ἐνναούγκιον. V 355, 61 *et* 409, 18 -s aegur (*anglosax.*). CIC. Att. 1, 14, 7 *Q. frater* Argiletani aedificii reliquum -em emit HS DCCXXV. *speciatim de hereditate*: NEP. Att. 5, 2 *Caecilius Atticum* heredem ... fecit ex -e (SVET. Iul. 83, 2. ICTI *saepe, ut* SCAEV. dig 32, 10, 1. 32, 103, 3. 33, 1, 21, 2 *al.*). GAIVS inst. 2, 227 lex Falcidia (*a. 40 a. Chr., v. PWK. XII 2346*), qua cautum est, ne plus ... legare liceat quam -em (IVLIAN. dig. 35, 3, 1, 8. 37, 5, 6 VLP. reg. 24, 32 *al.*). IVLIAN. dig. 35, 2, 87, 3. 4. 8 *legata* ultra -em data fuerant (GAIVS dig. 35, 2, 73, 5 PAPIN. dig. 35, 2, 11, 6. 36, 1, 57 [55], 2 COD. Theod. 2, 21, 2 [*a. 360*]). AFRIC. dig. 28, 5, 48 (47), 1 filiae totus as, postumo -s datus est (PAVL dig. 28, 5, 20, 1). GAIVS dig. 35, 2, 73, 5 quod si excesserit quis -em (PAVL. dig. 35, 2, 1, 9. 12). inst 2, 255 non plus quam -em hereditatis ... restituere (2, 256 plus quam -em vel etiam totam hereditatem. MARCELL. dig. 23, 3, 59, 1 SCAEV. dig. 32, 40, 1. 36, 1, 80, 3 VLP. dig. 36, 1, 3, 5 reg. 25, 14. *al.*). MARCELL. dig. 28, 7, 23 consobrinam qui duxit ... uxorem, habebit -em (SCAEV. dig. 33, 1, 21, 2). SCAEV. dig 33, 1, 21, 2 deducta -is parte quarta. PAPIN. dig. 28, 5, 79 (78), 1 Lucio Titio ex duabus partibus, Publio Maevio ex quadrante scriptis heredibus assem in -em esse divisum respondi (*cf* COD. Theod. 5, 1, 4, 1 [*a. 389*] in -em nepotes iure succedant). 29, 4, 26 pr. si varia legata supra -em data sint (35, 2, 1, 11. 35, 2, 10). 35, 2, 15, 4 superfluum aeris alieni -i tantum detrahetur. 36, 1, 60 (58) pr. pecuniae ... debitae -s ex causa fideicommissi petetur. COD. Iust. 6, 28, 4, 4 usque ad -em (6, 49, 5, 1). *al.* LEX Burg. 10, 3 in -e, i. e. in tribus hereditatis portionibus, avo aviaeque succedant, quarta vero, i. e. Falcidia, ad agnatos ... deferatur. *al.* *nota*: QVEROL. p. 60, 2 ut -em solidi nec inspicientum gratia nec largientis excedat humanitas.

4 *de temporis notionibus*: PLIN. nat. 2, 58 lucere *lunam* -es semuncias horarum ab secunda adicientem usque ad plenum orbem detrahentemque in deminutionem (18, 219). *cf.* COLVM. 2, 4, 8 iugerum ... quattuor operis expeditur: ... proscinditur duabus, una iteratur, tertiatur -e, satum redigitur quadrante.

5 *de lunae magnitudine*: PS. CYPR. pasch. 6 luna, quae quarta feria v Kl. Apr. XV fuerat facta, inventa est suppleto primo anno XXVI qu(adrans) v Kl. Apr.: item secundo anno adiectis XI diebus et qu. inventa est VII s(emis) v Kl. Apr.: tertio anno XVIII dod(rans) v Kl. Apr. (7). HILARIAN. pasch. 6 luna ad vesperam -n facta est. COMPVT. Carth. 1, 6 *lunam* -bus crescere et -bus minui ... quindecies enim -es (*pertinet ad A p. 1811, 44 sqq ; 'supple faciunt' Krusch*) decus as quadram. *cf.* COMPVT. cod. Col. frg. p. 242 prima luna ... videre non potest, cum sint in -e.

derivata: dodrantalis, dodrantarius.

dōdrantālis, -e *a* dodrans. *legitur* duod-: HYG. grom. p. 111, 19. *i. q. dodrantem pedis efficiens*: VITR. 10, 13, 4 arrectaria in turris [in] imo -ia, in summo semipedalia. COLVM. 5, 6, 12 stirpem. 11, 3, 44 sulci ... -is altitudinis (17, 148 sulco -i. 18, 178). PLIN. nat. 15, 131 ramos (21, 59 ramulis) 17, 74 differuntur *cupressi* post annum -i filo. 17, 144 seritur *harundo* ... -i scrobe (17, 151). 17, 154 in fico ... *seruntur* -es *surculi.* 22, 159 horminum ... -i altitudine. HYG. grom. p. 111, 19 lapides ne minus -es poni oportet.

dōdrantārius, -a, -um *a* dodrans. CIC. Font. 2 in tabulis -iis et quadrantariis ... ab Hirtuleio (*quaestore*) institutas. *ibid.* laudas illum (*Hirtuleium*), quod -as tabulas instituerit; easdem Fonteius instituit et eodem genere pecuniae. *pertinent illae tabulae aliquo modo ad legem Valeriam (a. 86 a. Chr.), quae creditoribus quadrantem solvi iussit; cf. B. G. Niebuhr, Cic. or. pro M. Fonteio et pro C. Rabirio fragmenta p. 53 sq.; Mommsen, Röm. Münzw. p. 383 adn. 55.*

doga, -ae *f.* [*a gr.* δοχή *vel* δοχή (*Hesych.*) *tractum esse videtur. Th.*]. *vas receptaculum, ut videtur*: GLOSS. II 54, 28 βοῦττις (βούττης *e*). VOPISC. Aurelian. 48, 2 facta erat ratio -ae, cuparum, navium et operum. [*val.* doagă, *it.* doga, *francog.* douve. *M.-L.*] *deriv.*: dogalis (?), dogarius.

? **dogālis,** -e *a* doga, *ut videtur.* POMPON. Atell. 42 *titulus fabulae* (dotalis *Bothe*).

dogārius, -iī *m. a* doga. *qui dogam facit.* GLOSS.^L II Philox DO 17 βουττοποιός. [*val.* dogariu. *M.-L.*]

[*Bannier*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae